denen die Bürger gewisse Äcker bei der Viehweide entfremdet haben, mit vierzehn Morgen einer Hufe in Himmelsthür, welche zur Feier der Memorie des früheren Propstes Konrad und dessen Brüder, der Grafen Ludinger und Dietrich (vom Werder), bestimmt ist. 1263 Februar (mense februario).

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Ms. 514 fol. 19v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim und in Cop. VI, 93, fol. 1 des zweiten Abschnittes im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 140 Nr. 290.*

**45.** Gunzelin von Osterode resigniert alle seine Güter in Moteshusen den Grafen Burchard, Hermann, Heinrich und Hoier von Wohldenberg, die sie dem Kl. Lamspringe übertragen. Osterode 1263 März 7 (nonas marcii).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 30. Das beschädigte Siegel des Ausstellers zeigt Wolf nach rechts im Sprunge, darüber drei (2:1) Sterne: † S. GVNCELINI M.....S DE .....*

**46.** Bischof Simon von Paderborn und die Archidiacone, darunter Iohannes decanus Hildensemensis archidiaconus sedis in Stenhem (Steinheim, Kr. Hörter) verkünden die althergebrachten Rechte der Archidiacone. Paderborn 1263 vor März 15 (. . idus marcii).

*Gedr. Schaten, Annal. Paderb. ad ann., danach Westfäl. UB. IV, S. 484 Nr. 937.*

**47.** Dechant und Domkapitel genehmigen, dass der Dompropst zwei Hufen in Vakenstide, die der Bürger Johann von Goslar von ihm zu Lehn hatte, dem Kreuzstift überträgt. Hildesheim 1263 Juni 25.

Iohannes decanus et capitulum maioris ecclesie Hildensemensis omnibus, quibus hoc scriptum fuerit exhibitum, salutem in domino. Nosse volumus tam posteros quam presentes, quod dominus Ludolfus prepositus noster de nostro beneplacito et consensu duos mansos habentes lx iugera sitos Vakenstide, quos Iohannes de Goslaria civis Hildensemensis et uxor sua Margareta et Iohannes filius eorum ab ipso nomine ecclesie nostre in feodo tenuerunt, post liberam resignationem ab ipsis factam cum omni iure pertinente ad ipsos in villa, campis et silvis transtulit ad ius et proprietatem ecclesie sancte Crucis Hildensemensis ab ipsa iure perpetuo possidendos. Et hoc litteris presentibus protestamur. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>. kalendas iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 117. Beschädigtes Kapitelsiegel. Erwähnt Doebner, UB. I, S. 142 Nr. 292 Anm. Die Übertragung durch den Dompropst erfolgte an demselben Tage, Or. a. a. O. Nr. 118, Siegel verloren, gedr. Doebner a. a. O. Nr. 292.*

**48.** Propst Hildebrand von Wöltingerode und Priester Hermann, Kaplan daselbst, unter den Zeugen der Urk., in welcher das Kl. Neuwerk bei Goslar für die von dem Geistlichen Heinrich ihm vorgeschossenen 165 Pfund, die es zum Ankauf von Gütern in Sehlde, Elbe und Söderhof verwendet hat, diesem eine jährliche Rente von 16 $\frac{1}{2}$  Pfund zugesteht. Goslar 1263 Oktober 16 (xvii<sup>o</sup>. kalendas novembris, in festo sancti Galli abbatis).

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. II, S. 162 Nr. 86.*

**49.** Propst A(lbert) des Kreuzstiftes bestimmt, dass von den Einkünften einer Hufe in Achtum (Agtem), welche die Brüder Heinrich und Bertram von Sconeke dem Kreuzstift verkauft haben, drei Viertel zu Gunsten der Besitzer der beiden Altäre des h. Martin und des h. Godehard und ein Viertel zur Opferung auf dem Hochaltar und zur Beleuchtung des Johannisaltars in demselben Stifte verwendet werden sollen. Hildesheim 1263 Dezember 5 (nonas decembris).

Presentes erant Otto decanus, Woltherus custos, Fridericus de Thossin sacerdotis, magister Ludolfus de Helvede, Gerardus scolasticus diaconi, subdiaconi dominus Hermannus de Woldenberg canonicus maioris ecclesie, Hugo de Vimmlhusen, Ludolfus canonicus sancti Andree, Ludolfus scolaris prepositi, laici Henricus de Hiddesackere, Johannes filius domini Wolfhardi Monetarii, Bernardus de Chovil, — — Marwardus de Clowin.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 120. Siegel verloren. Gedr. Dornier, UB. I, S. 138 Nr. 286 zu 1260 Dezember 3.*

**50.** Abt Jakob zu Citeaux gewährt dem Domkapitel Anteil an den guten Werken seines Ordens. Citeaux 1263.

Venerabilibus in Christo karissimis decano et canonicis beate Marie maioris ecclesie Hildensemensis frater Iacobus dictus abbas Cisterciensis totusque conventus abbatum capituli generalis salutem et oracionum suffragium. Exigente pie devocionis affectu, quem ad ordinem nostrum accepimus vos habere, petitioni vestre nobis per<sup>1)</sup> Pe.<sup>2)</sup> venerabilem coabbatem nostrum de Novali sancte Marie oblato benigno concurrentes assensu concedimus vobis plenariam participationem omnium bonorum, que fiunt ac de cetero dante domino in ordine nostro fiunt in vita nostra pariter et in morte; omnium

<sup>1)</sup> per fehlt im Cop.    <sup>2)</sup> Abt von Marienrode war 1260–64 Johann.

missarum et oracionum, quas in ipso generali capitulo singulis annis pro fratribus nostris iniungimus faciendas, efficiemini participes et consortes. Datum Cistercii anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii<sup>o</sup>., tempore capitulo generalis.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 436 Nr. 658 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**51.** Propst Ludolf, Priorin M. und das Kapitel des Kl. Wülfinghausen bekunden, dass Abt Hermann des Godehardiklosters ihnen auf ihre Bitten vierzehn Morgen Landes und eine Hausstelle in Wülfinghausen gegen einen jährlichen Zins von fünf Schilling und unter Vorbehalt der Aenderung dieses Verhältnisses verpachtet hat. Wülfinghausen 1263.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Wülfinghausen Nr. 33. Das erste Siegel verloren, das zweite stark beschädigt. Danach gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VIII, S. 28 Nr. 32. Eine gleichlautende Ausstellung a. a. O. st. Godehard Nr. 27, Siegel des Propstes und des Konventes gut erhalten.*

**52.** Die von Escherde resignieren wiederholt die Güter in Burienrode, Schwiecheldt und Himmelsthür, die ihre Vorfahren dem Godehardikloster verkauft haben. 1263.

Lippoldus, Iohannes milites,<sup>1)</sup> Iordanus, Thidericus servi dicti de Eskerthe universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum<sup>2)</sup> pervenerit, salutem in nomine Ihesu Christi. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos et heredes nostri tribus mansis in Berningerodhe et uno in Sweglethe et uno in Heminisdore et omnibus aliis bonis, que conventus et . . venerabilis abbas sancti Godehardi a progenitoribus nostris et ab aliis consanguineis nostris compararunt, secundo et iterum bona fide resignamus et omni iuri renunciamus, quod nobis in eisdem bonis competere videbatur, tali vero pacto, quod nos nec heredes nostri sub domino Her(manno) nunc vivente nec sub aliis post ipsum venturis dictum monasterium pro bonis prefatis inpediunt et offendant. Pro hac autem secunda resignatione et renunciatione dominus Lippoldus et Thide(ricus) suus filius receperunt vii talenta et dominus Iohannes et sui filii scilicet Iohannes et Thi(dericus) iiii talenta<sup>3)</sup> et Iordanus et ipsius fratres Basilius videlicet et Ludoldus et Thi(dericus) iiii talenta similiter receperunt. Ut autem hec resignatio et renunciatio maneat inconvulsa,

<sup>1)</sup> milites *übergeschrieben.*

<sup>2)</sup> scriptum *desgl.*

<sup>3)</sup> iiii talenta *desgl.*

dominus Lippoldus et Thi(dericus) suus filius in manus domini Her(manni) abbatis et domini Thi(derici) de Thosem et domini Bertoldi Pilonis et dominus Iohannes<sup>1)</sup> idem domino abbati<sup>2)</sup> et domino Hinrico de Hornheber et Iordanis idem Hinrico et domino Hinrico de Arbeke et dictus dominus Iohannes cum ipso pro ipsius fratribus, qui ad annos discretionis nondum pervenerunt, firma fide manualiter promiserunt. Preterea ne aliquis predictorum tempore procedente monasterium antedictum in eisdem bonis possit molestare, presens scriptum de hoc confectum nostris tribus sigillis fecimus roborari. Notum sit etiam, quia Thi(dericus) filius domini Lippoldi sigillum non habet, in<sup>3)</sup> sigillo contentus dicitur esse patris. In resignatione domini Lippoldi et filii sui Thi(derici) presentes erant cum hec fierent et erant pro testibus advocati dominus Hernestus abbas sancti Michahelis et dominus Ludolfus maior prepositus et Hinricus sacerdos de Zterstede, milites Iordanis de Ilthene, Arnoldus et Rennardus dicti Blomen, Stecike de Ihesem, servi Conradus de Elphede, Iohannes de Heminisdore advocatus, Iohannes de Adenstede, Hernestus de Blickestede. In resignatione domini Iohannis fuit dominus Arnoldus de Hedese, Ludolfus de Bolthesem et alii quam plures. In resignatione Iordanis fuit Hinricus de Hornheber et Hinricus de Arbeke milites et Fridericus de Wimminhehusen, Hermannus de Sambenesem. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 29. Es haben nur immer zwei Siegel an der Urk. gehangen, von denen das erste, das des Lippold, allein erhalten ist. In einer besonderen Urk. d. d. Hannover 1263 resigniert dieselben Güter Johann von Escherde, Hildesheimer Ministerial, und seine Söhne Johann und Dietrich, Zeugen: dominus Hinricus de Horheber et dominus Arnoldus de Hedese, Or. a. a. O. Nr. 28 mit dem wenig beschädigten Siegel des Ausstellers.*

**53.** *Äbtissin Mathilde von Gandersheim, Ritter Ulrich und Domherr Hoier von Hochenbüchen (de Alta fago) verkaufen dem Kl. Mehringen zwei Hufen daselbst. Winzenburg 1263.*

*Or. im Haus- und Staatsarchiv zu Zerbst. Siegel der Äbtissin und des Domherrn wie an Nr. 35. Gedr. von Heinemann, Codex dipl. Anhalt. II, S. 211 Nr. 287.*

**54.** *Propst Volrad, Dechant Dietrich und das Kapitel des Moritzstiftes machen mit dem Kl. Steterburg eine Gebetsbrüderschaft. Hildesheim 1264 Januar 1 (in circumcissione domini).*

<sup>1)</sup> Johannes desgl. <sup>2)</sup> abbate im Or. <sup>3)</sup> vorher ist quod zu ergänzen.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Steterburg. Die Siegel verloren. Die Gegenurk. des Moritzstiftes von demselben Jahre, März 9 (vii<sup>o</sup>. idus marci) im Cop. des Stiftes, Ms. 514 fol. 34v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.* [www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**55.** *Ritter Konrad von Dorstadt bekundet, dass Propst Konrad von Dorstadt für 19 Mark von Bertold und Johann, Söhnen der Adelheid, zwei Hufen in Dorstadt und zwei Hausstellen gekauft hat. 1264 Januar 15 (xviii<sup>o</sup>. kalendas februarii).*

Testes huius facti sunt Ludolfus de Bortvelde, Balduwinus et Henricus de Campe, Bertoldus de Godenstede, Ecbertus iunior de Asseburch, Henricus de Zvethlethe,<sup>1)</sup> Henricus de Vrede et Iordanis de Harlingheberge milites, Heidenricus de Luckenem, Iohannes Longus,<sup>2)</sup> Henricus senior Boneco, Henricus de Oldendorpe, Conradus Holtniker et Ludolfus de Ovesvelde burgenses.

*Or. im Archiv zu Dorstadt mit gut erhaltenem Siegel. Gedr. Asseburger UB. I, S. 219 Nr. 321.*

**56.** *Heinrich von Dorstadt genehmigt, dass die Söhne seines Bruders dem Kl. Dorstadt zwei Hufen und zwei Hausstellen daselbst verkaufen. Halberstadt 1264 Januar 25.*

Ego Henricus de Dorstat notum esse cupio presentibus et futuris, quod, cum Iohannes et Bertoldus filii fratris mei Bertrammi<sup>3)</sup> militis de Dorstat duos mansos et duas areas in campo Dorstat et in villa a cenobio de Dorstat tenerent titulo pheodali, honorabilis vir scilicet dominus Conradus prepositus et conventus predictos Jo(hannem) et B(ertoldum) fratres precibus et munere induxerunt, quod ipsi prefatos duos mansos et areas, quemadmodum possederant, eidem cenobio vendiderunt. Cui venditioni propter dilectionem et profectum sepe dicti cenobii de Dorstat ratihabitionem adhibui et consensum. Huius rei testes sunt honorabiles domini Hermannus de Hodenhagen, Conradus de Dorstat Halberstadensis ecclesie canonici, Arnoldus Hildensemensis ecclesie canonicus et alii quam plures. Et ad maiorem evidentiam premissorum presentem litteram sigillo domini mei Borchardi Halberstadensis ecclesie vicedomini roboravi. Acta sunt hec Halberstat anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii<sup>o</sup>, viii. kalendas februarii.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Siegel des Vitzthums an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 91 Nr. 204.*

<sup>1)</sup> So das Or. statt Zvethlethe.    <sup>2)</sup> Or. Logus.    <sup>3)</sup> Bertrammi auf Rasur.

**57.** Propst Albert, Dechant Ludolf und das Kapitel des Kreuzstiftes übertragen dem Kl. Wienhausen vier Hufen in Berkum, welche ihnen Heinrich von Berkum resigniert und dem Kloster verkauft hat. Hildesheim 1264 März 25 (viii<sup>o</sup>. kalendas aprilis).

Testes — — sunt dominus Iohannes abbas monasterii de Novali sancte Marie, comes Borgardus de Woldenberg, Tidericus de Rothigne, Bertoldus Pil, Tidericus de Tossem, Berwardus de Kemme, Henricus de Berkem, Henricus Marcolfi, Iohannes Thegenhardi, Bertoldus Krane.

Or. im Archiv des Kl. Wienhausen Nr. 65. Siegel des Propstes, des Kapitels und des Dechanten des Kreuzstiftes wenig beschädigt. Regest Doebner, UB. I, S. 142 Nr. 293.

**58.** Papst Urban IV. erteilt den Gläubigen der Mainzer, Hildesheimer und Paderborner Diözese, die das Kl. Osterode beim Kirchenbau unterstützen, einen vierzigjährigen Ablass. Orvieto 1264 April 7 (vii. idus aprilis, pontificatus nostri anno tercio).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Jakobikl. in Osterode Nr. 42 mit Bulle an rotgelben Seidenfäden. Gedr. Westf. UB. V, S. 303 Nr. 647.

**59.** Graf Siegfried von Blankenburg bekundet, dass die Äbtissin (Gertrud) von Quedlinburg vor dem Erzbischof (Rudbrecht) von Magdeburg, den Bischöfen (Volrad) von Halberstadt und (Otto) von Hildesheim, den Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg, dem Herzog (Albert) u. a. ihren Widersachern gebührende Genugthuung geleistet habe. O. D. (1264 April).

Gedr. Erath, Cod. dipl. Quedlinburg. S. 221 Nr. 174, Riedel, Cod. dipl. Brandenburg. II, 1, S. 84.

**60.** Papst Urban IV. beauftragt den Dompropst (Ludolf) und den Domdechanten (Johann), die durch Graf Ludolf von Eberstein und Bürger von Hörter dem verstorbenen Bischof Heinrich von Oesel schuldige Summe einzuziehen und bei den Dominikanern in Hildesheim zu deponieren. Orvieto 1264 Mai 22 (xi. kalendas iunii, anno tercio).

Gedr. zuletzt Westf. UB. V, S. 304 Nr. 650. Regest a. a. O. IV, S. 501 Nr. 987, Potthast, Reg. pont. 18921.

**61.** Propst Albert des Kreuzstiftes bekundet den Verzicht der Brüder von Klauen auf jede Belästigung des Stiftes und verpachtet ihnen eine Hufe in Klauen. Hildesheim 1254 Juni 18.



A(lbertus) dei gratia prepositus ecclesie sancte Crucis in Hildensem omnibus presentes litteras inspecturis salutem. Constituti coram nobis Bertoldus et Renbertus fratres de Clowen promiserunt in manus nostras, quod nunquam ecclesiam nostram<sup>1)</sup> predictam in bonis suis vel hominibus molestarent, sed si qua actio eis videtur competere contra canonicos vel homines nostros, illam in iudicium coram nobis vel coram nostro successore deducant, ut ibi per iustam sententiam terminetur. Dedimus etiam eisdem mansum unum situm in Clowen ad excolendum ad sex annos de consensu capituli nostri sancte Crucis, ut inde solvant annuatim tres solidos et unum denarium et unum modium tritici et tres solidos pauperibus scolaribus servientibus in choro sancte Crucis, et hiis sex annis evolutis mansus iste ad ecclesiam nostram libere revertetur. Et ut predicta fideliter observentur, pro eisdem fideiusserunt Ernestus villicus, Ludolphus Prekel et Iohannes de Bavensteden. Testes quoque huius facti sunt Conradus canonicus ecclesie sancti Petri Goslarie, Ludolphus canonicus ecclesie sancti Andree Hildensemensis, Berewoldus de Kemme miles, Iohannes villicus, Guntherus et Henricus fratres de Kemme, Thidericus dictus Luderinc, Iohannes de Clowen, Henricus dictus Hoycink, Hermannus Sapiens, Bertoldus dictus Blese, Henricus villicus de Dinclere et Iohannes frater suus de Hemethesdore. Acta autem sunt hec Hildensem in curia nostra anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>iii<sup>o</sup>., quartodecimo kalendas iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 94. Rest des Siegels des Propstes an von der Urk. geschnittenem Pergamentstreifen.*

**62.** *Das Domkapitel bekundet den freiwilligen Verzicht des Johann von Schleicecke auf Besitzungen in Elbe gegenüber dem Kreuzstift. Hildesheim, vor der Domthür 1264 Juni 21.*

Ludolfus dei gratia prepositus, decanus et capitulum maioris ecclesie Hildensemensis omnibus hoc scriptum auditoris salutem in domino. Vacante sede ecclesie nostre constitutus coram nobis Iohannes filius Sophie de Slebeke inpetiit quatuor mansos et quartam partem decime et unum molendinum in Elvedhe, que sancte Crucis ecclesia detinebat, et, cum plures ministeriales nostre ecclesie coram nobis astarent, postulavit ab eis predictus Iohannes, ut secum secederent et ipsum informarent, qualiter ordinate super hiis suam

<sup>1)</sup> nostram übergeschrieben.



proponeret actionem. Tandem habito consilio cum predictis ministerialibus in iudicio coram nobis proponi fecit per dominum Henricum pincernam, quod, licet esset legitimus heres eorum, qui predicta bona quandoque habuerant, tamen nollet in eis ecclesiam sancte Crucis aliquatenus molestare, et petens aliquam gratiam ex liberalitate sibi fieri manu extenta et verbo expresso supradictis bonis renunciavit coram nobis libera voluntate. Presentes erant exceptis aliis canonicis nostris dominus Albertus prepositus sancte Crucis, insuper Ludolfus decanus, Woltherus et Fredericus et Gerardus scolasticus canonici sancte Crucis, comes Borchardus de Woldenberg, Tidericus de Rothinge, Bertoldus Pil, Henricus pincerna, Ecbertus camerarius, Bruno de Gustedhe, Tidericus de Tossem, Berwardus de Kemme et alii quamplures. Actum Hildensem ante fores ecclesie nostre maioris anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii<sup>o</sup>, xi<sup>o</sup>. kalendas iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 113. Bruchstück des Kapitelsiegels. Vgl. UB. II, S. 294 Nr. 591.*

**63.** *Papst Urban IV. beauftragt den Abt (Ernst) des Michaelisklosters, dem Subdiakon Johannes, Stiftsherrn in Herford, für den sich die Ratsherrn daselbst verwendet hätten, ein genügendes Benefizium zu verschaffen. Orvieto 1264 Juni 27 (v. kalendas iulii, anno tertio).*

*Gedr. Westf. UB. V, S. 308 Nr. 655. Regest a. a. O. IV, S. 503 Nr. 992.*

**64.** *Lippold, Johann und Jordan von Escherde resignieren den Grafen Burhard und Heinrich von Wohldenbergh die durch das Kl. Escherde von Walther von Dötzum (Dotessem) angekauften Güter in Reden (Rethen), welche die Grafen dem Kloster übertragen. Escherde 1264 Juli 1.*

Testes huius rei sunt dominus H(einricus) prepositus cum toto capitulo eiusdem ecclesie, dominus Heinricus sacerdos de Escherte, miles dominus Iohannes de Sutherem, Conradus de Elvethe, Ernestus de Betenem, Tidericus iunior de Rethen, Bernhardus de Betenem et alii quam plures. Acta sunt anno gratie domini<sup>1)</sup> millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. sexagesimo iiii<sup>o</sup>, in octava Iohannis baptiste in monasterio ante summum altare.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 43. Schlecht erhaltenes Siegel des Lippold an weissen geflochlenen Hanffäden, das des Johann mit der Befestigung verloren.*

<sup>1)</sup> So das Or.

**65.** *Konrad von Dorstadt verkauft dem Kl. Dorstadt den Zehnten in Machtersen, den er von demselben auf seine und seiner Frau Lebenszeit gekauft hatte.* [www.dobos.de/gm/1264\\_August\\_20.htm](http://www.dobos.de/gm/1264_August_20.htm)

In nomine domini nostri amen. Cum secundum philosophorum<sup>1)</sup> memoria hominum sit fragilis humanarumque rerum status tamquam aqua decurrens volubilis et instabilis, cantum est et utile, ut ea que fiunt scriptis sive testibus confirmentur. Igitur ego Conradus dictus de Dorstat recognosco litteris presentibus et protestor, quod decimam sitam in Machtersem, quam ab ecclesia in Dorstat temporibus vite mee et uxoris mee Ger(trudis) possidendam comparaveram, nunc debitorum meorum honore sic gravatus ipsam decimam in Machtersem ecclesie prehabite vendidi pro septuaginta quatuor marcis et omni iure renunciavi filiis meis astantibus et consencientibus, quod ad me in eadem decima pertinebat. Ut autem hec emptio rata permaneat et stabilis, et ne factum vetustas temporis hoc obumbret vel a meis heredibus in posterum possit aliqua calumpnia suboriri, presentem litteram ecclesie in Dorstat contuli sigillo meo, sicut decuit, roboratam. Preterea ut maior cautio sit ecclesie et ut contrarietas obmutescat, inseri feci litteris, quod de prefata pecunia quadraginta marcas ad redemptionem filii mei Fre(derici) aposui, qui fuit in reysa domini ducis captus. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. iii<sup>o</sup>., tercio decimo kalendas septembris.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Siegel des Ausstellers an roten und gelben Seidenfäden.*

**66.** *Papst Urban IV. befiehlt den Äbten (Dietrich) von Loccum und (Johann) von Marienrode, die Postulation des Domherrn Otto, eines Bruders des Herzogs (Albert) von Braunschweig, zum Bischof zu unterstützen und ihn, obwohl er noch nicht das nötige Alter habe, aber weil die inmitten eines verworfenen Volkes gelegene Kirche eines starken Schutzes bedürfe, zu ihrem Procurator zu bestellen, falls er sonst geeignet sei.* Orvieto 1264 August 23.

Dilectis filiis . . de Lucka et de Novali sancte Marie ordinis Cisterciensis monasteriorum abbatibus Mindensis et Hyldesemensis diocesum. Ad regimen universalis ecclesie licet immeriti disponente domino constituti levamus in circuitu oculos nostros, ut, cum omnium ecclesiarum ex debito pastoralis officii sollicitudo nobis incumbat,

<sup>1)</sup> Or. philosophorum.

quid singulis earum expediat intuentes illas preservare studeamus a noxiis et earum, quantum nobis ex alto permittitur, comoda procuremus. Circa statum autem illarum, que deplorant viduitatis incomoda, vigilantius excitamur, ut tales personas earum regimini preponamus, quarum industria in spiritualibus et temporalibus salubriter gubernentur et per earum potentiam oportunis temporibus defendantur. Sane vacante Hyldesemensi ecclesia dilecti filii . . decanus et capitulum eiusdem vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, pro futuri substitutione pastoris ut moris est convenientes in unum et considerantes, quod eadem ecclesia in medio nationis perverse posita indigebat potentis presidio defensoris quodque dilectus filius Otto subdiaconus, canonicus eorum, germanus dilecti filii nobilis viri . . ducis de Brunswic ad defensionem et gubernationem ipsius ecclesie pre ceteris utilis habebatur, ipsum unanimiter et concorditer patientem in etate defectum spiritus sancti gratia invocata in Hyldesemensem episcopum postularunt nobis humiliter supplicantes, ut huiusmodi postulationem admittere dignaremur. Nos igitur eiusdem ecclesie statu, qualitate temporis et conditione persone digna meditatione pensatis nolentes, quod ipsa ecclesia dispendia prolixioris vacationis incurrat, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si huiusmodi postulatio concors extitit et inveneritis eam alias fuisse canonicè celebratam ac predictam ecclesiam posse per eundem Ottonem, sicut expedit, defensari eumque iam talis etatis existere, quod utiliter regere ac dirigere valeat ecclesiam memoratam, ipsum predicto non obstante defectu, maxime cum, sicut fertur, litterature competentis existat, discretionis gratia peditus et providentia circumspectionis, in procuratorem ibidem auctoritate nostra preficientes concedatis ei generalem curam et administrationem spiritualium et temporalium eiusdem ecclesie, sibi tamquam ipsius ecclesie procuratori ob omnibus eius subditis, vasallis et ministerialibus faciatis plenarie obediri et de ipsius ecclesie iuribus responderi, contradictores per censuram etc. usque: compescendo. Quicquid autem super hiis feceritis, nobis per vestras litteras harum scriem continentes studeatis fideliter intimare. Datum apud Urbem veterem x. kalendas septembris, anno tertio.

*Gedr. Mon. Germ. epist. pont. III, S. 621 Nr. 630, Guiraud, Les Registres d'Urbain IV, I, Sp. 110 zu 1263. Regest Böhmer-Winkelmann, Reg. imp. V, 3 Nr. 9475.*

**67.** *Domherr Hoier von Hohenbüchen unter den Zeugen der Urk., in welcher Hoier der Ältere und Hoier der Jüngere von Friedeburg dem Kl. Wiederstedt mehrere Güter verkaufen. Eisleben 1264 August 21 (pridie kalendas septembris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Magdeburg. Gedr. von Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. II, S. 214 Nr. 291a. Regest Krähne, U.B. der Klöster der Grafschaft Mansfeld (Gesch.-Quellen der Prov. Sachsen XX) S. 557 Nr. 10.*

**68.** *Domdechant Johann bekundet über die durch Wennemar, den verstorbenen Dechanten des Johannisstiftes, gemachten Legate. Im Dom zu Hildesheim 1264 Oktober 6.*

Iohannes decanus Hildensemensis ecclesie omnibus hoc scriptum audituris perpetuam in domino salutem. Tenore presencium omnibus innotescat, quod Wenemarus presbiter et decanus sancti Iohannis Hildensemensis constituit testamentarios Heidenricum celerarium, Iohannem plebanum canonicos maioris ecclesie et Olricum scolasticum sancti Iohannis, qui post obitum suum pro remedio anime sue de bonis suis ordinaverunt in hunc modum, quod trium mansorum, qui siti sunt in Werstede, qui habent nonaginta iugera, dominium et proprietatem ecclesie conventuali sancti Iohannis in Hildensem iure perpetuo pertinebit, quos tres mansos canonici sancti Iohannis pro viginti et octo libris Hildensemensium denariorum cum prescripta pecunia, que erat Wenemari eiusdem ecclesie canonici, comparaverunt. Preterea idem canonici mutuo dederunt duodecim libras super decimam in Ochtershem, de quibus idem Wenemarus solvit sex libras. Insuper assignata sunt post mortem suam de bonis Wenemari quatuordecim talenta ab eisdem testamentariis ecclesie sancti Iohannis, que cum prioribus sex libris faciunt viginti libras. Ideoque idem conventus se perpetuo obligavit, quod pro remedio anime eiusdem Wenemari dicantur singulis ebdomadibus tres misse, prima pro defunctis, secunda de patrono, tertia pro salute vivorum in hunc modum, quod quicumque sacerdos secundum ordinem ecclesie sit ebdomedarius in proxima ebdomada sequente ad dictas missas dicendas obligatus existat. Ordinatum est etiam, quod de bonis ecclesie in Betmere in restaurum viginti librarum solvantur perpetuo triginta quinque solidi annuatim, quorum viginti solidi dividuntur inter ebdomedarios presbiteros in duobus temporibus, scilicet in pascha decem et in festo beati Michaelis decem recipient equaliter, et de residuis quindecim solidis quinque dividuntur equaliter inter canonicos in nativi-

tate domini, in die Iohannis ewangeliste et quinque solidi in nativitate beati Iohannis baptiste et quinque in crastino anniversarii sui ad missam domine nostre, que cum sequencia Ave preclara sollempniter est dicenda. Ut autem prescripta perpetuis temporibus firma et inconvulsa permaneant, appositione sigilli nostri et ecclesie sancti Iohannis et testamentariorum Wenemari quondam decani sancti Iohannis scilicet Heidenrici celerarii et Iohannis plebani forensis ecclesie canonicorum Hildensemensium presens scriptum duximus roborandum. Actum et datum in maiori ecclesia Hildensemensi anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. quarto, in octava beati Michaelis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 23. An weissen Zwirnfäden Siegel des Dechanten zur Hälfte verloren, die anderen drei wenig beschädigt. Gedr. nach Cop. Würdtwein, Nova subs. I, S. 331. Regest Doebner, UB. I, S. 142 Nr. 294. Dechant Wennemar ist nur 1254 nachweisbar.*

**69.** *Graf Hermann von Pyrmont überlässt dem Kl. Escherde zwei diesem bereits von seinem Vater übertragene Hufen in Alecvorde. Hallermund 1264 Oktober 24.*

Hermannus comes de Perremunt universis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Quoniam secundum dicta viri sapientis more aque defluentis tota generatio terre volvitur, ut res gesta memoria teneatur, scriptis plerumque ac sigillis attitulatur. Innotescat igitur presentibus ac futuris, quod nos de consensu filiorum et coheredum nostrorum bona in Alecvorde mansos scilicet duos, quos ecclesia in Escherte de antecessoribus nostris scilicet patre nostro susceperat et per annos sexaginta possederat, libera et expedita eidem redonavimus ecclesie receptis pro eisdem bonis octo talentis et decem solidis, ne in posterum aliquis filiorum, nepotum vel ullus attinentium, ad quos causa spectare videtur, iniusta violentia eandem ecclesiam molestare aut sibi vendicare presumat. Huius rei testes sunt Henricus sacerdos de Eyldagessem, Hildebrandus sacerdos capellanus eius, Henrici duo sacerdotes filii fratrum prepositi, Henricus de Stroembereche, Iohannes de Adenoys, Henricus de Seyne, Arnoldus Grimpe, Lukemannus de Genusen, Adelbertus de Gotinge et alii quam plures. Ut autem hec bona quiete perpetua possideat ecclesia, sigilli nostri appensione roborari fecimus. Acta sunt hec in Halremunt anno gratie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii<sup>o</sup>, viiii. kalendas novembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 44. Gemeinsames Siegel des Gottschalk und Hermann von Pyrmont an weissen geflochtenen Hanfschnüren.*

**70.** *Edelherr Volrad von Depenowe verkauft dem Kl. Loccum fünf Hufen in Mölme (Molnem), die ihm Dietrich von Prome resigniert hat. Lichtenberg 1264 Oktober 28 (v. kalendas novembris).*

Huius rei testes sunt Theodericus de Walmode, Lyppoldus de Goslaria, Berenwardus de Kemme milites, Bodo de Saldere et Burchardus frater eius, Albertus tunc temporis advocatus in Lechtenberge, Iohannes de Bethemere, Heinricus de Gerboldessen, Burchardus filius marschalci, Iohannes de Addenstede, Ludolphus de Heininkessen famuli.

*Or. im Archiv des Kl. Loccum mit dem Siegel des Grafen Heinrich von Wohldenbergh; das des Vaters des Ausstellers, dessen sich dieser bedient, verloren. Gedr. Scheidt, Vom Adel S. 315, Gruppen, Orig. Germ. II, S. 378, v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 162 Nr. 239. Vgl. auch die Urk. v. Hodenberg a. a. O. Nr. 242.*

**71.** *Graf Heinrich von Wohldenbergh überträgt sein Vogtei- und sonstiges Recht an viertelhalb Hufen in Hackenstedt (Havekenstede) dem Kloster des heil. Andreas in Derneburg. 1264 November 5 (nonas novembris).*

Testes huius rei sunt Lippoldus et Andreas de Luttere, Theodericus de Levedhe, Hedenricus de Hedheiershusen et Elgherus milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 17. Stark beschädigtes Siegel des Ausstellers.*

**72.** *Johann von Escherde übereignet dem Kl. Escherde, in das seine Tochter getreten, seine Güter ebenda. Hannover 1264 November 6.*

Universis Christi fidelibus, quibus hec littera fuerit exhibita, Iohannes miles de Escherte<sup>1)</sup> omnibus in perpetuum salutem.<sup>2)</sup> Quicquid litteris vel testibus committitur, trahit<sup>3)</sup> ab utroque immobile firmamentum. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ex maturo consilio et contractu<sup>4)</sup> pariter et ex consensu nostrorum<sup>5)</sup> heredum Theoderici<sup>6)</sup> videlicet et Iohannis contulimus claustrum Escherte cum proprietate que nostra est et omni proventu bona nostra Escherte sita, que<sup>7)</sup> Albertus magister civium dictus in Hildensem a nobis tenet in pheodo, proinde quod<sup>8)</sup> filia nostra Ermegardis<sup>9)</sup> in claustrum prefatum recepta

<sup>1)</sup> Eskerthe und immer B. <sup>2)</sup> salutem fehlt B. <sup>3)</sup> trahit fehlt C. <sup>4)</sup> tractu B, mit nachgetragenem con A. <sup>5)</sup> heredum nostrorum C. <sup>6)</sup> Theoderici videlicet, Jordanis, Iohannis et Hugonis C. <sup>7)</sup> que Bertrammus, Hermannus et Albertus filii Alberti dicti magistri civ. in H. C. <sup>8)</sup> quia B. <sup>9)</sup> Ermengardis B.

est<sup>1)</sup> domino in eo quamdiu vixerit servitura. Ne autem hanc nostram aliquis heredum nostrorum post nos collationem audeat vel valeat infringere, presentem paginam super eo confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes<sup>2)</sup> huius rei sunt dominus Bertoldus prepositus in Insula, dominus Waremunt plebanus de sancto Georgio in Hanovere, milites dominus Wilbrandus de Rethen, Arnoldus de Hethessen, Conradus de Stockim, Tidericus de Alten, Iordanis de Iltene, servi Heinricus et Iohannes dicti Scorsten. Acta sunt hec anno gratie m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxiii. Datum Honovere feria quarta<sup>3)</sup> post omnium sanctorum, viii. idus novembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in dreifacher Ausfertigung von verschiedenen Händen, Escherde Nr. 46 (A), wenig beschädigtes Siegel des Ausstellers an weiss und rot geflochtenen Hanfschnüren, Nr. 47 (B), mit kleinem Siegelrest an Pergamentstreifen, und Nr. 48 (C) mit gut erhaltenem Siegel an Befestigung wie A.*

**73.** *Herzog Albrecht von Braunschweig bezeugt dem Michaeliskloster die diesem von Bischof Bernward geschenkten Besitzungen. 1264 November 11.*

Van gottes gnaden wy Albert hertoge to Brunesswich<sup>4)</sup> bekennen openbare in dusseme unseme openen breve vor uns, unse erven unde alle den, de on scyn edder horen lesen, dat wy umme gottes unde bede willen des geistliken vaders unde unses leven andechtighen hern Ernste abte des closters to sunte Michaele bynnen Hildensheym van sunte Benedictus orden don eyn orkunde unde betuchnisse in unde myt krafft dusses breves van ychteswelken nabescreven oren goydern, de one de hilge unse leve vater unde here sunte Bernward heft ghegeven unde in rauweliken besittinghe bruckende were hebben, also by namen to Swecghusen twe fuldessche hove landes unde dat closter to Reynhusen ok eyne fuldessche hove landes, der eyn yowelk heft in morgental sesstich morgen, unde dat vorwarck myt aller tobehoringe altomale also dat up der veltmarke, de darsulvest licht, nycht uthbescheden, so dat alle to deme sulven vorwarcke hort, also alle wyssche myt deme broke unde an holte des Swecghuser berch unde Fogelberch myt deme Hussdal, tho Langwerdeshusen eyne hove landes, tho Evergotzen twe hove landes, tho Crebecke dre hove landes myt allen oren tobehoringhen unde rechticheyden, dat gantze dorp to Reynolveshusen, dat kerklehn unde den tegeden myt der gantzen veltmerckede unde holtynghen,

<sup>1)</sup> est fehlt B. <sup>2)</sup> Die Zeugenreihe fehlt B, Zeugenreihe und Datum C. <sup>3)</sup> A und B, muss aber heissen quinta. <sup>4)</sup> Bis hier veränderte Schrift.



wysschen unde weysen, water unde weyde myt aller tobehoringe unde rechticheyden, nicht utbenamen, tho Dorst elven hove landes myt dren meygerhoffen unde elven kothworde unde eyne molen myt der visscherye van der Slaghemolen an wente an den beck to Rykmerhusen, unde dat Dorster holt van den Rothyn an wente an dat Rosendal myt deme gantzen Heygerdal, unde ok dat Tevekendal myt der Tevekenbrede synt ok or halff myt allen oren rechticheyden unde tobehoringhen, tho Osterrode veer hove landes myt eyneme meygerhoffe unde ok to Honstad anderhalve hove landes myt eyner wort. Dusser vorscreven goydere myt allen oren tobehoringen unde rechticheiden, wu se belegen syn in velden, in holten, in wisschen, in weysen, in watere, in weyden, unde wu me se benomen mach, ycht wy yenighe rechticheit dar anne hebben mochten effte hedden an eghendome, an denste, an gerichte edder an ander unplichte, wille wy noch en schullen unse erven effte yemandes van unser wegen nummermer dar up saken, unde don des eyne gantze ewyghc vorticht vor uns, unse erven unde alle denyennen, de meynden edder dechten in tokomenden tiden van unser unde unser erven wegen rechticheit daranne to beredende effte to hebbende, unde nemen de upgenanten geystliken veders unde heren myt oren undersaten unde ok ore goydere in unse beschermynge unde vordeghedingen, up dat se unsen leven heren god unde den hilghen unsen leven heren sunte Bernward vor uns unde de unse truweliken bidden in oreme ynnighen bede. Dyt alle is ghescheyn in bywesende unde fulborde unser hersschup unde manschup also des hochgeboren greven Otthen van Eversteyn, Guntzel unde Asschwyn broder van Wenthusen, Luther van Meynnersen, Cord van Dorstad, Hermen van Olderdeshusen unde Ludelffe van Weynthen. Dusses allen to merer bevestinghe, orkunde unde bekantnisse hebbe wy unse ingesegel witliken an dussen breff laten henghet unde is gescheyn na Cristi gebort unses heren do men screff durent unde twehundert jar darna in deme veer unde sestigesten jare, ame daghe sunte Martens des hilghen bisschoppes.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 57. Siegel des Herzogs wenig beschädigt an rot-weiss geflochtener Seidenschnur. Das Siegel ist echt, die Schrift aber gehört dem 14. Jahrh. an. Übersetzung dürfte es kaum sein, auch nicht Fälschung, wohl aber spätere deutsche Bearbeitung einer echten Vorlage. Die Zeugen und die Siegelbefestigung sind genau dieselben wie unten Nr. 165 bei demselben Aussteller. Über die Wüstung Swecghusen (westl. von Landolfshausen) vgl. Max, Gesch. v. Grubenhagen I, S. 525.*



**74.** *Eid Ludolfs bei seiner Wahl zum Propst des Kreuzstiftes. Im Kapitel des Stiftes 1264 November 19.*

Ludolfus dei gratia prepositus ecclesie sancte Crucis Hildensemensis omnibus has litteras auditoris salutem in domino. Notum esse volumus, quod nos propter electionem factam de nobis in prepositum ecclesie sancte Crucis multis astantibus in capitulo eiusdem ecclesie tam clericis quam laycis huiusmodi prestitimus iuramentum. Ego Ludolfus electus in prepositum ecclesie sancte Crucis residentiam faciam apud ecclesiam sancte Crucis. Item bona prepositure et alia ecclesie sancte Crucis non alienabo et bona alienata, si vacabunt, nulli dabo in feodum. Item diligentem operam dabo ad requiringendum prebendam canonicorum ecclesie sancte Crucis et ad defendendum iura ipsorum. Item privilegia ecclesie sancte Crucis fideliter ego ipse servabo et adimplebo et ea constanter defendam. Item in homines ecclesie sancte Crucis nullam exactionem faciam, nisi quam consuetudo et privilegia ecclesie sancte Crucis fieri permittunt. Sic deus me adiuvet et sancta crux et hec sancta dei ewangelia. Ne igitur super predictis articulis in hoc iuramento contentis possit dubitari imposterum, scriptum super eisdem confectum sigillo nostro duximus roborandum. Actum in capitulo ecclesie sancte Crucis Hildensemensis anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. l<sup>o</sup>xliiii<sup>o</sup>. xiii<sup>o</sup>. kalendas decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 122. Siegel abgefallen.*

**75.** *Erwählter Otto entscheidet einen Streit des Kreuzstiftes mit dem Marschall Konrad und dessen Bruder wegen des Zehnten in Ingeln. Hildesheim 1264 Dezember 7.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus et confirmatus omnibus has litteras auditoris salutem in domino. Ad terminandam controversiam exortam inter capitulum sancte Crucis in Hildensem et Conradum marscalcum et Ludolfum fratrem eiusdem super decima in Ingenem ab utraque parte coram nobis fuit in arbitros compromissum, qui de mandato nostro statuerunt, quod canonici sancte Crucis fructus octo annorum tam in frugibus quam in aliis rebus de predicta decima provenientes cum integritate percipient et sine aliquo impedimento, et fructibus octo annorum perceptis, sicut predictum est, ad predictos fratres prefata decima revertetur. Verum quod iam dicti fratres statutum huiusmodi arbitrii fideliter observabunt, data fide in manus nostras et domini Ludolfi maioris prepositi et domini Thiderici cantoris ipsimet personaliter promiserunt. Insuper

pro eodem arbitrio plene observando fideiussores dederunt Aschwinum de Stenberg, Ecbertum camerarium, Iohannem de Goltorne et Conradum iuniorem de Elvede, qui data fide promiserunt in manus domini Ludolfi maioris prepositi et Iohannis de Sudterem et Hermannii Lepel et Iohannis et Arturi fratrum de Goltorne, quod ipsi ecclesiam sancte Crucis indempnem reddent, si fratres predicti Conradus et Ludolfus formam prescripti arbitrii non servaverint ut tenentur. Ne igitur super hoc facto ab aliquo possit dubitari in posterum, presens scriptum super eo confectum sigillo nostro duximus roborandum. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>iiii<sup>o</sup>., vii<sup>o</sup>. idus decembris, scilicet octava beati Andree apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 123. Beschädigtes Siegel des Erzdöhlten.*

**76.** *Graf Hermann von Wohldenberch übereignet dem Kl. Lamspringe drei Hufen in Ilde und einige Äcker in Mõtheshusen. 1264.*

Rerum gestarum series litteris testimonialibus et testium nominibus roboratis debet confirmari, ut, si in posterum necesse sit, noticiam rationabilem valeat propagare. Noverint universi tam presentes quam poster, qui presentem paginam perspexerint, quod comes Hermannus de Woldenberch cum unanimi consensu filiorum suorum Henrici videlicet canonici in Hildensem, Ludolfi, Burchardi maturo consilio prehabito proprietatem trium mansorum in Illedhe et quosdam agros sitos in Mõtheshusen contulit ecclesie beati Adriani in Lammespringe pro salutari remedio anime sue et uxoris sue domine Hedhewigis, tali tamen interposita forma, quod prepositus eiusdem loci Godefridus nomine sex talenta ad tricesimum iam dicte domine procuraret. Cum hec fierent, testes ydonei affuerunt Hermannus miles de Gandershem, Lippoldus miles de Luttere, Bertoldus de Goderenstede, Henricus de Haringe, Burchardus de Beochede et alii quam plures de familia ipsius comitis. Preterea filii iam nominati comitis pro aliis pueris fratribus suis, cum ad annos discrecionis pervenerint, ut idem factum ratum teneant, firmiter promiserunt. Insuper iam sepe dictus comes, ne quis hoc factum temeraria presumptione audeat infringere, presentem litteram sigilli sui apensione firmiter roboravit. Acta sunt hec anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. iii<sup>o</sup>., xiii<sup>o</sup>. kalendas.<sup>1)</sup>

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 31. Beschädigtes Siegel des Grafen Hermann.*

<sup>1)</sup> Der Monat fehlt.

**77.** *Kloster Neuwerk bei Goslar vertauscht mit dem Kl. Dorstadt Grundstücke auf dem Felde Ysersla gegen eine Hausstelle und fünfzehn Äcker in Flach-Stöckheim. 1264.*

Huius commutationis nostre testes sunt dominus Olricus plebanus in Barem, Couradus in Vlottedhe, Walterus in Machtersem, Albertus in Stockeym plebani, layci et milites Bernhardus de Indagine, Theodericus de Mandere, Heinricus Meybom et alii, Olricus et Bertoldus fratres de Levenstede, Iohannes et Conradus fratres de Stokem.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel des Konventes von Neuwerk und beschädigtes des von Dorstadt. Auf der Rückseite von Hand des 15. Jahrhunderts in parvo Vlote de campo Iserenslach. Gedr. Bode, UB. II, S. 167 Nr. 96. Die entsprechende Urkunde des Propstes K(onrad), der Priorin M. und des Konventes von Dorstadt mit gleichem Datum und denselben Zeugen im Museum zu Hildesheim, Siegel des Kl. Dorstadt verloren, das des Kl. Neuwerk stark beschädigt. Gedr. a. a. O. S. 168 Nr. 97.*

**78.** *Domherr Hoier von Hohenbüchen und Kaplan Konrad in Winzenburg unter den Zeugen der Urk., in welcher Ulrich von Hohenbüchen allen Ansprüchen an den halben Zehnten in Klein-Nauen (parve ville Nowen) dem Kl. Frankenberg gegenüber entsagt. 1264.*

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. II. S. 170 Nr. 101.*

**79.** *Mathilde, Äbtissin von Gandersheim, ihre Schwester Oda von Poppenburg und ihre Brüder Hoier, Domherr, und Ulrich von Hohenbüchen heissen gut, was ihre Schwestern Sophie, Pröpstin, und Kunigunde, Stiftsdame in Quedlinburg, über ihr Eigentum bestimmen werden. 1264.*

*Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh. S. 781, Erath, Cod. diplom. Quedlin. S. 223.*

**80.** *Entscheidung zwischen dem Propst und dem Kapitel des Moritzstiftes wegen der Verwaltung der Villikationen. O. D. (um 1264).*

Ad determinandas questiones exortas super diversis articulis inter dominum Volradum prepositum ecclesie sancti Mauricii ex una parte et capitulum eiusdem ecclesie ex altera de licencia expressa auditorum, qui fuerant ad hoc auctoritate domini electi deputati, videlicet domini Hedenrici cellerarii, magistri Iohannis, prepositi Haltonis et Hogeri scolastici, exstitit in sex arbitros compromissum, ex parte domini prepositi in dominum Ludegerum, dominum Bernhardum de Dorstat et magistrum Gerhardum scolasticum sancte Crucis, ex parte capituli in dominum Henricum prepositum de Stidere-

borch, Volcmarum scolasticum et Helmbertum, et hii arbitri sex in omnibus articulis subscriptis convenerunt, si dominus electus eos duxerit admittendos et in omnibus habuerit arbitrium plenum effectum. Dominus prepositus administrationem omnium villicationum ecclesie sancti Mauricii capitulo relinquit sua antiqua pensione salva, ita quod quicquid proveniet de eisdem villicacionibus tam institucionibus quam destitucionibus et exuviis litonum et aliis obventionibus extraordinarie venientibus dominus prepositus dimidiam partem, capitulum aliam dimidiam partem percipiet. In villicacionibus iam vacantibus capitulum statim administrabit. In villicacionibus non vacantibus ad presens capitulum se intromittet pleno iure, cum vacare contingerit. Si autem aliquam villicacionum absolvere voluerit capitulum, prepositus erit fidelis cooperador. Durante vero obligacione<sup>1)</sup> villicacionum prepositus prebendam cum supplementis fratribus administrabit, sicut hactenus tenebatur, rebelles et solvere negligentes per sentenciam excommunicationis coercedo. Denarios advocacie debito modo requiret equaliter ad singulas prebendas dividendos, pignora litonum capiendo vel defensores eorum simili sententia percollendo. Ipse autem dominus prepositus institucionibus et destitucionibus allodiorum sive mansorum litonum a capitulo faciendis se non ingeret, nisi pro aliqua necessitate advocetur. Bona in Machtelsem et medietatem decime in Hogersen salvo iure suo aut capitulo dispenenda relinquet aut dominus Gerhardus medietatem decime additis sibi annuatim xxx solidis a capitulo retinebit et prebendam consuetam administrabit, bonis in Machtelsem omnino capitulo relictis. Advocaciam ville Montis cum expresso consensu capituli committet, de qua advocacia capitulum recipiet duas partes et prepositus terciam. In hiis, que extraordinarie stricto iure solvuntur, dominus quoque prepositus tres mansos sibi in novali deputatos accipiet a parte australi latitudinem inchoando et ab agris antiquis in longum protendendo usque in finem novalis ecclesie deputati, et quartum racione prebende ipsum contingentem, si voluerit, tribus supradictis continuabit, vel si hoc maluerit, fructus mansorum canonicis deputatorum cum ipsis participabit. Completa autem extirpatione tocins novalis mansi domini prepositi tot agros habebunt, quot ipsum contingunt secundum ratam facta computacione in agris et mansis canonicorum. Ad liberacionem advocacie in Slichem de consilio et

---

<sup>1)</sup> Cop. obligacione.

auxilio canonicorum fideliter laborabit. Protestabitur eciam prepositus litteris suis, quod archidiaconatum Veteris monasterii conferre debet. De summa autem retentorum in iudicio propositorum capitulum prepositum absolvet. Bona in Essem si capitulum redimere voluerit, prepositus capitulo relinquet. Super denariis a testamento domini<sup>2)</sup> Henrici de Hidestorpe receptis capitulum prepositum absolvet. Item prepositus protestabitur coram domino episcopo et aliis viris honestis presentibus illis, qui detinent villicaciones ecclesie, quod prepositura vacante vel ipsis officiatis mortuis ipsa officia et villicaciones sunt in potestate capituli libere disponenda. In villicacione Vorsethe unum villicum presente domino Aschwino et Conrado de Stenberch nominabit. Questio eciam, que mota est domino preposito de piscatura vicariorum, cessabit datis illis quinque talentis ad alios redditus sibi comparandos. Nos autem Volradus prepositus, Th(idericus) decanus ecclesie sancti Mauricii totumque capitulum sigillis nostris presenti scedule appensis protestamur, quod ordinationi ab arbitris nostris in invicem ordinate stabimus iuxta formam superius prenotatam.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 41 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Auszüge gedr. Doebner, UB. III, S. 650 Nachtr. Nr. 36.*

**81.** Propst Heinrich II. von Escherde stellt die während seiner Amtszeit vorgenommenen Besitzveränderungen des Klosters zusammen. O. D. (um 1264).

Cum sint tempora mala et homines mutantur in peius, ego Heinricus secundus prepositus sub onere ecclesie in Eschere constitutus scire volo tam presentes quam posteros, qualiter egerim a die prima introitus mei et insudaverim in bonis emendis et in pignorandis, in constructione et expensa qualiumcumque utilitatum ecclesie, hec ea de causa scriptis denotare et in audientia amicorum nostrorum recitare cupiens, quia sunt prelati quidam, quorum infortuna talem habet exitum, cum toto mentis annisu et omni instantia cottidiani laboris insudent ac utilitati ecclesiarum insistant, non tamen pro his gratiam et favorem ab hominibus, sed magis ex suspicione et instigatione invidentium detractiones et obprobria recipiant, et e contrario sint aliqui, qui non solum utilitatem ecclesie in aliquibus promoveant, verum etiam bona habita ac diu possessa dilacerent

<sup>1)</sup> Cop. domino.

ac dissipent nec tamen pro his recompensationem negligentie sue ab hominibus recipiant. Quorum nec fortunium aut infortunium assequi desiderans hec ideo describo, sed magis amicos nostros scilicet dominum Heinricum de Tossem, dominum Rodolfum et alios quam plures actuum meorum testes adhibere cupiens, quia denarios, quos recepi, et aliquos, quos non bene memorari possum, unde recepi, in nullum usum meum reservavi nec aliquorum parentum meorum inopiam per hec sustentavi, sed potius in utilitatem ecclesie reposui. Quorum hoc primum est, quod dedi domino Bodoni de Homburch quatuor talenta pro liberis bonis in Bovingehusen, quod nunc Escherte dicitur, Bertoldo filio eiusdem quatuor talenta, altero filio eius Heinrico de Homburch quatuordecim talenta, xxx duo pro decima in eadem villa, triginta sex pro bonis Ecberti, quinquaginta septem pro bonis Hermanni de Betenem, quinque talenta eidem Hermanno pro bonis in Edingehusen, Hermanno Colingo et fratribus eius de Betenem viginti talenta et decem solidos, Teoderico et Adelloldo ii solidos, Heinrico x solidos, Gerdrudi et sorori eius Engelburgi xx solidos, Conrado de Betenem x et novem solidos, comiti Bernardo de Spechelber x et octo solidos, pro bonis in Wennerde septuaginta talenta, pro decima in Wiringe xx talenta, octo talenta pro quarta parte decime in Eschere ad tres annos possidenda, sex talenta pro bonis in Herdigessen, quadraginta talenta expendi in annis kalixtie. A primo tempore introitus mei infortunio accidente et pestilentia oves nobis subtrahente pro eisdem denuo acquirendis dedi xi talenta, pro molendino parvo tam pro lapidibus quam pro aliis attinentibus xxx solidos, quod perdidit quodque iterum recuperare cupiens aliud construxi, quod me constitit v talenta, quod dicitur Hersenmolen. Quinque talenta primo tempore introitus mei dedi pro carnibus, quia non erat consuetudo esus carniarum apud nos. Deinde annuatim pro utensilibus] in curia Eschere, in curia Bovingehusen et in precio servorum dedi talenta x et quod supra est. Ad constructionem molendini in Bovingehusen duo talenta, ad constructionem nove domus in claustro xii talenta, xxx talenta tribus annis domino episcopo pro decima in Betenem. Hec non in clavi apud me solum tractavi et conscripsi, sed in audientia totius capituli nostri tam dominarum quam fratrum ac sororum recitavi et scriptis tradidi, quos testes adhibeo tam presentibus quam futuris hoc scriptum inspecturis. Hi sunt denarii, quos dedi pro manso, quem comparavi in Ethingehusen a Ludolfo et Bernardo

Colingo. Primum expedivi ex ipsis denariis a Iohanne villico prepositi Montis et fratre eius quandam querimoniam, quam habebant super aliquos agros et aream hic infra curiam sub nomine ipsorum, octo solidos ~~de ipsis~~ ~~et unum~~ solidum de denariis ecclesie. Deinde dedi Bernhardo talentum unum, Ludolfo vi solidos. De curia Bovingehusen scire cupiens, qualiter expedivi a Heinrico Rasehorn et fratre eius, quam tenebant a domino Lippoldo et Teoderico, qui dederunt proprietatem ecclesie, scilicet Heinrico dedi octo talenta, domino Crachtoni de Himmethedor dedi quindecim talenta. Item de manso uno de Ethingehusen notum esse volumus, quem expedivimus a Bernhardo Colingo novem talentis, quem et ipse in feodo tenebat a Hartwigo de Bruchem et cognatis eius, qui et illum in feodo tenebat a domino Lippoldo de Eschere et fratre eius, a quibus nos expedicimus xxx solidos, quem et ipsi de petitione nostra donaverunt ecclesie nostre. Hic est census qui datur de Herdingessen quatuordecim solidi, et hic est, qui de Achim, xxx solidi, ex quibus dantur x in festo Michahelis, in festo Martini x, Thome x. Item dampnum quiddam accidit nobis in bonis in Wennerde, quod ex necessitate compulsi sumus ad dampnum nostrum commutationem facere cum domino Basilio de Eschere, in qua commutatione recipimus medietatem decime in Bruchem, quam tenebat a domino episcopo, tres mansos in Giftenem, tres in Bervelte cum propriis hominibus, et cum expleta esset commutatio, nondum expedierat nos in estimatione xii talentorum, et ut hoc in integrum redigeremus, viginti duo talenta superaddidimus, ut omnes sex mansi manerent in usus ecclesie. De bonis namque, que olim habueramus in Wennerde, recepimus annuatim xi talenta redditus videlicet de curia una, quam dedit dominus Lippoldus in fundatione loci<sup>1)</sup> pro remedio anime sue, et de curia una, quam comparavit dominus noster Heinricus secundus prepositus a Volcmaro et fratre eius pro septuaginta talentis. Unde statuta est commutatio bonorum istorum sic, ut, si questio aliqua aut turbatio orta fuerit inter ecclesiam et eos qui nunc possident bona illa de commutatione horum bonorum, aut restaurum nobis fatient aut bona restituent et nos econtra restituemus eis bona ipsis. Notum esse volumus omnibus tam presentibus quam futuris hoc scriptum inspecturis, quod Herbordus cum uxore et tribus filiis suis obtulit se ecclesie nostre cum bonis, que possidet

<sup>1)</sup> *Verbessert aus loco.*



in Oddingehusen et in Betenem, que bona nos redemimus et exemimus iuris condicione de libera comicia domini Bertoldi de Hom-burch, que et ipse mannetet a nobis diebus vite sue. Similiter et cum Heinrico Longo et iiii filiis suis commutationem fecimus cum duobus mansis in Alicvorde, quos et ipsi mannetent a nobis, similiter et Bertoldus de Hoiersem. Bona in Svelbedessen cum aureo molendino comparavimus pro centum talentis et xx a fratribus de Tossem Ecberto et Heinrico xii mansos, novem scilicet indeci-males et liberos ab omni iure advocatie, tres vero obligatos, quos mannetent a nobis quidam dicti Phisel. Que bona resignata sunt ad manum domini Iohannis episcopi et ab ipso ecclesie proprie nostre donata presentibus his abbate de sancto Michahela domino Ernesto, abbate de sancto Godehardo domino Ludoldo, cantore maioris ecclesie domino Teoderico dicto de Adenoysem, preposito de Lam-springe, preposito de Wlveghusen et aliis quam multis. Hec bona iam dicta resignare noluit Ecbertus, donec talenta tria superaddidimus ei pro resignatione. Quibus datis assumpsit secum consanguineos suos dominum Teodericum de Tossem et Ecbertum camerarium, qui omnes resignaverunt et super ymaginem beate virginis Marie obtulerunt et iureiurando nobis promiserunt ac scriptis et litteris confirmaverunt, se ad manum episcopi resignaturos, dum proxime ipsum viderent, sed votum illud non solverunt, donec in diem consecrationis nostre absente domino Ecberto camerario, qui partes istas exierat, et altero Ecberto etiam absente dominus Teodericus de Tossem rogatus ab Ecberto resignavit ipsa bona episcopo Iohanni in choro dominarum in audientia omnium ibi tunc presentium, quorum aliquos de pluribus supra prescripsimus, et ipse episcopus donavit ecclesie nostre libera et expedita perpetuo possidenda. Item comparavimus a comite Ludolfo de Harlemund<sup>1)</sup> vii mansos in Achem cum attinenciis suis pro centum et xx talentis, tres mansos de eodem comite in Odingehusen. Succedente tempore insurrexerunt in nos comites de Pernemunt Godescalcus et Hermannus tantam nobis inportunitatem facientes, quod oportuit nos dare vii talenta pro proprietate trium mansorum; sed et fratribus duobus de Rothinge, qui nos pro eisdem bonis inpetierunt, dedimus octo talenta et x solidos. Bona in Achem comparavimus ab Engelardo Suring pro sexaginta marcis examinati argenti, quod sunt octoginta talenta,

---

<sup>1)</sup> *So das Or.*



scilicet medietatem decime et tres mansos, de quibus duos manutenebat a comite Hermanno, cui et dedimus iiii talenta, et Engelardus resignavit eidem comiti, qui et ipse donavit nobis; tertium mansum, quem manutenebat Bertoldus de Novali a fratribus de Eschere, ex promotione Engelardi facta resignatione<sup>1)</sup> donaverunt ipsi fratres de Eschere ecclesie nostre. Medietatem autem decime manutenebat idem Engelardus a Heinrico<sup>2)</sup> de Vornholte filio domini Reinhardi et ipse Engelardus resignavit Heinrico et Heinricus resignavit domino episcopo in die consecrationis monasterii nostri et ipse episcopus donavit ecclesie nostre. Item bona comparavimus in villa Achem<sup>3)</sup> scilicet ii mansos et dimidium et molendinum a fratribus de Dodessem Wolthero et Eylardo pro quinquaginta talentis. Hec sunt bona, que comparavimus a Colingo xx iugera<sup>4)</sup> et pratam et unum ethwart in Edingehusen, de quibus agris sunt siti sedecim in curia Odingehusen, iiii versus desertam curiam, pro quibus bonis dedi primum v solidorum minus quam xi talenta, deinde orta est querimonia super hoc (?<sup>5)</sup>) a Gerhardo, cui dedi duo talenta. Secundo iterum querimoniam detulit ad nos et iterum talentum ei dedimus. Deinde abbati de sancto Michaele vi talenta dedimus pro proprietate. Item pro bono domini Ernesti in Betenem dedimus quinquaginta talenta et domino Iohanni de Blankenburch tria talenta pro proprietate eiusdem boni. Hic est quiddam, de quo sepius ecclesie indampnantur, quod dicitur echtwart, unde notum sit omnibus, quod ecclesia nostra in hac villa<sup>6)</sup> possidet duos a domino Hermanno de Betenem, a Heinrico Longo duos, a Mergarde et sororibus eius duos, in commutatione mansi unius in Eschere a dominis maioris ecclesie unum, a domino Bertoldo de Hoiersem unum, a Colingis unum, a domino Ecberto de Betenem in alia area eiusdem ville duos, ab Adeloldo et heredibus eius duos, a domino Hermanno in alta area unum, in Ethingehusen in area empta a Bernhardo Kolvingo extra villam unum, a curia hospitalis tres, a Dutingo unum, ab

---

<sup>1)</sup> Von hier ab auf der Rückseite. Auf dem unteren Rande der ersten Seite: fratribus de Betenem Hermanno et Ernesto dedimus xx et octo talenta. <sup>2)</sup> Auf diesen bezieht sich wohl die Bemerkung auf dem oberen Rande der Rückseite: eidem Heinrico dedimus vi marcas pro proprietate decime. <sup>3)</sup> Hierauf bezieht sich wohl sicher die Bemerkung ganz unten auf dem Rande der Rückseite von der ersten Hand: que manutenebat ab episcopo Mindensi, et eidem episcopo dedimus iiii talenta pro proprietate bonorum, vgl. oben Nr. 39. <sup>4)</sup> Or. iura. <sup>5)</sup> Ein Wort nicht zu lesen. <sup>6)</sup> Die Lücke auch im Or.

area domine Eylice unum, in parva area in eadem villa iuxta aquam unum, in Odingehusen in magna curia, que fuit Woltheri, duos, in alia area unum, in alia curia, que fuit domini Hermannii, duos, in area Friderici, que quondam fuit domini Gerungi de Gesen, unum, in Achem in curia, que fuit domini Arnoldi de Blickenstede, unum, in Bervelte septem, in Betenem duos, de curia solitaria et de curia Wichmanni unum. Postea succedente tempore conquisivimus a comite Ludolfo de Harlemunt septem, ab Engelardo duos, a fratribus de Dodessem Walthero et Eylardo quinque, de molendino et de aliis bonis, que habebant in villa, quinque. Universitati cunctorum notum esse volumus, quod nos in feodo concessimus Iohanni de Lapidea domo in Hanovere et filio eius Iohanni bona in Gravestorpe receptis ab ipso Iohanne patre huius quadraginta talentis. Item conquisivimus a comite Ludolfo de Harlemunt quoddam ius spectans ad bona in Achem scilicet novem echtwart in silva que vocatur Havechorst. Decima de Holthusen constitit me nonaginta talenta. Pro decima in Scellerte dedimus fratribus de Eschere Lippoldo et Basilio quadraginta talenta ad iiii annos. Pro proprietate bonorum, que a nobis tenent fratres de Hoiерsem, dedimus Lippoldo de Hertesberge iiii talenta. Comiti Widekindo de Poppenburch dedimus iiii talenta pro proprietate quorundam bonorum in Eddingusen. Domino Lippoldo de Antiquo foro dedimus xxx solidos pro quadraginta iugeribus ipsoque defuncto filio eius dedimus v talenta. Fratres de Gestorpe dominus Willebrandus et Herbordus contulerunt ecclesie nostre decimam in Gestorpe pro remedio animarum suarum, sed Iohannes de Wlvinge inpetivit nos<sup>1)</sup> et molestavit post mortem ipsorum dicens, eandem decimam sibi attinere. Unde et ipse Iohannes optionem nobis dedit, utrum ipsam decimam an denarios magis eligeremus. Et propter timorem heredis, qui posset succedere ipsi Iohanni, qui nos inpetivit, elegimus denarios et ipsos in aureum molendinum Svelbedesse locavimus, unde annuatim ad vestituram nostram xxx percipiemus solidos, in pascha xv et ad festum Michahelis xv. Notum<sup>2)</sup> esse volumus omnibus, quod dominus<sup>3)</sup> Lippoldus de Esherte<sup>4)</sup> una cum filio suo Tiderico pro remedio uxoris sue domine Elysabet apud nos defuncte donavit ecclesie nostre proprietatem super duos mansos sites in Wennerde. Item et ipse et dominus

<sup>1)</sup> nos über der Zeile.    <sup>2)</sup> Von hier ab andere Hand.    <sup>3)</sup> dominus über der Zeile.    <sup>4)</sup> So das Or.

Iohannes et Iordanis dicti de Escherte donaverunt nobis proprietatem super sedecim iugera et aream unam in Escherte pro remedio anime sue et amicorum suorum in Christo defunctorum.<sup>1)</sup> Item notum esse volumus, quod ego Bertoldus prepositus acquisivi a Iohanne filio Herbordi mansum unum situm in Odingehusen pro x talentis. Duas areas cum duobus echtwart donaverat domina in Sothere. Donaverat domina Remburgis de Hildensem filie sue apud nos locate et post mortem ipsius ecclesie nostre, ex quibus consequemur annuatim x solidos, iiii pullos et ova. Ego<sup>2)</sup> Bertoldus prepositus acquisivi a Bertoldo mansum unum situm in Odingehusen pro x talentis. Ego Luderus prepositus acquisivi huic ecclesie quadraginta iiii mansos.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 95 ohne Besiegelung, grosses Pergament, 33 $\frac{1}{2}$  cm breit und 64 $\frac{1}{2}$  cm lang. Propst Bertold ist 1268, Propst Luder 1285 ff. nachweisbar, sodass die Nachträge aus dem Ende des Jahrhunderts herrühren.*

**82.** *Dechant und Kapitel des Kreuzstiftes bekunden die Bürgerschaft Genannter, dass das Stift im Besitz der Güter in Berel durch Heinrich, Jordan und Bernhard nicht wieder werde belästigt werden. O. D. (1264—68).*

L(udolfus) dei gratia decanus ecclesie sancte Crucis Hildensemensis. Notum sit, quod, cum Henricus et Iordanis et Bernardus renunciarent iuri, quod dicebant se habere in bonis Berle, licet in rei veritate nullum ius haberent, presentes erant in castro Liechtenberch dominus Fridericus et Hugo canonici sancte Crucis et dominus Winandus advocatus et Ludolfus de magno Freden et Gerardus de parvo Freden, Henricus Segebodinge, Iohannes de Burchtorp, Tidericus de Asle, Henricus de Brandesle, Hildebrandus item de parvo Freden, Bertrammus, Tidericus Cromeke, Gocewinus, Olricus famulus scolastici, fideiusserunt autem Bernardus de Asle, Iohannes et frater suus, Henricus de magno Freden pro eisdem et pro sorore, quod ex parte eorum nunquam imposterum questio movebitur ecclesie sancte Crucis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 110. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**83.** *Propst Konrad, Priorin M. und der Konvent von Dorstadt bekunden, von Bertrade, Wittve des Ulrich vom Steinwege (de Lapidea*

<sup>1)</sup> Von hier ab dritte Hand. <sup>2)</sup> Von hier ab vierte Hand.

via) vier Mark Silber unter der Bedingung erhalten zu haben, dass sie deren Tochter Irmgard, ihrer Nonne, davon jährlich zehn Schilling entrichtet, welche aus den Hausstellen des Ulrich, des Meinhard und des Landgraf in Flöthe bezahlt werden sollen. Nach dem Tode der Irmgard sollen zwei Hausstellen mit sechs Schilling an die Kustodie zur Beleuchtung, der Rest sonst zur Aufbesserung des Gottesdienstes verwendet werden. O. D. (1264—69).

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Konventssiegel. Gedr. Hänsele-  
mann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 90 Nr. 203.*

**84.** Das Kl. Dorstadt löst vier Holznutzungen vom Kl. Heiningen, dem sie von den Brüdern Johann und Bertold (von Dorstadt) verpfändet waren. O. D. (1264—69).

C(onradus) dei gratia prepositus in Dorstat et M. priorissa totumque ancillarum dei conlegium eiusdem conventus omnibus presentem paginam inspecturis devotas orationes in Christo. Noverint universi, quod nos quatuor usus lignorum pro iiii talentis ab ecclesia in Henige, qui erant eis a duobus fratribus Io(hanne) et Ber(toldo) impignorati, redemimus in hunc modum, quod nos predictis fratribus Io(hanni) et Ber(toldo) annuatim duos modios, unum siliginis aliumque tritici, persolvemus, sicque conceditur nobis usibus ipsis uti libere tamquam nostris, quousque nobis ab ipsis vel ab eorum heredibus predicta pecunia fuerit restituta. Omnibus eciam cupimus esse notum, quod quadam vice, cum in presentia domini Conradi militis dicti de Dorstat sepedicti fratres Io(hannes) et Ber(toldus) essent constituti et nos cum ipsis de diversis negotiis tractaremus, presens eciam causa constat fuisse taliter terminata: antedicti fratres Io(hannes) et Ber(toldus) usus, quos habent in silva adiacenti clauastro, non alienis, sed ecclesie nostre poterunt obligare tali conditione interiecta, quod ipsi pensionem constitutam in posterum non auumentent. Huius rei testes sunt dominus Conradus de Dorstat et Henricus de Igeleve, Luderus et alii quam plures. Ut autem hoc factum sit ratum, atestatione presentis sigilli fecimus roborari.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Propsteisiegel an dem von der  
Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest Hänselemann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 90 Nr. 202.*

**85.** Ritter Wilbrand von Reden und Kinder einigen sich mit dem Godehardikloster wegen dreier Hufen in Bledeln. Heisede 1265 Februar 28.

Universis ecclesie fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Willebrandus dictus de Redhen miles salutem in domino. Omnibus volumus fieri manifestum, quod, cum venerabili viro domino Hermanno abbati monasterii sancti Godehardi in Hildensem super tribus mansis in Bledennem sitis movimus questionem, tandem de prudentum consilio inter eundem abbatem et nos est compositio amicabile ordinata, ita quod nos et heredes nostri Bertoldus, Willebrandus, Alhedis, Berta,<sup>1)</sup> Petronella, quos nunc dumtaxat habemus filios et heredes, renunciavimus libere et absolute tribus mansis predictis et recognoscimus eosdem tres mansos in Bledennem ad monasterium sancti Godehardi iure perpetuo pertinere. Nos autem omne derivamen de tribus mansis iam dictis duobus recepimus annis, quod dominus abbas in compositione dicta nobis sua indulset gratia et remisit. Ut autem huic facto oblivio non subrepat, huic scripto super hoc confecto sigillum domini Iohannis de Eskerthe et nostrum apposuimus ad cautelam. Testes sunt dominus Thidericus de Tossem, Wizelinus Westfale, Wilferus de Reden milites, Olricus de Hebelinerode, Hermannus de Bochede, Hinricus Howardi et alii quam plures. Actum in villa Hesede anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>. sexagesimo v., ii. kalendas marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 30. Von den drei schildförmigen Siegeln lassen die beiden ersten noch die dreimalige Teilung des Schildes und das zweite die Legende: † SIGIL' WILBRANDI DE RE . . . N erkennen, das dritte, des von Escherde, beschädigt, zeigt die beiden Schlüssel.*

**86.** *Die Brüder Hoier, Domscholaster, und Ulrich von Hohenbüchen verkaufen dem Kl. Wülfinghausen die Vogtei der Güter in Holtensen (Holthusen), die sie vom Kl. Corvey zu Lehn gehabt haben. Hildesheim 1265 März 23 (? secunda feria post Benedicti<sup>1)</sup>).*

Testes huius rei sunt decanus, cellerarius, magister Iohannes Volmari, Bernardus de Dorstat, Arnoldus de Wereberghe Hildensemensis ecclesie canonici, Bertoldus Pil, Iohannes de Sutherem et filius suus, Hermannus Boc, Tidericus de Reden, Iohannes de Berningerode, Henricus pincerna et Ernestus filius eius, Henricus de Berenrode milites, Bertoldus et Gerardus de Ezeleze, Borgardus et Henricus de Wlfinghusen, Lambertus et Ekdehardus de Selethe.

<sup>1)</sup> Berta über der Zeile nachgetragen. <sup>2)</sup> Das letzte i im Or. verändert aus a, und Cop. III, 220 des 14. Jahrhunderts hat Benedicta, deshalb ist die Urk. vielleicht zu Oktober 8 zu setzen.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Wülfinghausen Nr. 84. Kleiner Rest des Siegels des Domkapitels und grösserer des Siegels des Propstes des Moritzstiftes an rot-weisser Hanfschnur, die Siegel der v. Hohenbüchen sind abgefallen. Gedr. Hannov. Gel. Anzeigen 1753. S. 120, Gruppen, Observ. rer. Germ. S. 218, v. Hodenberg, Calenberger UB. VIII, S. 29 Nr. 33; Regest Westf. UB. IV, S. 517 Nr. 1027. Vgl. auch die Urk. des Kl. Corvey von 1248 v. Hodenberg a. a. O. S. 24 Nr. 26.*

**87.** *Herzog Albert von Braunschweig überträgt dem Maria-Magdalenenkloster drei ihm von den Brüdern Luthard und Luthard von Meinersen resignierte zehntfreie Hufen in Sorsum (Sutherem apud Emeroke). Meine (Meynum) 1265 April 10 (sexta feria infra ebdomadam pasce).*

Huius rei testes sunt dominus Iohannes marscalcus de Saldere, Iordanus pincerna, Fredericus milites de Neytorp, Willekinus de Gustede, Herewicus camerarius de Nutzen, Iacobus advocatus de Zellis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 75. Stark beschädigte Siegel des Herzogs und der von Meinersen, letztere geschachtet.*

**88.** *Ludolf, Propst des Domes und des Kreuzstiftes, bekundet den Verzicht des Nantwich von Poppenburg auf eine Hufe in Achtum. Hildesheim 1265 Mai 3.*

L(udolfus) dei gratia maioris et sancte Crucis in Hildensem ecclesiarum prepositus universis hoc scriptum auditoris in vero salutari salutem. Constitutus coram nobis Nantwicus de Poppenburch impetiit mansum quendam situm in Achtem pertinentem ad ius et proprietatem ecclesie nostre sancte Crucis, et cum evidens esset, quod nichil iuris haberet in eodem manso, quia in manus bone memorie prepositi Alberti predecessoris nostri eundum mansum resignaverat manifeste, iam dictus Nantwicus nostris precibus et amicorum suorum acquiescens consilio renunciavit eodem<sup>1)</sup> manso coram nobis protestans, quod super eo ecclesiam sancte Crucis ammodo nullatenus molestaret. Presentes erant Ludolfus decanus, Woltherus, Fridericus sacerdotes, Hugo, Almarus subdiaconi canonici sancte Crucis, Iohannes de Sutherem et Henricus de Barenrode milites, Bernhardus de Ponte et Iacobus servi nostri et alii quam plures. Actum Hildensem in curia nostra apud sanctam Crucem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>., v. nonas maii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 124. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen abgefallen.*

<sup>1)</sup> So das Or.

**89.** *Papst Clemens IV. beauftragt den Abt (Ernst) des Michaelisklosters, das Kloster st. Wiperti bei Quedlinburg gegen Räuber und Schädiger zu schützen. Perugia 1265 Mai 11 (v. idus maii, pontificatus nostri anno primo).*

*Gedr. nach dem Or. Erath, Cod. diplom. Quedlinburg. S. 226 Nr. 189. Regest Potthast, Reg. pont. 19141.*

**90.** *Johann von Himmelsthür bekundet, vier Hufen gegen jährlichen Zins zu besitzen, die nach seinem und seiner Frau Tode an den Obedientiar in Wennerde fallen sollen. 1265 Mai 25.*

Ego Iohannes dictus de Hymmedesdore tenore presentium profiteor et protestor, quod ego et uxor mea de consensu et beneplacito capituli Hyldensemensis tres mansos litonum a Bertrammo dicto Munsche absolvimus et unum scilicet quartum emimus ab honorabili viro domino V(olrado) preposito Montis, quos una vite nostre temporibus debemus tenere ac possidere libere sub hac forma. Censum annum ego et uxor mea annis singulis persolvemus, nobis vero uxore mea et me mortuis sine aliqua difficultate et absque omni heredum nostrorum impetitione ad ecclesiam Hyldensemensem et ad obedientiarium obedientie in Wennerde predicti mansi quatuor revertentur totaliter absoluti. Testes huius rei sunt Ernestus abbas sancti Mychaelis, dominus S(igebodo) de Scartvelde, V(olcmarus) scolasticus Montis, Th(idericus) de Rothtinge, H(ermannus) Lepel et alii quam plures. Quia vero sigillo careo, hec sub sigillo domini Bertoldi Pil conscribi feci. Actum Hyldensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxv<sup>o</sup>., in die Urbani.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 213. Das gut erhaltene Siegel zeigt doppelreihig gewürfeltes Andreaskreuz: † S. BERTOLDI . PIL . DE . HEMEDESDORE.*

**91.** *Erwählter Otto genehmigt, dass Heinrich von Burgdorf und sein Bruder Alberich den halben Zehnten in Gross-Flöthe dem neuen Hospital in Goslar verkaufen, nachdem sie ihn mit zehn Hufen in Dörnten (Dhornete) entschädigt haben. 1265 (vor Juni 13).*

Testes huius rei sunt prepositus Halto, prepositus Volcwinus de Svalenberg, Lippoldus de Antiquo foro Hildensemensis ecclesie canonici, Ludolfus de Borseme, Heynricus pincerna, Bertoldus Pil, iuvenis pincerna Ernestus, Conradus marscalcus milites.



*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Siegel des Bischofs und des Domkapitels von den roten Seifenfäden verloren. Gedr. Bode, UB. II, S. 176 Nr. 109. Am 16. Juni resigniert Graf Meiner von Schladen dem Domstifte den halben Zehnten in Flöthe zu Gunsten des neuen Hospitals, Or. ebenda, gedr. a. a. O. Nr. 110.*

**92.** *Heinrich von Burgdorf überträgt als Entschädigung der Hälfte des Zehnten in Flöthe, welche der Erwählte dem neuen Johannis-Hospitale in Goslar überwiesen hat, dem Domstift zehn Hufen in Dörnten und erhält sie vom Erwählten zu Lehn. Hildesheim 1265 Juni 13.*

Universis presentem paginam inspecturis Henricus de Borchdorp salutem in domino. Tenore presentium profiteor et protestor, quod in reconpensam medietatis decime maioris Vlotedhe, quam dominus electus Hildensemensis de consensu sui capituli novo hospitali sancti Iohannis in Goslaria liberaliter contulit propter deum, decem mansos in Dornethen proprietatis mee gloriose virgini de consensu fratris mei liberorumque meorum contuli et de manu domini electi Hildensemensis una cum aliis bonis, que ab eadem ecclesia teneo, recepi iure pheodali. Frater vero meus Alvericus nomine et Gevehardus et Ludolfus fratres de Borthvelde puerorum meorum avunculi una mecum promittent fide data, quod liberi mei factum meum ratum habebunt, cum eos ad etatem legitimam contigerit pervenire. Testes autem huius rei sunt Ludolfus maior prepositus, V(olradus) montis sancti Mauriti prepositus, H(eidenricus) celerarius, H(ogerus) scolasticus, H(ermannus) de Dasle, B(ernardus) de Dorstat, A(rnoldus) de Wereberge Hildensemenses canonici, H(einricus) pincerna, E(cbertus) camerarius milites et alii quam plures. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>., sabbato ante Viti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 212. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, wenig beschädigt, zeigt Schrägrechtsbalken.*

**93.** *Lucia, frühere Frau des in das Minoritenkloster getretenen Heinrich Acco, bekundet, dass das Recht der Benutzung eines Weges, das ihr der Rat und die Bürger auf Bitten des Dompropstes Ludolf vergönnt haben, mit ihrem Tode erlöscht. 1265 Juni 23 (in vigilia beati Iohannis baptiste).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 891. Siegel des Dompropstes und des Minoritenkonventes, das des Heinrich Acco verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 143 Nr. 295.*



**94.** *Erwählter Otto vergleicht sich mit Aschwin von Lutter und dessen Brüdern wegen gewisser bischöflicher Güter, welche sein Vorgänger Johann deren Vater für das Schloss Lutter verpfändet hatte, dahin, dass die Brüder einen Teil der Güter ihm überlassen und er jenen den Zehnten in Harsum (Hardessem) und die Allode in Hohenhameln, Sossmar (Suttherem iuxta Honhamelen) und Bierbergen (Berberge) für 280 Mark Silber bis zur Bezahlung dieser Summe verpfändet und einen Hof in der Vorburg (suburbium) desselben Schlosses zum Wohnsitz überlässt. Hierfür stellt er Bürgen mit Verpflichtung zum eventuellen Einlager in Hildesheim. Hildesheim 1265 August 23 (in vigilia Bartolomei, confirmationis nostre anno primo).*

*Bürgen:* Ludolfus maior prepositus, Iohannes decanus, Wlradus Montis prepositus, Heydhenricus cellerarius, Thidericus cantor, Iohannes plebanus, Heynricus de Brema, Segebodo de Scartvelde, Heynricus de Scalkenberg, magister Iohannes Volcmari, magister Leonius Hildensemensis ecclesie canonici, Heynricus pyncerna, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Borssem, Ecbertus de Asseborch, Conradus de Elvede, Hermannus de Ganderssem, Thidericus de Barem, Thidericus de Rotthinge, Bertoldus Pil, Albertus Bok milites in manus prefati A(schwini) et suorum fratrum, Guncelini de Bodensten, Conradi marscalci et fratris sui . . , Aschwini et Conradi fratrum de Stenberg, Heynrici Grubonis et . . fratris sui de Stenberg, Thiderici de Adhelevessen et fratrum suorum et Basillii de Woldershusen militum et famulorum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 214. Beschädigte Siegel des Erwählten und des Domkapitels an gelben und roten Seidenfäden. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 39 Nr. 59, im Auszug Asseburger UB. I, S. 222 Nr. 325, Regest Doebner, UB. I, S. 143 Nr. 296. — Domherr Heinrich von Schalksberg, hier zum letzten Male erwähnt, stirbt am 14. Januar (1266?) vgl. Westfal. UB. VI, S. 233 Nr. 780.*

**95.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Wienhausen mehrere von diesem angekaufte und ihm resignierte Zehnten. Hildesheim 1265 September 9 (in die Gorgonii martiris).*

*Testes huius rei sunt* Ludolfus maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, Heydhenricus cellerarius, Thidericus cantor, Hogerus scolasticus Hildensemensis ecclesie canonici, Heynricus pincerna, Ecbertus camerarius, Conradus marscaleus, Ludolfus de Borssem, Aschwinus de Stenberg, Albertus Bok, Bertoldus Pil milites.

Ego autem Bruno Montis canonicus domini . . electi Hildensemensis notarius recognovi.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 71. Gut erhaltenes Siegel des Erwähnten und Bruchstück des Domkapitelsiegels an weissen Zwirnfäden. — Es mag hier erwähnt werden, dass dom. Theodericus cantor Hildensemensis prepositus (des Kreuzstiftes) auch unter den Zeugen der Urk. des Edeln Johann von Adensen für das Kl. Bücken genannt wird, gedr. nach Cop. von Hodenberg, Hoyer UB. III, S. 28 Nr. 28 zu 1261; es ist aber wohl 1265 zu lesen.*

**96.** Die Grafen Hermann, Burchard, Heinrich und Hoier von Wohldenberg übertragen dem Maria-Magdalenenkloster vierzig Morgen mit einer Hausstelle in Kemme, die ihnen Ritter Bernward von Kemme auf Veranlassung des Propstes Bruno resigniert hat. Wohldenberg 1265 September 12 (pridie idus septembris).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 76. Siegel des Hermann beschädigt, die des Burchard und Heinrich gut erhalten, alle drei an weissen und blauen Hanffäden, das des Hoier mit der Befestigung verloren.*

**97.** Erwählter Otto überträgt  $2\frac{1}{2}$  ihm resignierte Hufen in Kemme dem Maria-Magdalenenkloster. Hildesheim 1265 Oktober 7.

Otto dei gratia Hildensemensis electus universis sancte matris ecclesie filiis salutem in domino. Tenore presentium notum esse volumus omnibus presentium inspectoribus, quod, cum . . prepositus monasterii sancte Marie Magdalene Hildensemensis duos mansos et dimidium in Kemme sitos a Berewardo milite dicto de Kemme iustis heredibus suis consentientibus comparasset, dictus miles, quia dictos mansos a nobis tenuit et eos non nisi de nostra vendere poterat voluntate, ipsos nobis cum omnibus eorum iuribus continuo resignavit. Nos vero tali resignatione recepta predictos mansos cum proprietatibus eorundem de consensu capituli nostri pro remedio anime nostre contulimus monasterio memorato cum omni iure et utilitate perpetuis temporibus possidendos spem firmam habentes, quod sanctimonialia in ipso monasterio die noctuque deo et beate Marie deservientes pro huiusmodi liberalitate nostra apud deum suis orationibus memores nostri erunt. Testimonium huius collationis nostre perhibet presens pagina sigillorum nostri videlicet et capituli munimine firmissime roborata. Testes huius rei sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, Heydhenricus cellerarius, Thidericus cantor, Hogerus scolasticus Hildensemenses, Heynricus pincerna, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ludolfus de Borssem, Bertoldus Pil, Albertus Bok milites, Heynricus de Rodhe, Heynricus de Rorssem, Iohannes

de Negenborne famuli et alii conplures. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>ov</sup>o., nonas octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 77. Siegel des Erwählten und des Domkapitels an weissen und blauen Hanffäden.*

**98.** *Propst und Konvent des Maria-Magdalenenklosters bekunden die Uebertragung von Gütern in Kemme durch Bernward von Kemme an das Kloster unter angegebenen Bedingungen. Hildesheim 1265 Oktober 10.*

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras audituris Bruno prepositus, priorissa et conventus sororum penitencium sancte Marie Magdalene Hildensemensis salutem in omnium salvatore. Notum fieri volumus et constare, quod dominus Berwardus de Kemme miles contulit et dimisit nobis et ecclesie nostre de consensu heredum suorum cum omni integritate et iure omnia bona, que in Kemme habuit in agris, pratis, areis, silvis sive rubis, pascuis, piscationibus et ceteris immobilibus interposito tali pacto, quod nos et succedentes nobis, qui pro tempore fuerint, presentabimus eidem singulis annis Hildensem ad usus suos tempore vite sue omnes fructus et proventus in annona et aliis, qui de predictis bonis per nos diligenter et fideliter excultis et procuratis pervenient annuatim. Et si dominus Ludegerus filius dicti militis canonicus ecclesie Montis sancti Mauricii post mortem patris superstes fuerit, medietatem dictorum fructuum et proventuum sibi dabimus annuatim quoad vixerit nobis ad usus nostros medietate reliqua reservata, ita tamen, quod eductis expensis de triturando et annonam colligendo et aliis, que incidunt de ipsis bonis, ecclesia totaliter indempnis expedietur, hoc dumtaxat excepto, quod domina Gertrudis filia militis memorati recipiet tempore vite sue post mortem patris quicquid de pratis et areis dictorum bonorum poterit provenire. Post patris vero, filii et filie predictorum mortem cum omni integritate perpetuo gaudebimus fructibus, proventus et ceteris omnibus, que de supradictis bonis omnibus poterint provenire. In huius rei testimonium presentes litteras sigillis prepositi et ecclesie nostre fecimus communiri et subscribi testes, quorum hec sunt nomina Leonius canonicus maioris ecclesie, Ludegerus canonicus sancti Mauricii frater dicti militis, Theodericus de Rothinge, Theodericus de Toshem milites, fratres Iohannes, Lutbertus et Iohannes conversi ecclesie nostre. Datum Hildenshem anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lx<sup>ov</sup>o., vi<sup>o</sup>. idus octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 78. Spitzovales Siegel des Propstes und des Ludeger, und schildförmige Siegel des Dietrich von Tossem, viermal geteilt, und des Bernward von Kemme, Kamm.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**99.** *Erwählter Otto übereignet dem Kl. Riddagshausen eine Huße in Dinklar, die er von Ritter Ludolf von Dinklar (Dhinkelere), eine in Farmsen (Vermerssen), die er von Lutgard, Wittwe des Ritters Bruno von Farmsen, eine halbe Huße in Klauen (Clowen), die er von Ritter Hermann Lepel, und eine Huße ebenda (Cloen), die er von Ulrich von Klauen gekauft hat. 1265 Oktober 21 (xii<sup>o</sup>. kalendas novembris, confirmationis nostre anno primo).*

Testes huius collationis sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, Hogerus scolasticus Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Borssem, Aschwinus de Stenberg, Albertus Bok, Bertoldus Pil milites.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 161. Beschädigtes Siegel des Erwählten und Bruchstück des Siegels des Domkapitels an roten und gelben Seidenfäden.*

**100.** *Erwählter Otto überträgt dem Kreuzkloster vor Braunschweig die Hälfte des Zehnten in Immendorf und die Hälfte des kleinen Zehnten daselbst, welche ihm nach der Resignation des Ritters Burchard von Wolfenbüttel Johann von Münstedt, Bürger in Braunschweig, aufgelassen und dem Kloster verkauft hat. 1265 Oktober 31 (in vigilia omnium sanctorum, confirmationis nostre anno primo).*

Testes huius collationis sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, Heythenricus cellerarius, prepositus Volcvinus dictus de Svalenberg, prepositus Halto, Hogerus scolasticus Hildensemenses, Heynricus pincerna, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Borssem, Albertus Bok, Aschwinus de Stenberg, Bertoldus Pil milites.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kreuzkloster. An roten Seidenfäden Siegel des Erwählten und Bruchstücke des Kapitelssiegel. Gedr. Aaseburger UB. I, S. 222 Nr. 326.*

**101.** *Erwählter Otto übereignet dem Maria-Magdalenenkloster vier ihm resignierte Hufen in Sorsum. 1265.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus universis sancte matris ecclesie filiis inperpetuum. Etsi ad benefaciendum sumus omnibus debitores, potius tamen illis tenemur benefacere, qui nobis magis familiares existunt. Hinc est, quod notum esse cupimus omnibus

et constare, quod, cum . . . prepositus et couventus claustrum sancte Marie Magdalene in Hildensem duos mansos a domino Lippoldo et Wifardo fratribus dictis de Insula et domino Ecberto camerario duos mansos insimul in villa Suttherem apud Emmereke sitos cum omnibus eorum utilitatibus in ipsa villa in areis et extra villam in nemoribus et in pascuis et in campis de omnium heredum suorum beneplacito et consensu emptionis titulo comparassent, dicti, quia dictos mansos de manu nostra in feodo tenuerunt et eos non nisi de nostra vendere poterant voluntate, ipsos quatuor mansos accedente nostro consensu nobis cum omnibus eorum iuribus continuo resignarunt. Nos vero tali resignacione recepta pro remedio anime nostre predictos mansos cum proprietatibus eorundem de consensu totius capituli nostri contulimus ipsi claustrum ad usum sanctimonialium, que ibidem nocte ac die deo deserviunt, spem bonam de ipsis habentes, quod pro huiusmodi liberalitate nostra apud deum orationibus suis memores nostri erunt. Ut igitur emptio ipsius claustrum et nostra donatio firma et inconvulsa perpetuis temporibus perseveret, nos super hoc scriptum nostrum sigillis nostro et capituli roboratum claustrum dedimus memorato. Testes huius rei sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, Heydhenricus cellerarius, prepositus Halto, prepositus Volcwinus de Svalenberg Hildensemensis ecclesie canonici, Heynricus pincerna, Ludolfus de Borssem, Albertus Bok, Aschuinus de Monte lapideo, Bertoldus Pil, Ernestus de Monte maio, Conradus marscalcus milites et alii conplures viri providi et honesti. Actum anno gracie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxv<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 79. Beschädigtes Siegel des Erwählten und Bruchstück des Kapitelssiegels an blauen und weissen Zwirnfäden.*

**102.** *Abt Ludolf von Riddagshausen übereignet dem Maria-Magdalenenkloster eine Hufe in Farmsen (Vermersem), die Propst Bruno von Konrad Erchmekere gekauft hat. Riddagshausen 1265.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 80. Siegel des Abtes in rotem Wachs an weissen und blauen Zwirnfäden.*

**103.** *Erwählter Otto entscheidet einen Streit zwischen den Brüdern von Stemmen und dem Propste des Maria-Magdalenenklosters wegen des Zehnten von drei Hufen in Sorsum zu Gunsten des letzteren. Hildesheim 1265.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Notum esse volumus et tenore presentium protestamur, quod cum Ernestus et Lippoldus fratres dicti de Stemne dominum Brunonem prepositum sororum in Hildensem et suum conventum pro decima trium mansorum in Sutherem in causam traherent, tandem eodem . . preposito et dictis fratribus coram nobis et nostris ministerialibus constitutis pro dicto preposito sententiam exstitit in hunc modum. Videlicet idem prepositus duci deberet in possessionem, quod factum est, et habita possessione sub stola sacramento ius decime obtinere. Quod fecit coram nobis Hildensem in capella sancte Marie Magdalene presentibus caro fratre nostro preposito Conrado, Ludolfo maiore preposito, preposito Wlrado, Heydhenrico cellerario, preposito Haltone Hildensemensibus, Heynico pincerna, Ecberto camerario, Ludolfo de Borssem militibus et aliis conpluribus. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et sigillo nostro iussimus communiri. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 81. Siegel des Erwählten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**104.** *Abt Ernst des Michaelisklosters bestätigt den Kauf von vierzig ihm vom Verkäufer resignierten Hufen in Ilde durch Hermann von Ilde gegen dessen Verpflichtung zur Zahlung eines jährlichen Zinses. 1265.*

Ernestus dei gratia abbas ecclesie sancti Michahelis in Hildensem omnibus hoc scriptum cernentibus salutem in nomine salvatoris. Tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod Hermannus de Yllethe sibi et suis heredibus a Theoderico de Holthusen suis heredibus consencientibus quadraginta iugera sita in Yllethe comparavit, que quadraginta iugera nobis resignata a predicto Thiderico prefato Hermanno consideratione sui servicii porreximus tali iure, quod iam dictus Hermannus nos de dictis bonis procurabit in expensis et nostre ecclesie persolvat duodecim annuatim solidos. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxv<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 58. Zerbrochenes Siegel des Abtes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**105.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Marienberg bei Helmstedt vier Hufen in Wackersleben, welche das Kloster von Ritter Ludolf von Esbeck gekauft und dieser ihm resigniert hat. 1265.*

— — presentibus Ludolfo maiore preposito, Wlrado preposito Montis sancti Maurittii, Heydhenrico cellerario, preposito Haltone Hildensemensis ecclesie canonicis, Heynrico pincerna, Ecberto camerario, Ludolfo de Borssem, Aschwino de Monte lapideo, Alberto Bok, Bertoldo Pil militibus.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Marienberg Nr. 57. Beide Siegel verloren.*

**106.** Konrad, Kanoniker des Stiftes st. Simonis et Jude in Goslar, bestimmt testamentarisch dem neuen Hospital daselbst eine Summe Geldes zum Erwerb des Zehnten in Flöthe unter der Bedingung, dass es an bestimmte Kirchen, darunter Kl. Wöltingerode, bestimmte jährliche Leistungen entrichtet. 1265.

— — dominabus Cystericiensis ordinis in Woltingeroth fertonem puri argenti et de eodem fertone dandi sunt preposito et suis sacerdotibus pro vigiliis et missis dicendis animarum novem denarii — —.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, das u. a. auch das Kl. Wöltingerode besiegelte. Die acht Siegel verloren. Gedr. Bode, UB. II, S. 173 Nr. 108.*

**107.** Erwählter Otto schlichtet einen Streit zwischen dem Kl. Frankenberg bei Goslar und dem Stiftsmarschall Konrad und dessen Brüdern wegen neun Hufen in Gross-Nauen (in maiori Nowen) dahin, dass letztere nach Empfang von elf Pfund allen Ansprüchen an die Güter entsagen. Hildesheim 1265.

— — presentibus Ludolfo preposito maiore, cellerario Heydhenrico, preposito Haltone, preposito Volcwino Hildensemensis ecclesie canonicis, Heinrico pyncerna, Ecberto camerario, Alberto Bok, Aschwino et Conrado fratribus de Monte lapideo, Bertoldo Pil militibus.

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. II, S. 177 Nr. 112.*

**108.** Erwählter Otto überträgt dem Kl. Marienrode neun Hufen in Söhre (Sodherre) mit einer Mühle, welche der Abt des Klosters vom Kämmerer Ekbert gekauft und dieser seinem früheren Lehns Herrn, dem Grafen von Wölpe, und dem Erwählten resigniert hat. 1265.

Testes huius rei sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradius Montis prepositus, Heydhenricus cellerarius, prepositus Halto, prepositus Volcwinus de Svalenberg, Hoygerus scolasticus de Alta fago Hildensemensis ecclesie canonici, Heynricus pincerna, Ludolfus de Borssem, Albertus Bok, Bertoldus Pil, Aschwinus de Monte lapideo,



Thidericus de Tossem, Ernestus de Monte maio, Conradus marscalcus, Ludolfus frater suus, Aschwinus de Lutthere milites et famuli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 25. Beschädigtes Siegel des Erwählten und Bruchstück des Domkapitelsiegels an weissen Zwirnfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 48 Nr. 32.*

**109.** *Die Grafen Burchard und Heinrich von Wohldenberg resignieren dem Bischof Otto zu Gunsten des Kl. Loccum den Zehnten in Oedelum. Braunschweig 1265.*

Testes huius rei sunt Ludolfus maior prepositus, Volquinus prepositus dictus de Swalenberche, Volradus prepositus de Monte, Halt prepositus, Volradus nobilis miles de Depennowe, Heinricus de Homborch, Lippoldus de Lutthere, Andre<sup>1)</sup> filius eiusdem, ministeriales de Waldenberch, Ludolfus de Borse, Ekbertus kemerarius,<sup>1)</sup> Hinricus pincerna, Bertoldus Pil ministeriales.

*Or. im Archiv des Kl. Loccum mit den beschädigten Siegeln der Aussteller an weissen Hanffäden. Gedr. Orig. Guelf. IV, S. 491, Gruppen, Orig. Germ. II, S. 378, v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 178 Nr. 261.*

**110.** *Die Ritter Lippold und Johann und die Knappen Jordan und Dietrich von Escherde übertragen dem Kl. Wienhausen ihren der Hildesheimer Kirche resignierten Hof in Wackerwinkel. Hannover 1265.*

Testes eciam aderant Otto prepositus de Berthingehusen, Warmannus Mindensis canonicus et in Honovere plebanus, Wescelus Westphalus, Heynricus de Arbeke, Arnoldus de Hedessem milites.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 59. Siegel des Lippold und des Johann an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**111.** *Bernhard von Hagen verpfändet dem Kl. Dorstadt drei Hufen in Wedem mit einer Hausstelle und einer Wiese. O. D. (um 1265).*

Ber(nardus) de Indagine, uxor sua et filii sui omnibus hoc scriptum videntibus. Nosse volumus proborum virorum honestatem, quod nos ex communi consilio ecclesie in Dorstadt tres mansos sites in Wedem non decimales cum area, unde coluntur, et prato attinente cum omni utilitate pro quadraginta marcis examinati argenti commisimus observandos, quos ante festum Iohannis baptiste possumus per predictam pecuniam solvere, si nobis placuerit, et

<sup>1)</sup> So das Or.



villicum procurare medio tempore, si necesse fuerit, salvo iure ecclesie. Huius facti testes sunt dominus Conradus de Dorstat,<sup>1)</sup> cuius sigillum appositum est, Achilles de Knistide, Henricus de Odingerod, Henricus de Gesen, Tidericus de Mandere, Bertoldus Pil, Orlicus de Levenstide, Godefridus advocatus.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Die beiden Siegel am Rande beschädigt.*

**112.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Marienthal zwei Hufen in Wackersleben, die es vom Grafen Heinrich von Regenstein gekauft und dieser ihm resigniert hat. Sarstedt (Thzerstede) 1266 Januar 13 (in octava epyphanie).*

Testes huius rei sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradius Montis prepositus, Heydhenricus cellerarius, Hogerus scolasticus Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Heynricus pyncerna, Bertoldus Pil, Conradus de Elvedhe, Hermannus de Ganderssem, Albertus Bok, Aschwinus de Stenberg, Conradus marscalcus, Ludolfus de Borssem, Ernestus iuvenis pyncerna milites.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Marienthal Nr. 132. Siegel des Erwählten beschädigt, von dem des Domkapitels nur ein Bruchstück erhalten.*

**113.** *Bischof Volrad von Halberstadt übereignet dem Kl. Wöltingerode eine halbe Hufe in Lengde unter Entschädigung der Kirche in Berwinkele, welcher die halbe Hufe zinspflichtig ist. Osterwiek 1266 Januar 14.*

Volradus dei gratia Halberstadensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis eternam in domino karitatem. Quorum fides certa et memoria firma requiritur, expedit, ut scriptis et testibus roborentur. Ideoque notum facimus universis, ad quos hoc scriptum pervenerit, quod dominus Borchardus de Berwinkele dimidium mansum situm in campo Lenghede, quem cum advocatia a nobis in pheodo tenebat, de quo et annis singulis duo solidi ad lumen ecclesie in Berwinkele solvebantur, ad manus nostras libere resignavit, quem nos ab onere advocatie liberum et solutum habentes de consensu Alberti plebani in Berwinkele contulimus monasterio in Waltingherod iure proprietatis perpetuo possidendum. In restaurum autem pensionis predictae dictus Bor(chardus) contulit unam aream ecclesie prefate scilicet Berwinkele dimidium fertonem et quatuor

<sup>1)</sup> Or. Dostat.

pullos annis singulis exsolventem. Huius rei testes sunt Sifridus de Blanchenburg, Conradus de Wernincherod comites, Gunzelinus de Berwinkele, Sifridus de Minsleve milites et alii quam plures. In huius rei testimonium hec littera nostro et dicti B(orchardi) sigillis extitit sigillata. Datum Osterwik anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvi., xviii. kalendas februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 38. Von den beiden Siegeln nur Bruchstücke erhalten.*

**114.** *Domdechant und Domkapitel übertragen auf Bitten des Dompropstes Ludolf dem Kreuzstift die Hausstätte der Frau Oda. Hildesheim 1266 Februar 27.*

Decanus totumque Hildensem ecclesie capitulum universis presentem cartulam inspecturis salutem in domino. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod ad petitionem venerabilis viri L(udolfi) ecclesie nostre prepositi aream, que fuerat domine Ode, ecclesie sancte Crucis contulimus iure proprietario possidendam. Ne vero cuiquam super premissis dubium oriatur, presentem paginam sigillo capituli nostri duximus roborandam. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvi<sup>o</sup>., sabbato ante dominicam, qua cantatur Oculi mei semper.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 125. Bruchstück des Kapitelsiegels an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest Doebner, UB. I. S. 143 Nr. 297. Frau Oda ist wohl eine Person mit der unten Nr. 145 genannten Oda von Hohenbüchen, Gemahlin des Grafen Widekind von Poppenburg.*

**115.** *Der Rat der Stadt Hildesheim bekundet, dass Heinrich, Vogt des Godehardiklosters, das Eigentum einer Hausstelle im Brühl, welche er bisher von den Söhnen des Volkmar Dives zu Lehn hatte, durch Kauf an sich gebracht hat. 1266 Februar 27 (sabbato ante Oculi mei semper).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 31. Stark beschädigtes älteres Stadtsiegel. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 144 Nr. 298.*

**116.** *Erwählter Otto überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Loccum den Zehnten in Oedelum, den ihm die Grafen Hermann, Burchard, Hoier und Heinrich von Wohldenberga resigniert haben. Hildesheim 1266 März 18 (xv. kalendas aprilis).*

Testes eciam huius rei sunt Ludolphus prepositus, Iohannes decanus totumque nostrum capitulum, Ber(toldus) dictus Pil, Asch-

winus de Stenberge, Ecbertus camerarius, Hermannus de Gandersem milites.

*Or. im Archiv des Kl. Loccum nicht mehr vorhanden. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, OS. 181 Nr. 267. Die Resignation des Grafen Hoier von Wohldenberg d. d. Harzburg 1266 Februar 24 (in die Matthe) a. a. O. Nr. 266. Den Grafen von Wohldenberg hatten den Zehnten die Brüder Johann und Friedrich von Stedere in dems. Jahre resigniert, a. a. O. Nr. 264.*

**117.** *Erwählter Otto genehmigt, dass der Ministerial Johann von Gladenbeck dem Kl. Mariengarten eine halbe Hufe in Schneen überträgt, nachdem dieser ihn und das Domstift mit einer halben Hufe in Evessen entschädigt hat. Hildesheim 1266 März 24.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus hoc scriptum intuentibus in vero salutari salutem. Supplicavit nobis Iohannes dictus de Gladenbeke fidelis noster, quatenus, cum ipse dimidium mansum in Sneyen situm pro remedio anime sue contulit monasterio in Garden, proprietatem dicti dimidii mansi dare ipsi monasterio curaremus, quod libenter facere disposuimus, dummodo non cederet in nostre ecclesie detrimentum. Unde ipse dedit nobis et ecclesie nostre proprietatem unius mansi siti in Evessen. Quo facto nos dedimus proprietatem dimidii mansi iam dicti monasterio memorato. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et sigillo nostro iussimus roborari. Testes huius rei sunt Heynricus pyncerna, Ludolfus de Borssem, Hermannus de Ganderssem, Conradus de Elvede, Aschwinus de Stenberg milites et alii complures. Actum Hildensem in domo nostra anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvi<sup>o</sup>., in vigilia annuntiationis beate virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mariengarten Nr. 15. Gut erhaltenes Siegel des Erwählten.*

**118.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Loccum zwei Hufen in Mölme (Mulnem), sobald er die Zustimmung des Domkapitels dazu erhalten haben wird. Hildesheim 1266 März 25 (in die annuntiationis beate virginis).*

*Or. im Archiv des Kl. Loccum mit gut erhaltenem Siegel des Ausstellers. Gedr. Scheidt, Vom Adel S. 303, v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 182 Nr. 269.*

**119.** *Erwählter Otto überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Loccum zwei Hufen in Mehrum (Meren), die ihm Hermann Grelle resigniert hat. 1266 März 25 (in die annuntiationis beate virginis).*

Testes huius rei sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, Heidhenricus cellerarius, Hogerus scolasticus Hildesheimenses, Heinricus pyncerna, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Borssem, Hermannus de Ganderssem, Conradus de Elvede, Aschwinus de Stenberg, Bertoldus Pil milites.

*Or. im Archiv des Kl. Loccum. Siegel des Erwählten und des Domkapitels aus rotem Wachs. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 183 Nr. 270.*

**120.** *Edelherr Konrad von Dorstadt tauscht mit dem Kl. Derneburg die Hälfte seines Zehnten in Sottrum gegen den kleineren in Burgdorf zum Jahrgedächtnis für Eltern, Kinder und Geschwister. Braunschweig 1266 April 14.*

C(onradus) nobilis de Dorstat universis tam laicis quam clericis presentem litteram inspecturis salutem et omne bonum. Noscant universi, me concambium iniisse cum preposito dominarum in Derneburg necnon cum suo conventu sub hac forma, quod dimidiam partem mee decime in Sutherem predicto preposito et suo conventui contulimus pro sua decima, quam habet in Borchtorp, licet sit deterior, tamen hoc fecimus propter deum, ut memoria patris nostri domini Bernardi necnon matris nostre domine Alheidis<sup>1)</sup> necnon fratris nostri domini Arnoldi necnon sororis nostre domine Byen et post obitum nostrum necnon uxoris nostre, filiorum ac filiarum nostrarum vigiliis et unam missam in qualibet ebdomada celebretur, et quandocumque anniversarius omnium predictorum evenerit, quod tunc universitas dominarum vestrarum missam cum vigiliis sicut unius sororis vestre solempniter celebretur. Et ut istud firmum et sempiternum permaneat, presentem litteram munimine nostri sigilli decrevimus roborari. Datum Brunneswich anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx. vi., in die Tiburcii<sup>2)</sup> et Valeriani.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 18. Siegel des Ausstellers wenig beschädigt.*

**121.** *Domdechant mag. Johann unter den Zeugen der Urk. des Bischofs Simon von Paderborn, in welcher dieser dem Kl. Hardehausen das Eigentum über die von ihm gekauften Güter gegen eine Wachsabgabe überträgt. Paderborn 1266 April 28 (iiii. kalendas maii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Münster, Fürstent. Paderborn Nr. 232. Gedr. Westf. UB. IV, S. 536 Nr. 1070, erwähnt Schaten, Annal. Paderb. ad. ann.*

<sup>1)</sup> Or. Alheidi.    <sup>2)</sup> Or. Tiburci.

**122.** *Die Grafen von Wohldenberg übertragen dem Kl. Escherde einen Hof in Reden, den dieses gekauft und der Verkäufer ihnen resigniert hat. Wohldenberg 1266 Mai 1.*

Borchardus et Henricus dei gratia fratres comites dicti de Waldenberge universis presentem paginam visuris salutem in omnium salvatore. Quoniam ea que fiunt cicius a memoria hominum recedunt et vigor humane mentis senio succedente ebetatur et oblivionem accipit, necesse est facta presentia future posteritati per scripta et testimonia reservari. Notum esse volumus tam posteris quam presentibus, quod, cum prepositus, priorissa et conventus monasterii sancte Marie in Escherte curiam in Rethen cum tribus mansis a Walthero dicto de Dotessem, quam a nobis in feodo tenebat, comparassent, nos dilectorum nobis in Christo prepositi, priorisse et conventus precibus inclinati ipsam curiam cum tribus mansis per nos expeditam a domino Lippoldo et Iordane de Escherte ac Hildebrando dicto Monacho, qui eadem bona quondam a nobis in feodo tenerant, cum consensu heredum nostrorum iam dicto monasterio in Escherte cum omni iure et proprietate contulimus, ipso Walthero de Dotessem nobis libere resignante. Testes huius rei sunt Arnoldus de Emne, Hermannus de Nienstede, Bodo de Betenem, Henricus de Escherte plebani et sacerdotes, Theodericus de Rethen et Theodericus filius suus, Iohannes de Sutherem, Ernestus de Betenem, Eilardus de Dotessem, Lippoldus de Luttere et Andreas filius suus, Heithenicus de Hetheiereshusen milites, Lippoldus et Theodericus fratres filii H(eithenrici) de Hetheiereshusen, Iohannes de Rethen, Iohannes filius Io(hannis) de Sutherem servi, Bodo et Iohannes conversi eiusdem monasterii et alii quam plures. Ne igitur ulla temporis prolixitas aut malorum hominum perversitas hoc factum nostrum valeat impedire, presens scriptum super hoc confectum sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum et datum in castro nostro Waldenberge anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx. vi., in die beatorum apostolorum Philippi et Iacobi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 49. Die beiden Siegel beschädigt an weissen geflochtenen Hanschnüren.*

**123.** *Ritter Konrad von Boldensel übereignet dem Kl. Heiningen eine halbe Hufe und den Teil eines Waldes in Altenrode. Braunschweig 1266 Mai 5.*

Omnibus presentem litteram inspecturis Conradus miles dictus de Boldensel obsequium. Per hanc meam litteram recognosco, quod proprietatem unius dimidii mansi in Old(enro)de et quandam dimidiam silvam sitam ibidem, que quidem bona Lippol(dus de) Uttese resignavit michi, contuli et in proprium dedi con(ventui) sanctionialium in Hennige propter deum ab ipso conventu p(erpetuo) possidenda. In cuius rei testimonium dedi presens scriptum sigilli mei (munimin)e roboratum. Presentes erant dominus Luthardus de Meinershe(m, Iohannes) de Wetelemestede, Willekinus de Gustede et alii quam plures. Actum Brunswic anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvi<sup>o</sup>., in die Godehard(i con)fessoris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 22. Siegel und Befestigung verloren, die Schrift stellenweise verschwunden.*

**124.** Äbtissin Gertrud von Quedlinburg bekundet, dass Zacharias, filius ecclesie sancti Wiperti, nunc vero prepositus in Waltingerode, einen Hof dem Stift unter der Bedingung übertragen hat, dass daraus am Anniversar seiner Mutter am 15. Juni (circa festum sancti Viti) dem Konvente jährlich fünf Schilling zu einer Consolatio gependet werden. 1266 Mai 13 (in die sancti Servatii).

*Gedr. nach dem Or. Erath, Cod. diplom. Quedlinburg. S. 228 Nr. 193.*

**125.** Graf Ludolf von Hallermund resigniert dem Erwählten (Otto) fünf Hufen in Heinde, die ihm Johann, Sohn des Heinrich Volcmari, beim Dom aufgelassen hat. Im Godehardikloster 1266 (vor Juni 8).

Testes huius rei sunt Iohannes decanus, Hedenricus cellerarius, Halto prepositus in Olsburch, magister Leonius maioris ecclesie canonici, Volcmarus scolasticus Montis, Hugo, Iohannes Parvus, Iohannes Egelhardi canonici sancte Crucis, laici vero dominus Olricus de Alta fago, Conradus marscalcus et Ludolfus frater suus, Asguinus de Luttere, und Bürger.

*Abchrift des 18. Jahrhunderts in Ms. XXI, 1257 S. 186 in der Kgl. Bibliothek zu Hannover. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 147 Nr. 304, Regest nach dem Cop. des 15. Jahrhunderts, Ms. 320 fol. 18 in der Beverinischen Bibliothek a. a. O. III, S. 645 Nachtr. Nr. 27 und hier.*

**126.** Erwählter Otto übereignet dem Andreasstifte fünf Hufen mit einem Hofe und einer Hausstelle in Heinde (Henedhe), welche dieses für 70 Pfund von dem Bürger Johann, Sohn des Heinrich

*Dives, gekauft, nachdem letzterer die Güter dem Grafen Ludolf von Hallermund und dieser wieder dem Erwählten resigniert hat. Im Godehardikloster 1266 Juni 8 (vi. idus iunii).*

Testes huius rei sunt Wlradus prepositus Montis, Heydhenricus cellerarius, magister Leonius, prepositus Halto, Arnoldus de Wereberg maioris ecclesie canonici, Volcmarus scolasticus Montis, Hugo de Vimmelhusen, Iohannes Parvus et Iohannes Egellardi canonici sancte Crucis, Henricus plebanus in Escherhusen, Olricus nobilis de Alta fago, Hermannus de Gandersem, Aschwinus de Stenberg, Conradus marscalcus, Iohannes de Golththorne milites, Ludolfus marscalcus, Aschwinus de Lutthere et frater suus famuli, und Bürger.

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim, Museum Nr. 13. An roten und weissen Seidenschnüren wenig beschädigtes Siegel des Erwählten und stark beschädigtes des Domkapitels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 144 Nr. 299.*

**127.** *Das Domkapitel in Halberstadt tauscht mit dem Michaeliskloster Hörige. 1266 Juli 4.*

Hermannus dei gratia maior prepositus, Wiggerus decanus, Borchardus vicedominus totumque Halberstadensis ecclesie capitulum universis hanc litteram audituris salutem in domino. Cum Henricus de Senstide laicus ad nostram ecclesiam et Henricus filius ipsius monasterio sancti Michaelis in Hildensem iure litonico pertinerent, supplicavit nobis dictus Henricus, ut ipsum daremus monasterio sancti Michaelis predicto et reciperemus Henricum suum filium pro eodem. Nos igitur ipsius precibus annuentes, maxime cum equalis sit condicio inter ipsum et filium suum, permutacionem huiusmodi duximus admittendam, ut ipse monasterio sancti Michaelis in Hildensem prenotato cum sua posteritate ac H(enricus) suus filius cum suis posteris ecclesie nostre procedente tempore debeant pertinere. Super quo presentem litteram conscribi fecimus et sigillo nostre ecclesie communiri volentes, ut per hoc huius facti noticia cercior habeatur. Acta sunt hec anno gracie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvi<sup>o</sup>., iiii. nonas iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 59. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen fast zur Hälfte fort.*

**128.** *Abt Dietrich und der Konvent des Godehardiklosters bekunden, dass der Mönch Johann von Bierbergen ihnen zwei Pfund zur Ausbesserung der Badestube mit der Bedingung übertragen hat, dass er zu seinen Lebzeiten jährlich fünf Schilling für Kleidung*



erhalte, welche nach seinem Tode zu einer Messe im Engelchore verwendet werden sollen. 1266 Juli 8 (in die sancti Kiliani, eleccionis nostre anno primo).

Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. des Godehardikl., Ms. 311 fol. 78 v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Doebner, UB. I, S. 145 Nr. 300.

**129.** Erwählter Otto bekundet, dass der Streit zwischen Halto, Propst von Oelsburg und Archidiakon in Denstorf, einer- und dem Propste Bertold und dem Konvente des Kreuzklosters auf dem Rennelberge bei Braunschweig andererseits wegen achtzehn Morgen Land dahin geschlichtet worden ist, dass das Kloster dem Propste und seinen Nachfolgern jährlich vier Schilling zahlt. 1266 Juli 10 (in die septem fratrum).

Nach Koch, Hist. ducis Alberti, Beil. Nr. 197b, Ms. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

**130.** Erwählter Otto bekundet, dass Dietrich und Johann de Piscina dem Kl. Walkenried sieben Hufen in Eblingerode verkauft haben. Lutter 1266 Juli 25 (die sancti Iacobi).

Nur im Regest erhalten, vgl. UB. des Stiftes Walkenried (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen II) S. 391 Nachträge Nr. 33, Bode, UB. II, S. 179 Nr. 115.

**131.** Konrad von Dorstadt überträgt dem Kl. Marienrode eine Mühle und vier Hufen in Bevelte, die ihm der Bürger Eilard von Brüggen (Brücgem) resigniert hat, zugleich unter Besiegelung des Bernhard von Hagen. 1260 August 1 (kalendas augusti).

Abschrift des 15. Jahrhunderts in Ms. XXIII, 767 fol. 144 in der Kgl. Bibliothek zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 50 Nr. 34. Regest Doebner, UB. I, S. 146 Nr. 301; vgl. auch Anm. 1. A. a. O. fol. 143 die undatierte Resignationsurk. Eilards von Brüggen, der die Güter dem Abt Johann und dem Konvente von Marienrode verkauft hat, gedr. a. a. O. S. 49 Nr. 33.

**132.** Kl. Steterburg tauscht mit dem Erwählten Otto Ministerialinnen. Steterburg 1266 August 9.

H(enricus) dei gracia prepositus et E(lisabeth) priorissa totumque capitulum sanctimonialium in Stederborch omnibus presens scriptum visuris salutem in omnium salutari. Noverint universi presentes ac futuri, quod nos Mechthildym filiam Frederici militis dicti Templarii ecclesie nostre iure ministeriali pertinentem dedimus domino nostro Ot(toni) Hildensemensi electo, et idem electus redo



navit ecclesie nostre in concambium Iuditam filiam Hildebrandi dicti de Bokesrodhe accedente consensu eorum utrobique, quorum consensus super talibus fuerat requirendus. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus, quam sigilli nostri munimine duximus confirmandam. Datum in Stedeborch anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxvi., in vigilia beati Laurentii martiris.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11 S. 655 Nr. 1261 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**133.** *Papst Clemens IV.-beschränkt den Missbrauch der Exemption von Bann und Interdikt gegenüber dem rechtmässigen Richter. Viterbo 1266 August 13.*

Clemens episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sedes apostolica interdum que benigne concesserat utilitate suadente consultius revocat per hoc non tam in suis actibus varia quam providentie sue remedia subditorum varietati et necessitati coaptans. Probat hoc presentis necessitas sanctionis, que illorum compescit audaciam, qui ad sui iuris defensionem contra iniuriosos immunitate per ipsius sedis indulta muniti quod ad tuitionem eis concessum fuerat in aliorum molestias et iniurias convertentes suis indulgentiis ac privilegiis multipliciter abutuntur. Sicut enim ad nos frequenti querela pervenit pro eo, quod sedes eadem personis diversis tam ecclesiasticis, religiosis et aliis quam etiam laicis quibusdam sine predefinitione temporis, aliis vero ad tempus sub formis variis indulxisse dicitur, quod interdicti a quoquam vel excommunicari non possint nec terre ipsorum ecclesiastico interdicto supponi, persone ipse de indultis huiusmodi confidentes alios fidentius in suo iure molestant et asserentes, quod nec locorum ordinarii possunt in ipsos excommunicationis vel interdicti ferre sententiam, etiam ipsorum ordinariorum iurisdictionem contempnunt pariter et eludunt, sicque personarum ipsarum excessus remanent incorrecti et nervus disrumpitur ecclesiastice discipline. Nos itaque intendentes in hoc salubre remedium adhibere omnes indulgentias et privilegia huiusmodi quibuscumque singularibus personis ecclesiasticis vel secularibus, cuiuscumque sint preminentie, dignitatis, conditionis aut status, sub quacumque verborum forma concessa, illis, per que regibus et reginis eorumve filiis necnon et religiosis quibusdam non personarum tantum, sed ordinum vel locorum privilegiatorum in hoc ratione immunitas huiusmodi conceditur, dumtaxat exceptis, de fratrum nostro-

rum consilio ad ordinariorum sententias et processus edicto perpetuo prohibemus extendi. Et si forsitan quo ad sententias et processus huiusmodi aliqua concessa inveniantur, expresse ad instar felicitis recordationis Alexandri pape predecessoris nostri ea in quantum per ipsa ordinariorum iudicum iurisdictio tangitur penitus revocamus, nichilominus locorum diocesanis et quibuscumque aliis ordinariis iudicibus, ut in suos subditos prout ad eos pertinet indulgentiis et privilegiis ipsis nequaquam obstantibus iurisditionem suam et censuram ecclesiasticam exercere libere valeant, concedentes. Nulli ergo *u. s. w.* Datum Viterbii idus augusti, pontificatus nostri anno secundo.

*Nur erhalten als Transsumt der Bulle Honorius IV. d. d. 1286 Juni 9, Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 291. Bleibulle an Hanfschnüren. Regest Potthast, Reg. imp. 19797, wo ältere Drucke angegeben sind.*

**134.** Die von Boldensel übereignen dem Kl. Heiningen eine Hufe mit drei Hausstellen und der Holznutzung. Ülzen 1266 August 15.

Ego Conradus dictus de Baldelsel filiique mei Wal(terus) et Her(mannus) filiique fratris mei Con(radi) et Ghisla et heredes nostri omnibus presentem litteram inspecturis obsequium. In hac nostra littera recognoscimus, quod nos mansum unum in Oldenrodhe cum tribus areis et sex utilitatibus lignorum ad eundam mansum pertinentibus et quandam silvam sitam ibidem, que quidem bona Lippoldus de Uttessem resignavit nobis, contulimus et in proprium dedimus conventui sanctimonialium in Heninge propter deum ab ipso conventu perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium presens scriptum dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Presentes erant dominus Henricus abbas in Ullessen, dominus Henningus de Bodendike, dominus Luthardus iunior de Meynersiem, Iohannes de Wetelemestede, dominus Willekinus de Gustede, dominus Albertus sacerdos de Holdenstede, Iohannes sacerdos de Sienstede, Petrus advocatus eiusdem domini Conradi, Teodericus Bocmaste castellanus in Holdenstede et alii quam plures. Datum Ullessen idus iulii anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvi<sup>o</sup>., in divisione apostolorum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 23. Siegel verloren.*

**135.** Propst Gerlach von Heiningen und Ritter Heinrich von Burgdorf bekunden die Beilegung eines Streites des Kl. Dorstadt und des Pfarrers Johann in Seinstedt wegen einer Hufe in Seinstedt. 1266 August 29.

G(erlacus) dei gratia prepositus in Heniggehe, H(enricus) miles dictus de Borchtorpe omnibus hanc litteram inspecturis salutem. Litterarum presencium tenore protestamur, quod discordia, que inter dominum Conradum prepositum de Dorstat ex una parte et Iohannem plebanum de Senstede ex altera pro manso uno in eadem villa sito versabatur, coram domino Halberstadensis ecclesie episcopo est composita sub hac forma, quod dictus prepositus prefato plebauo vi marcas nigri argenti daret in festo sancti Martini et censum unius anni, quem in die sancti Michahelis de manso percipere debuit, relaxaret; duobus vero annis sequentibus predictus prepositus in festo beati Michahelis talentum de manso perciperet, in tercio autem anno ecclesia in Dorstat mansum ad usum proprium reciperet ab omni impedimento liberum et solutum. Edificia eciam, que sepe dictus plebanus in bonis se construxisse assereret, ecclesie predictae prepositus ei secundum transactionem<sup>1)</sup> civium solvere non negaret. Testes huius facti sunt Iohannes de Hesnem, Iohannes de Getlethe, Geroldus, Bernardus Caldune et Iohannes filius suus, Conradus maior de Biwende, Conradus albus de Biwende, Hugoldus de Novalibus et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvi<sup>o</sup>., iiii<sup>o</sup>. kalendas septembris.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltene Siegel des Propstes Gerlach und des Heinrich von Burgdorf.*

**136.** *Erwählter Otto übereignet dem Blasiusstift in Braunschweig den Teil des kleinen Zehnten in Gadenstedt (Godenstede), den die Braunschweiger Bürger Heinrich Lange und Johann von Münstedt ihm aufgelassen haben. 1266 September 17 (xv<sup>o</sup>. kalendas octobris).*

Testes huius nostre collationis sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradius Montis prepositus, Heydhenricus cellerarius, prepositus Halto, Hogerus scolasticus Hildensemenses, Heynricus pyncerna, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ludolfus de Borssem, Hermannus de Ganderssem, Conradus de Elvede, Aschwinus de Stenberg milites.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Blasii Nr. 66. Siegel des Erwählten und des Domkapitels. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 95 Nr. 213.*

**137.** *Abt Th(ietmar) des Klosters Walkenried macht mit dem Michaeliskloster eine Gebetsbrüderschaft und giebt ihm Anteil aller guten*

<sup>1)</sup> *Or. tranacionem.*

*Werke seines Klosters. 1266 Oktober 13 (proxima feria quarta ante festum beati Luce).*

*Or. im Kgl. St. A. zu Hannover. Michaeliskl. Nr. 60. Beschädigtes Siegel des Abtes.*

**138.** *Erwählter Otto bekundet, dass die Brüder Bodo und Burchard von Salder gegen acht Mark allen Ansprüchen an die Güter des Kl. Riddagshausen in Lebenstedt (Levensted) entsagt haben. Peine 1266 Oktober 25 (in die beatorum martirum Crispini et Crispiniani).*

Testes huius renunciationis sunt Hermannus de Ganderssem, Conradus marscalcus, Wlverus de Redhen, Heynricus de Svechlethe, Thidericus de Hiddesthorp milites, Bertoldus de Wackerwinkele, Heynricus de Wemige, Bodo de Anlika famuli.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 173. Siegel des Erwählten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen gut erhalten.*

**139.** *Ritter Konrad von Dorstadt bekundet, dass Propst Konrad von Dorstadt eine Hufe und eine Hausstelle mit Holznutzung ebenda von den Brüdern Johann und Bertold (von Dorstadt) gekauft hat. 1266 November 15.*

Conradus miles dictus de Dorstat omnibus hanc litteram inspecturis quicquit potest obsequii et honoris. Quoniam veritas multociens calumpniam patitur, expedit, ut processus negotiorum scripture testimonio commendetur. Noverint universi hanc litteram inspecturi, quod dominus Conradus prepositus in Dorstat emit pro ix marcis et dimidia puri argenti mansum unum situm in villa iam dicta et unam aream cum uno usu lignorum a duobus fratribus Iohanne et Bertoldo et ab eorum matre Alheide necnon eorundem iustis heredibus ab ecclesia supradicta perpetuo possidenda. Hanc emcionem coram me factam testor presenti littera cum sigillo. Huius facti testes sunt Fredericus filius meus, Iordanus apud sanctum Paulum, Conradus Holtniker, Conradus de Helmenstat, Ekbertus de Clivo, Hedenricus de Luckenem et Iohannes frater suus, Iohannes Longus, Heinricus Boneko, Heinricus de Oldendorpe et Heinricus gener suus, Ludolfus de Ofesvelde et consules antique civitatis et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvi<sup>o</sup>, xvii<sup>o</sup>. kalendas decembris.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel des Ausstellers wenig verletzt. Regest mit Zeugen Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 95 Nr. 214.*

**140.** *Hermann von Oldershäusen (Olderdeshusen) und Bertold und Engelbert von der Soese bekunden, dass Ulrich von Uderdhe auf die Güter des Andreasstiftes in Wehrstedt (Werstshedhe) verzichtet hat. Staufenburg 1266 November 26 (in crastino beate Katherine virginis et martiris).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 1258c. Zwei stark beschädigte Siegel. Gedr. Doebner, UB. I, S. 146 Nr. 302.*

**141.** *Erwählter Otto übereignet dem Maria-Magdalenenkloster den von diesem gekauften Zehnten in Stockem bei Emmerke. 1266.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus in perpetuum. Quoniam omnium habere memoriam pocius est divinitatis quam humanitatis, conscribi facimus ea que coram nobis aguntur, ne oblivioni tradantur. Notum igitur sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod, cum Bertoldus Pyl miles cum denariis monasterii sancte Marie Magdalene Hildensemensis decimam in Stockem prope Embereke a Conrado de Thincelstede, qui eam a nobis in feodo tenuit, eidem monasterio comparasset, de omnium heredum suorum beneplacito et consensu nos recepta resignatione ipsius Conradi ipsam decimam et proprietatem eius de consensu capituli nostri pro remedio anime nostre monasterio contulimus memorato. In huius autem nostre collationis evidens testimonium presens scriptum conscribi fecimus et sigillis nostro et capituli iussimus roborari. Testes huius rei sunt Thidericus de Rotthinge, Ludolfus de Borssem, Albertus et Hermannus fratres dicti Bok, Hermannus de Stemne, Hermannus Lepel milites et alii complures. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>vi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar. Magdal. Nr. 82. Siegel des Erwählten und beschädigtes Kapitelssiegel.*

**142.** *Das Maria-Magdalenenkloster bekundet, dass Heinrich von Osterode und Frau von ihm zwei Hufen in Schellerten gekauft haben, deren Einkünfte nach ihrem Tode der Bekleidung der Nonnen zugute kommen sollen. Hildesheim 1266.*

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras auditoris Bruno dei gratia prepositus, priorissa et conventus sororum penitencium sancte Marie Magdalene Hildensemensis salutem in omnium salvatore. Notum fieri volumus et constare, quod Henricus dictus de Osterrodhe et uxor sua Margareta de consensu unanimi emerunt a

nobis duos mansos pro xx tribus talentis Hildensemensibus cum omnibus suis proventibus sitos in Scelerthe sub hac videlicet forma, ut quamdiu unus ex ipsis supervixerit, iam dictum censum tollet immediate, cum autem dominus ipsos de medio evocaverit, iam dicti proventus ad ecclesiam prenotatam redibunt absolute et cedent ad pellicia dominarum. Ut autem hoc scriptum ratum permaneat et inconvulsum, sygillo ecclesie nostre publice protestamur. Datum Hildensem anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar. Magdal. Nr. 83. Siegel des Konventes.*

**143.** *Ercählter Otto überträgt zwei ihm resignierte Hausstellen in Schellerten dem Ludinger von Kemme, Kanonikern des Moritzstiftes. Hildesheim 1266.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus in perpetuum. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod, cum Berenwardus miles dictus de Kemme duas areas in Scelerte sitas, quas a nobis in feodo tenuit, nobis de consensu omnium heredum suorum resignasset, nos recepta resignatione ipsius et Gertrudis filie sue ipsas areas cum proprietate contulimus Ludingero de Kemme canonico Montis dicti militis filio, accedente capituli nostri beneplacito et consensu. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et sigillis nostro et capituli iussimus roborari. Testes huius nostre collationis sunt Hermannus de Ganderssem, Aschwinus de Stenberg, Ludolfus de Borssem, Ernestus de Meyenberg milites et alii conplures. Actum Hildensem in domo nostra anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>vi<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 29. Siegel des Ercählten und beschädigtes des Domkapitels.*

**144.** *Abt Ludolf von Riddagshausen macht mit Abt Ernst des Michaelisklosters eine Gebetsbrüderschaft und gibt ihm Anteil aller guten Werke seines Klosters. 1266.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 61. Siegel des Abtes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**145.** *Domscholaster Hoier (von Hohenbüchen) bekundet, dass seine Mutter Sophie bei ihren Lebzeiten den Dominikanern (fratribus ordinis Predicatorum de sancto Paulo in Hildensem) einen Hof gegenüber dem Kloster übertragen hat, was er mit seinem Bruder Ulrich und seinen Schwestern Mathilde, Äbtissin in Gandersheim, Sophie,*

*Pröpstin in Thale (Wenthusen), Kunigunde, Kanonissin in Quedlinburg, und Oda, Frau des Grafen Widekind von Poppenburg, bestätigt und genehmigt. 1266.*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 1234d. Siegel der Äbtissin, der Gräfin, des Ulrich und des Hoier erhalten, die beiden anderen verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 146 Nr. 303.*

**146.** *Graf Ludolf von Wunstorf schenkt dem Kl. Escherde eine ihm resignierte Hausstelle mit elf Morgen in Betheln. Hildesheim 1266.*

Ludolfus comes de Wnstorpe omnibus, quibus hoc scriptum exhibitum fuerit, salutem. Ut res gesta memoria teneatur, scriptis plerumque ac sigillis attitulatur. Universitati igitur cunctorum notum esse volo, quod bona sita in Betenem aream scilicet unam et ingera undecim, que Ernestus de Betenem de manu mea tenuit, ecclesia in Escherte ab eodem Ernesto comparavit et illo ad manum meam resignante ipsorum bonorum proprietatem ad petitionem domini Arnoldi de Hethessen cum omni usu fructuario eidem ecclesie donavi libera et expedita perpetuo possidenda. Testes huius rei sunt dominus Heinricus sacerdos de Escherte, dominus Arnoldus de Hethessen, Conradus de Stockim, Ludolfus de Lathusem et alii quam plures. Ne in posterum de hoc facto oriatur dubitatio, ad cautelam precavendam scriptum hoc sigilli mei munimine roborari feci. Acta sunt hec in Hildensem anno m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup> l<sup>o</sup>x<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>. gratie domini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 50. Stark beschädigtes Siegel an weissen geflochtenen Hanfschnüren.*

**147.** *Die Brüder Burchard, Ekbert und Hermann von Wolfenbüttel senden dem Erwählten Otto den halben Zehnten in Klein-Nauen auf zum Zweck der Uebertragung des Zehnten an das Domstift in Goslar. 1266.*

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. II, S. 185 Nr. 123, vgl. auch Nr. 122.*

**148.** *Erwählter Otto übereignet dem Domstifte in Goslar den halben Zehnten in Klein-Nauen, den diesem Ulrich von Bilstein, Bürger in Goslar, übertragen hat. Poppenburg 1266.*

Testes huius rei sunt Lud(olfus) maior prepositus, Volradus Montis prepositus, Heidenricus cellerarius, Hermannus de Dassel, Otto de Everstein, Bern(ardus) de Dorstad, Lippoldus de Antiquo foro Hildensemenses, Aschwinus de Steinberg, Cunradus de Elvede, Albertus Bock, Iohannes de Goltehorne, Cunradus marscalcus.

*Gedr. nach Copie Bode, UB. II, S. 186 Nr. 124.*



**149.** *Unter Abt Dietrich des Godehardiklosters machen Profess die Klosterbrüder Hermann, Gerhard, Johann, Herwich, Eilard, Arnold, Sigebodo. O. D. (1266—89).*

*Die Or. in Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 481—487 ohne Besiegelung. Im Wesentlichen unter einander und mit UB. II, S. 207 Nr. 443 übereinstimmend.*

**150.** *Abt Dietrich und der Konvent des Godehardiklosters verheissen allen, welche zur Herstellung der baufälligen Gebäude des Klosters beisteuern, vierzig Tage Indulgenz und Aufnahme in die Gebetsbrüderschaft ihres und mehrerer genannter Klöster. O. D. (1266—89).*

Thidericus<sup>1)</sup> dei gratia abbas universitasque conventus monasterii sancti Godehardi Hildensemensis ordinis sancti Benedicti cunctis fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in eo, in quo salus omnium continetur. Quoniam inter opera misericordie, que voce veritatis approbantur, virtus elemosine supereminetissime commendatur, unicuique fidelium summopere laborandum est, ut flammam infernalium cruciatuum, quos diversorum succendit congerie peccatorum, salubri elemosinarum largitate refrigeret et extinguat. Hinc est, quod significare compellimur singulis ac universis, quoniam monasterium nostrum opere sumptuoso fidelium elemosinis constructum stillicidiis adeo pervium est, ut etiam propter imminentes ruinas, quas ex nostra paupercula facultate reficere non valemus, aliorum subsidia cogamur implorare sperantes, ut fiducialiter temporalia nobiscum parciantur, dum eisdem spiritualium honorum gratiam impertimus. Eapropter nos confisi de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli necnon beati Godehardi omnes eos, qui ad edificia nostra restauranda nobis manum porrexerint adiutricem, in fraternitatem nostram plenam recipimus, quam habemus inter nos et in aliis ecclesiis et claustris octoginta. Insuper largimur eisdem quadraginta dierum indulgentias de iniuncta sibi penitencia, quas dominus Hugo cardinalis sedis apostolice misericorditer indulsit omnibus eis, qui nobis ad prefata edificia subvenirent. Preterea nostris largimur benefactoribus communionem singularum orationum, missarum et vigiliarum, quas ter in anno pro fratribus et parentibus et benefactoribus nostris facere consuevimus, has

<sup>1)</sup> *Verlängerte Schrift.*



videlicet a secunda feria Benedicta<sup>1)</sup> per quatuor ebdomadas, a festo omnium sanctorum per iiii ebdomadas, post epiphaniam per iiii ebdomadas pro omnibus supradictis cum sollempni compulsatione missam animarum et vigiliis dicimus; pro vivis vero nobis fraternitate vel familiaritate coniunctis qualibet ebdomada Salus populi cantatur, ut viventes ab omnibus liberentur offensis et defuncti suorum mereantur accipere veniam peccatorum. Ne autem aliquis hanc gratiam hic conscriptam falsam estimet aut frivolum, eandem esse veram et ex antiquo in nostro monasterio consuetam in presentium tenore cum sigillorum nostrorum appensione in nomine domini protestamur ecclesiarum. Hec sunt ecclesiarum nomina, que in plene fraternitatis debito nostre sunt coniuncte: in Hildensem ecclesia maior, ecclesia sancti Michaelis, sancti Mauricii, sancte Crucis, sancti Iohannis ewangeliste, sancti Bartholomei, sancti Andree, sororum ecclesie regularium in Richenberge, in Monte sancti Georgii,<sup>2)</sup> in Monte sancti Petri in Hallis, in Scheninge, ecclesie canonicorum sancti Petri in Minda, sancte Marie virginis in Halberstat, ecclesia maior in Osenbrugke, ecclesie monachorum in Palborne, in Lesbern, in Helmwardeshusen, in Reinhusen, in Bredinge, in Leodio, in Magdeburg, in Brunswich, in Luttere, Huiesburg, Ilseneburg, in Colonia sancti Pantaleonis, sancti Martini, in Tuicio, in Radstede, in Corbeia, Fuldensis, Altaha, Nienburg, Ringelem, Svalemberge, ecclesie monialium sancte Gertrudis in Osenbrugke, Stederburg, Drubeke, Henninge, Dorstat, Hustorp, Lippoldesberge, Gerdenem, Wilbodesen. Hec sunt numero xliiii. Insuper sunt adhuc quinquaginta iiii ecclesie, que nobis eadem fraternitatis gratia sunt coniuncte, quarum nomina singillatim exprimere tediosum respuvimus<sup>3)</sup>. Harum omnium ecclesiarum fraternitatem nobiscum participabit, qui nobis ad edificiorum nostrorum restaurationem manum porrexerit adiutricem. Amen.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 41. Konventssiegel an gelben Seidenfäden stark beschädigt, Siegel des Abtes abgefallen. Regest Doebner UB. I, S. 220 Nr. 444.*

**151.** *Erwählter Otto bekundet, dass Johann von Nauen dem Kl. Frankenberg bei Goslar vier Hufen in Gross-Nauen (in maiori Nowen), die er von den Grafen Hoier und Hermann von Wohldenbergen zu Lehn hatte, verkauft und vor ihm und den Brüdern Aschwin und Konrad*

<sup>1)</sup> benedicta übergeschrieben. <sup>2)</sup> Or. Gegrgii. <sup>3)</sup> Or. repuvimus.

von Steinberg, Rittersn, auf die Hufen verzichtet hat. Lutter 1267 Januar 7 (in crastino epyphanie domini).

Testes huius resignationis sunt Heydhenricus cellerarius, Halto prepositus Hildensemenses,<sup>1)</sup> Thidericus de Tossem, Iohannes de Adenoys, Iohannes de Suehterem, Albertus Bok, Eylardus de Dotessem, Ernestus pyncerna.

Gedr. nach Cop. Bode, UB. II, S. 188 Nr. 127.

**152.** Die Grafen Burchard und Heinrich von Wohldenbergn, Brüder, übertragen mit Zustimmung ihrer Söhne Burchard, Hermann, Walther, Heinrich, bez. Hermann, Heinrich und Otto dem Godehardikloster ihr Eigentumsrecht an einer Rodung bei Detsfurt (Dhetfordia). 1267 März 2 (vi<sup>o</sup>. nonas marcii).

Testes sunt Iohannes de Adenoys, Iohannes de Goldorne, Lippoldus de Luttere et Andreas filius suus, Ecbertus niger de Tossem, Elgerus milites, Heinricus sacerdos plebanus in Dhornede, Hermannus de Lapideo monte.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 32. Die beiden Siegel gut erhalten.

**153.** Genannte bekunden, dass Gisela, Witwe des Otto von Schwanebeck, dem Altare der h. Katharina und dem Chore Güter in Borsum unter angegebenen Bedingungen verkauft hat. In der Kurie des Domkellners 1267 März 6.

H(eidenricus) dei gratia Hildensemensis ecclesie cellerarius, H(einricus) de Brema et magister Iohannes Hildensemenses canonici omnibus hoc scriptum visuris salutem in domino. Presentibus protestamur et notum esse volumus, quod domina Gisla relicta domini Ottonis de Swanebeke et eius due filie Iutta et Hadvigis vendiderunt bona in Borsem cum curia et universo iure ad usus altaris beate Katerine et chori nostri perpetue vicarie. Conditio vero bonorum talis est, quod primo anno nec a domino nec a villico debent decimari, sed tantum quartam partem omnium frugum percipiet dominus. Secundo vero anno similiter eadem bona non debent decimari, sed tunc tertiam partem percipiet dominus. Tertio vero anno eadem bona debent decimari et medietatem decime tunc recipiet dominus et medietatem recipiet villicus, et dominus recipiet medietatem omnium frugum et . . . . sabit<sup>2)</sup> con-

<sup>1)</sup> Cop. Hildensemensis. <sup>2)</sup> Loch im Pergament.

ventio<sup>1)</sup> sive pactum habitum cum villico et redibunt bona ad pristinum ius, ita videlicet, quod in quarto anno dominus primo recipiet decimam omnium frugum integraliter et postea medietatem omnium frugum, sicut antiquitus hec dabantur. Expedit etiam eadem domina nobis presentibus edificia eiusdem curie a Zacharia et filio eius eisdem renunciantibus quod in edificiis eiusdem curie habuerunt et sic eadem edificia libera et absoluta cesserunt domino altaris in presenti et porcos et pullos et alia minuta recipiet dominus. Dicta vero domina Gisla et dominus L(ippoldus) dictus de Antiquo foro noster concanonicus et Iohannes de Hamelen et Kegel gener predictae domine, quod predicta bona sine aliquo essent impedimento, fide data nobis manualiter promiserunt. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvii<sup>o</sup>., pridie nonas martii, in curia domini cellerarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 216. Beschädigtes Siegel des Heidenreich, die beiden anderen verloren. Regest Doebner, UB. I, S. 148 Nr. 305.*

**154.** *Dompropst Ludolf überweist einige ihm resignierte Güter in Borsum dem Altar der h. Katharina und dem Chor im Dom. Goslar 1267 März 6.*

Honorabilibus dominis decano et capitulo Hildensemensibus L(udolfus) dei gratia eiusdem ecclesie prepositus cum sincere dilectionis affectu paratam ad quevis eorum beneplacita voluntatem. Etsi omnibus ad ampliandum divini nominis cultum opem et operam impendere debeamus, maxime tamen matri nostre Hildensemensi ecclesie pro specialis prerogative dilectionis affectu ad similia procuranda libentissime intendemus. Hinc est, quod, cum domina Gisla relicta domini Ottonis de Swanebike et eius due filie Iutta et Hadhe wigis coram nobis Goslarie constitute bona sita in villa Borssiem cum curia et suis attinentiis, eo quod feudali iure a nobis tenebant, in manus nostras resignassent, nos pensata devotione magistri Iohannis capellani et concanonicus nostri, qui eadem bona a prenominatis personis tytulo emptionis absolvit, de vestro consensu conferimus ad obsequium chori et altaris beato Katherine, prout dictus magister duxerit ordinandum. Presentes erant R(einhardus) decanus, A(lexander) scolasticus, Hermannus Honestus, Iohannes de Bilsten canonici Goslarienses, Orlicus de Bilsten, Hermannus Honestus, Iohannes Mercator, Iohannes de Advocati<sup>2)</sup> platea, Iohannes de

<sup>1)</sup> conventio über der Zeile nachgetragen. <sup>2)</sup> Or. Advocato.

Ruthen burgenses civitatis eiusdem. Ut autem hec donatio nostra firma permaneat et perhennis, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine duximus roborandam. Actum et datum Goslarie anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvii., in die dominica Invocavit.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 215. Wenig beschädigtes Siegel des Dompropstes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**155.** Das Domkapitel bestätigt die Uebertragung von Gütern in Borsum durch den Dompropst an die Vikarie der h. Katharina und regelt die Besetzung der Vikarie. 1267 März 18.

Io(hannes)<sup>1)</sup> dei gracia decanus et capitulum Hildensemense<sup>2)</sup> universis<sup>3)</sup> salutem in domino. Litteras domini nostri L(udolfi) prepositi recepimus in hec verba (*folgt die vorherg. Urk.*). Ad maiorem itaque huius donationis evidentiam presentem cartulam<sup>4)</sup> cum ea etiam protestatione sigillo nostro communimus, quod videlicet pre-nominatus magister habeat ius conferendi dictam vicariam quamdiu dixerit, postmodum vero qui pro tempore nostre fuerit ecclesie decanus, cum vacaverit, choro et altari in persona ydonea providebit. Vicarius iste singulis diebus tenetur ad missam predicti altaris sonante prima et cavebit, ne vocem nimis extollendo chorum impediat in divinis. Datum in capitulo nostro anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvii<sup>o</sup>., sexta feria ante Oculi mei.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Domstift Hildesheim Nr. 217 und 218 (A.) An beiden das Siegel des Domkapitels zur Hälfte verloren. Erwähnt Doebner, UB. I, S. 148 Anm.*

**156.** Bischof Volrad von Halberstadt bekundet, dass der Dom-scholaster Hoier (von Hohenbüchen) mit den Brüdern Ulrich und Heinrich von Westorf wegen eines Hofes und underthhalb Hufen in Mehringen sich verglichen und letztere auf die Güter verzichtet haben. Langenstein 1267 April 10 (in die palmarum).

*Or. im Haus- und Staatsarchiv zu Zerbst. Gedr. v. Heinemann, Codex dipl. Anhalt. II, S. 239 Nr. 328, Regest Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 318 Nr. 1156.*

**157.** Propst Volrad des Moritzstiftes bekundet, dass Heinrich, Otto und Volrad, Söhne des Otto von Dreileben, ihre Zustimmung zu

*Abweichungen in A.:* <sup>1)</sup> Johannes ausgeschrieben. <sup>2)</sup> Hildensemensis ecclesie. <sup>3)</sup> universis presens scriptum visuris. <sup>4)</sup> kartulam.

dem Verkaufe von vier Hufen in Siersleben durch den Klosterbruder Rudolf an das Kl. Althaldensleben erteilt haben. 1267 Mai 10 (vi. idus maii).

Huius rei testes sunt maioris ecclesie in Hildensheim canonici Borchardus de Dorstad, Arnoldus de Wereberge, Bernardus de Meinersem, Iohannes plebanus de Hunoldesborg.

*Regest nach Cop. XXXVIII, fol. 11 im Kgl. St.-A. zu Magdeburg v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. II, S. 736 Nr. 1701.*

**158.** Graf Heinrich von Wohldenberg und sein Sohn Heinrich schenken dem Andreasstifte fünf Hufen in Heinde und erhalten dafür Anteil an allen guten Werken dieses. Wohldenberg 1267 Juni 15 (in die beati Viti martiris).

Testes huius rei sunt Lippoldus de Luttere et Andreas filius eius, Bertramus de Langhele, Bertoldus Pil milites, dominus Henricus sacerdos in Dornede, und Bürger.

*Abschrift des 18. Jahrhunderts in Ms. XXI, 1257 S. 182 in der Kgl. Bibliothek zu Hannover. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 148 Nr. 306. Hier nach der Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Andreasstiftes Ms. 320 fol. 19 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**159.** Herzog Albert von Braunschweig überträgt dem Kl. Wöltingerode vier ihm resignierte Hufe in Lengde. Königsutter 1267 Juni 21.

Dei gratia Albertus dux de Brunsvik omnibus inperpetuum. Humane actiones a memoria facillime laberentur, nisi scriptis et testimoniorum approbationibus firmarentur. Noverit igitur presens etas et futura plenius intelligat et cognoscat, quod Henricus de Lenghede ministerialis noster cum suis heredibus in nostra presentia constitutus quatuor mansos sitos in ipsa villa Lenghede, quos a nobis iure tenuerunt pheodali, in manus nostras nobis libere resignarunt. Nos vero predictorum mansorum proprietatem, quam nobis prefatus Henricus et sui heredes dederant ad honorem dei et sue pie genitricis et ob nostre et nostrorum predecessorum remedium<sup>1)</sup> animarum contulimus cenobio sanctimonialium Christi in Waltingherode tam in agris quam pratis et pascuis et silvis et aquis et areis ac attinentiis universis sine iugo advocatie libere perpetuo possidendam. Sane ut hec nostra donatio nemini in posterum dubia habeatur et a nullo heredum nostrorum infringi

<sup>1)</sup> Or. remedio.

valeat vel mutari, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione roborari fecimus ad cautelam et in evidentiam veritatis. Huius rei testes sunt Burchardus et Heinricus comites de Woldenberghe, <sup>2)</sup> Conradus de Dorstat, Luthardus de Meinersim iunior nobiles, ministeriales vero Ludolphus de Weneden, Ludolphus de Weverlighe, Bertrammus de Veltim, Heinricus Linthlo et alii quam plures. Datum Luttere per Heinricum prepositum anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. septimo, in die Albani martiris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 39. Stark beschädigtes Siegel des Herzogs.*

**160.** *Die Brüder von Burgdorf verkaufen dem Kl. Heiningen eine Mühle an der Ocker. 1267 Juli 14.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Hinricus et Alvericus fratres dicti de Borchdorpe tam posteris quam presentibus hanc paginam inspecturis salutem omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore vel cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Notum sit igitur universis, quod nos cum consensu heredum nostrorum unanimi molendinum nostrum situm super Ovacram, quod Ov-mole vulgariter appellatur, ecclesie beatorum apostolorum Petri et Pauli in Heninge tali conditione interposita vendidimus pro xx marcis examinati argenti, ut proventus totales in pratis, in aquis, in silvis et redditibus perpetuo sortiatur. Nichilominus si ecclesia predicta decreverit, quod <sup>1)</sup> infra iactum baliste citra vel supra vel abside supra terminos illorum de Werle predictum molendinum struere, poterit absque culpa. Testes huius rei sunt Bartoldus de Gowische, Hogerus de Mandere, Ludegerus Friso, Gevehardus de Bortvelde, Crafto de Borchdorpe milites, Ludolphus plebanus de Borchdorp, Iohannes de Senstede, Hermannus de Goslaria sacerdotes et alii quam plures. Ne vero huiusmodi contractus a nobis mediante discretorum virorum consilio rationabiliter celebratus a quoquam irritari valeat vel mutari, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri testimonio fecimus communiri. Sed quia ego Alvericus sigillum proprium non habeo, fratris mei sigilli testimonio hoc protestor. Acta sunt hec anno incarnationis domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvii<sup>o</sup>., sequenti die Margarete.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 24. Siegel verloren.*

<sup>1)</sup> Or. Wodenberghe. <sup>2)</sup> quod ist zu tilgen oder struit zu lesen.

**161.** *Erwählter Otto bestätigt den durch den Domkellner Heidenreich und den Propst Volrad des Moritzstiftes zwischen dem Kl. Marienrode und dem Pfarrer in Diekholzen (Dicholthusen) geschlossenen Vergleich wegen des Zehnten von neun Hufen in Söhre (Sodheren). 1267 Juli 25 (in die Iacobi).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 27. Stark beschädigtes Siegel des Erwählten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Marienroder UB. S. 52 Nr. 36. Das Or. des undatierten Vergleiches a. a. O. Nr. 26 mit stark beschädigtem Siegel des Propstes und kleinem Rest des Siegels des Domkellners an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, gedr. a. a. O. S. 50 Nr. 35, Regest Doebner, UB. I, S. 149 Nr. 307.*

**162.** *Erwählter Otto übereignet dem Kl. Wienhausen den Zehnten in Ohrum (Orem), den ihm Graf Heinrich von Wohldenberga resigniert hat. Hildesheim 1267 Juli 26 (in crastino Iacobi).*

Testes huius rei sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, Heydenricus cellerarius, Hogerus scolasticus, magister Iohannes Volcmari, prepositus Halto, magister Leo(nius), Lippoldus de Antiquo foro Hildensemenses, dominus Iohannes de Adenoys, Henricus pincerna, Aschwinus de Stenberghe, Conradus de Elvede, Ernestus iuvenis pincerna milites.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. IX, 265 S. 33 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**163.** *Ludolf, Propst des Domes und des Kreuzstiftes, bekundet, dass Dietrich, der Schwiegersohn (gener) des Heinrich Marcolfi, und seine Frau Lucia ihm zwei Hufen in Hüddessum (Hudessem) und eine in Edessem resigniert und dem Scholaster Gerhard und dem Kanoniker Ludolf von Braunschweig namens des Kreuzstiftes verkauft haben. Hildesheim, im Kreuzstift 1267 August 5 (nonas augusti, que est dies beati Oswaldi).*

Testes huius rei sunt Ludolfus decanus, Waltherus custos, Gerhardus scolasticus sacerdotes, Godefridus, Ludolfus, Bertoldus, Lippoldus dyaconi, Hugo, Gerhardus subdyaconi canonici sancte Crucis, insuper Reynerus sacerdos, Henricus de Minda, Thidericus de Piscina, Siffridus de Dinkelere, Henricus de Nette, Thidericus Marcolfi, Bernardus de Ponte und Bürger.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 126. Siegel des Propstes in weissem Wachs, von dem die rote Füllung bis auf kleinen Rest abgefallen, an blauen und weissen Hanffäden. Gedr. Doebner, UB. I, S. 150 Nr. 308.*



**164.** *Die Brüder von Wendhausen verkaufen dem Michaeliskloster Güter in Renshausen, Haldachessen und Volbechteshusen. O. D. (1267 zu August 11).*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

Nos Guncelinus, Aschvinus fratres de Veinthusen notula presentis kartule protestamur et notum esse volumus, quod domino Ernesto abbati et conventui ecclesie sancti Michahelis in Hildensem bona nostra et quicquid iuris habuimus in campis, silvis, pascuis in villa Reynolveshusen et omne ius, quod habuimus in tribus mansis in villa Haldachessen, in uno manso Volbechteshusen, qui pertinet ecclesie in Reynolveshusen, vendidimus renuntiando omni iuri, quod dinoscebamur habere in predictis bonis, assignantes omne ius nostrum cum eisdem bonis utilitati ecclesie memorate. Ne vero de vendicione necnon renuntiatione nostra apud posteros dubium oriatur, prefato domino Ernesto abbati et sue ecclesie presentem kartulam nostro sigillo duximus muniendam.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 63. Es hat nur immer ein Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen gehangen und das ist abgefallen.*

**165.** *Herzog Albrecht von Braunschweig übereignet dem Michaeliskloster den ihm von den Brüdern Gunzelin und Aschwin von Wendhausen resignierten Zehnten in Renshausen (Reynolveshusen). 1267 August 11 (in castrino Laurencii).*

— — presentibus consiliariis nostris Conrado de Dorstat, Luthardo de Meynersem, Hermanno de Olderdeshusen nobilibus, Ludolfo de Weynthen.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 62. Stark beschädigtes Siegel an rot-gelb geflochtener Seidenschnur. Gedr. Wolf, Eichsfeld. Gesch. 2, cod. dipl. S. 6.*

**166.** *Papst Clemens IV. ernennt den Dominikaner Otto an Stelle des gewählten Hildesheimer Domherrn Volquin von Schwalenberg zum Bischof von Minden. Viterbo 1267 August 18 (xv. kalendas septembris, anno tercio).*

*Gedr. Westf. UB. V, S. 317 Nr. 673, wo Volquin unrichtig Dompropst genannt wird. In der Urk. steht als Titel Volquins prepositus ecclesie Angariensis Hildesemensis canonicus; es ist Goslariensis für Angariensis zu lesen; vgl. Westf. UB. VI, Nr. 879 und 852. Volquin wurde nach Ottos Tode 1276 Bischof von Minden.*



**167.** *Bischof Hermann von Schwerin erteilt der Petrikirche in Braunschweig einen Ablass mit Vorbehalt der Zustimmung des Erwählten Otto. Braunschweig 1267 September 8 (in die nativitatıs sancte Marie virginis).*

*Nach dem Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig gedr. Mecklenburg. UB. II, S. 338 Nr. 1132.*

**168.** *Dompropst Ludolf übernimmt persönlich die Verwaltung der Meierei in Himmelsthür. 1267 September 30.*

L(udolfus) dei gratia prepositus maioris ecclesie in Hildensem universis presens scriptum inspecturis salutem in domino. Vacante per mortem domini B(ertoldi) Pilonis villicatione nostra in Hymdesdor de consensu nostri capituli eandem nobis optinere decrevimus, eo videlicet modo ut nec intra capitulum committamus nec extra in feodo alicui demus, cum nec nostri antecessores nec nos umquam hoc fecerimus nec aliquo tempore faciemus et per decretum capituli fieri minime sit permissum. Personaliter itaque eiusdem villicationis amministrationem habebimus amministratoribus capituli de nostra et fratrum prebenda tamquam villicus fideliter responsuri. Ut autem quod verbo diximus inviolabiliter teneamus, ad hoc nos promittendo presentibus litteratorie obligamus nostri et capituli appensione sigillorum ad huius rei evidentiam presentem paginam roborantes. Actum in capitulo nostro anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvii<sup>o</sup>, pridie kalendas octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 220. Beschädigtes Siegel des Dompropates an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, das des Domkapitels verloren.*

**169.** *Graf Heinrich von Wohldenberk bekundet, von dem Kloster Heiningen für den halben Zehnten in Dorstadt dreissig Mark erhalten zu haben, und verspricht, den Zehnten von allen Ansprüchen seiner Brüder und Verwandten und derer von Wolfenbüttel zu befreien und dem Bischofe zu resignieren, sobald das Kloster das Eigentumsrecht von diesem erworben hat. Braunschweig 1267 (vor Oktober 11).*

Testes autem huius facti sunt dominus Conradus de Dorstat, Gevehardus de Borchvelde, Ludolphus de Weverlinge, Hinricus de Kysenbrucke milites, Conradus Holtnycker, Iordanus prope sanctum Paulum, Hermannus de Gustede, Rolandus, Ludeko Elye, Iohannes Elye, Wedigo de Astvelde, David Monetarius. — — Acta sunt hec in Brunewich in presentia dominorum Alberti et Iohannis ducum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 26. Beschädigtes Siegel des Grafen. Gedr. Asseburger UB. I, S. 225 Nr. 330. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 96 Nr. 217.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**170.** *Graf Burchard von Wohldenbergh resigniert dem Bischof die Hälfte des Zehnten in Dorstadt zu Gunsten des Kl. Heiningen. Wöltingerode 1267 Oktober 11.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Burchardus comes de Woldenberg hanc paginam inspecturis salutem omnibus in perpetuum. Quicumque amicorum nostrorum in agrum bonum triticum seminasset, absurdum videretur, ut nos super illum zizania sereremus. Innotescat igitur universis tam presentibus quam futuris, quod nos personaliter et nostri heredes ad instanciam fratris nostri comitis Henrici de Woldenberg ab omni angaria et inpeticione dimidie decime in Dorstad funditus abrenunciamus et domino Hildensemensi episcopo liberam dimittimus a iure feudali tali condicione, ut ecclesia beati Petri in Heninge proprietatis dominium perpetuo sorciatur. Huius rei testes sunt Tidericus de Lenedhe, Bertrammus de Langele, Ludegerus Friso, Iohannes de Sudhburg, Crachto de Borchdorp, Heidenricus de Hedershusen et alii quamplures. Actum in Waltingerod anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxvii<sup>o</sup>., in die sanctorum Iusti et Arthemii. Et ne cuiquam super premissis dubium oriatur, dictam litteram inde scriptam nostro sigillo volumus roborari.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 25. Beschädigtes Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**171.** *Erwählter Otto übereignet dem Kl. Wienhausen den Zehnten in Ohrum (Orem), den ihm Heinrich und Burchard, Brüder, und Hermann und Hoier, Grafen von Wohldenbergh, resigniert haben. 1267 November 11 (in festivitate beati Martini episcopi).*

Huius rei testes sunt dominus Ludolfus prepositus maior, Volradus prepositus Montis, Heydenricus cellerarius, Hoyerus scolasticus, magister Iohannes Volcmari, prepositus Halto, magister Leo(nius), Lippoldus de Antiquo foro Hildensemenses, dominus Conradus de Dorstat, dominus Luthardus de Meynersem, dominus Io(hannes) de Adenoy, Fridericus de Nendorpe, Io(hannes) de Brunswic, Henricus pincerna, Aschwinus de Stenberge, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Borsum, Hermannus Lepel, Conradus marscalcus, Ernestus iuvenis pincerna milites, Conradus Sophie, Henricus Engellardi, Hermannus

Wulverammi, Ludolfus Mathie, Io(hannes) Elye, Conradus Holt-  
nicker, Hen(ricus) de Domo burgenses.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. IX, 265 S. 30 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Eine sonst wörtliche Ausstellung derselben Urk. d. d. Braunschweig 1267 November 10 (in die sancti Martini pape) a. a. O. S. 31 hat in der Zeugenreihe die Abweichungen: Hogerus scolasticus, Iohannes de Brunnesrode statt Brunswic, hinter Lepel folgt noch Conradus de Elvede, die beiden letzten Bürger fehlen.*

**172.** *Ritter Konrad von Dorstadt bekundet, dass Propst Konrad des Kl. Dorstadt von den Brüdern Johann und Bertold von Dorstadt vier Hufen ebenda mit vier Hausstellen und vier Holznutzungen gekauft hat. 1267 November 12.*

Conradus miles dictus de Dorstat omnibus hanc litteram inspecturis quicquid potest obsequii et honoris. Quoniam veritas sepe calumpniam patitur, expedit, ut processus negotiorum litterarum testimonio commendetur. Notum esse volumus omnibus hoc scriptum inspecturis, quod dominus Conradus prepositus ecclesie in Dorstat coram nobis emit pro xl marcis puri argenti quatuor mansos sites iuxta villam predictam cum iiii areis et totidem usibus lignorum a duobus fratribus Iohanne et Bertoldo dictis de ipsa villa et ab eorum matre Adhelheydhe et ab eorundem iustis heredibus, quos ipsi iure pheodali possederant ab ecclesia supradicta. Hanc emcionem rite factam testamur presenti littera et sigillo. Huius facti testes sunt Fredericus et Woltherus filii nostri, Iohannes Longus, Heinricus de Iggeleve, Luderus, Hildebrandus Monachus, Wernerus, Teodericus de Senedhe et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>vii<sup>o</sup>., sequenti die post festum sancti Martini episcopi.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 97 Nr. 221.*

**173.** *Pfarrer Heinrich in Eldagsen unter den Zeugen der Urk., in welcher Graf Wilbrand von Hallermund dem Kloster Loccum Güter in Om überträgt. Eldagsen 1267 Dezember 18 (dominica Memento).*

*Or. im Archiv des Kl. Loccum. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 191 Nr. 286.*

**174.** *Die Brüder von Cramme bekunden, dass die von Lamspringe auf zwei Hufen des Kl. Lamspringe in Wöllersheim verzichtet haben. 1267.*

Nos Ludolfus et Borchardus fratres dicti de Cramme milites recognoscimus publice per presentes, quod Henricus, Thydericus,

Ludolfus et Alexius dicti de Lamspringe et Conradus de Cantelsem et alii eorundem patrum Hermannus, Alexius et Olricus in nostra presentia renunciaverunt proprietati et omni eorum iuri, quod habebant vel habere videbantur in duobus mansis et eorum attinentiis in Woldersum sitis, quos monasterium in Lamspringe habet, ita quod nec ipsi nec ipsorum heredes nec aliquis alius ex parte eorum directe vel indirecte debet aut potest dicta bona inpetere nec possidentes aliquo modo molestare. In cuius rei testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillis nostris ad eorundem rogatum fecimus sigillari. Datum anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. sexagesimo septimo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 32. Beschädigte Siegel der Aussteller.*

**175.** *Domscholaster Hoier (von Hohenbüchen) Mitbesiegler der Urkunde, in welcher (seine Schwester) die Gräfin Oda von Poppenburg dem Kl. Mehringen eine Hufe daselbst verkauft. 1267.*

*Or. im Haus- und Staatsarchiv zu Zerbst, u. a. auch mit dem Siegel Hoiers wie Abbildung bei Erath, Cod. dipl. Quedl. Tafel XXVII Nr. 8. Gedr. v. Heine- mann, Codex Anhalt. II, S. 247 Nr. 340.*

**176.** *Die Grafen Gebhard und Konrad von Wernigerode geben der Domkirche das Eigentumsrecht von sechs Hufen in Gross-Lopke gegen das von vier in Wackersleben in Tausch. 1267.*

Nos dei gratia Gevehardus et Conradus comites in Werningerothe omnibus inperpetuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod de consensu omnium heredum nostrorum dedimus proprietatem sex mansorum in magno Lobeke ecclesie Hildensemensi perpetuo possidendam, quorum quatuor illi de Escherte et duos Henricus miles de Bledenem et filii fratris sui de manu nostra tenent iure feudali. Et dominus noster Otto Hildensemensis ecclesie electus dedit nobis et nostris iustis heredibus in restaurum proprietatem quatuor mansorum in Wackersleve, quos ab eo in feodo tenuimus, accedente tocius capituli sui beneplacito et consensu. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 221. Die beiden gut erhaltenen runden Siegel zeigen zwei gegen einander gekehrte, senkrechte, etwas nach aussen gekrümmte Fische. Die Gegenurk. des Erwählten Otto im Landes- hauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Marienthal, ebenfalls ohne Tagesangabe.*

**177.** *Erwählter Otto übereignet dem Domkapitel eine Kurie beim Bischofshofe (apud aulam nostram), die es von Dietrich von Stockem gekauft hat. Im Alten Dorfe bei Alfeld 1267.*

Testes huius rei sunt Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Hermannus de Ganderssem, Aschwinus de Stenberg, Conradus de Elvede, Albertus Bok, Ernestus de Meyenberg, Ernestus de Betenem, Iohannes de Wlvinge, Conradus de Rodhe, Iohannes de Sutherem, Eylardus de Dotesse, Conradus et Heynricus fratres dicti de Barenrodhe milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 222. Beschädigtes Siegel des Erwählten. Gedr. Doebner, UB. I, S. 150 Nr. 310.*

**178.** *Erwählter Otto überträgt dem Maria-Magdalenenkloster eine Hufe in Barnten (Berenthe), welche das Kloster vom Ritter Bertold von Westvelde und dessen Söhnen Hartmann, Bertold, Aschwin und Ekbert gekauft und diese dem Aussteller resigniert haben. Winzenburg 1267.*

Testes hii sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, Heydhenricus cellerarius, Hogerus scolasticus, prepositus Halto Hildensemenses, Heynricus pincerna, Ludolfus de Borssem, Hermannus de Ganderssem, Aschwinus de Stenberg, Ernestus de Meyenberg milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 84. Siegel des Erwählten und Bruchstück des Kapitelssiegels.*

**179.** *Erwählter Otto bekundet den Verzicht der Margarete von Sehnde auf Güter in Sorsum und (Ding-?) Elbe gegenüber dem Maria-Magdalenenkloster. Sarstedt 1267.*

Nos Otto dei gratia Hildensemensis electus presentibus recognoscimus et firmiter protestamur, quod Greta dicta de Senedhe et Ophenia<sup>1)</sup> filia eius et Gyseko Dinkelere maritus Ofenie renunciaverunt coram nobis omni iuri et actioni, quam habebant contra prepositum et monasterium sancte Marie Magdalene in Hildensem ratione bonorum in Sutherem et Elvede sitorum, presentibus preposito Haltone, Heynrico plebano sancti Iacobi in Goslaria, Conrado de Elvede, Arnolde et Reynero fratribus dictis Blomen, Hermanno Lepel, Iohanne de Ummenem, Iohanne de Goltthorn militibus, Egelmaro, Wilhelmo et Heynrico fratribus dictis de Kemme famulis et

<sup>1)</sup> So das Or.

aliis conpluribus. In cuius rei testimonium presentem litteram dicto monasterio dedimus cum sigillo. Actum Thzerstede anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>vii<sup>o</sup>.

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. 85. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**180.** *Erwählter Otto überträgt dem Moritzstift mehrere ihm resignierte Güter in Betheln. 1267.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus in perpetuum. Etsi ad benefaciendum simus omnibus debitores, pocius tamen illis benefacere debemus, qui nobis magis familiares existunt. Hinc est, quod notum esse volumus universis, quod, cum dilecti in Christo . . prepositus, . . decanus et capitulum ecclesie montis sancti Mauricii Hildensemensis ab Eckehardo de Levenstede quatuor mansos in Betenem sitos cum duabus curiis et quatuor areis in eadem villa et unam aream feudalem cum quatuor ingeribus, que bona idem Eckehardus a nobis iure tenuit feudali, et a Heynrico milite dicto de Domo similiter in Betenem curiam unam cum tribus mansis, quam idem H(eynricus) a manu nostra tenuit, et duas areas et pratam infra villam, aream cum manso feudali et aream cum sex iugeribus feodalibus, insuper unam aream, que bona nominatus miles tenuit a domino Iohanne dicto de Blankenborch et ipse a nobis, multis denariis comparassent, nos recepta resignatione ipsius Eckehardi, facta eciam resignatione Heynrici militis in manus domini Io(hannis) de Blankenborch et ipsius in nostras, predicta bona cum omni iure, quo ipsi tenuerunt, videlicet in silvis, pratis, pascuis et in campis cultis et incultis pro retributione felicitatis eterne contulimus ecclesie memorate. Ut autem hoc factum nostrum inviolabile perpetuis temporibus perseveret, presentem litteram conscribi fecimus et sigillis nostro scilicet et capituli, de cuius consensu predicta collatio facta est, iussimus roborari. Testes huius rei sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradius Montis prepositus, Hogerus scolasticus, Heydhenricus cellerarius, prepositus Halto Hildensemenses, Hermannus de Ganderssem, Aschwinus et Conradus fratres dicti de Stenberg, Iohannes de Gotthorn, Albertus Bok, Iohannes de Wlvinge, Ernestus pycerna, Iohannes de Sutherem, Eylardus de Dotessem milites et alii conplures. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>vii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 30. Siegel des Erwählten und stark beschädigtes des Domkapitels. In einer undatierten Urk. resigniert*

*Eckhard von Lebenstedt (der sich aber selbst nicht nennt) die Güter dem Bischof Otto, Abschrift des 14. Jahrh. im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 19 in der Beverin. Bibliothek zu Hildesheim.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**181.** *Das Moritzstift einigt sich mit dem Kleriker Richard von Barkhausen wegen dessen Ansprüche an das Beneficium der Katharinenkapelle. Moritzberg 1267.*

Wolradus dei gratia prepositus, Theodericus decanus et capitulum montis sancti Mauricii Hildensemense omnibus, qui nomine Christi scencentur ad quos hec cedula pervenerit, cum devotis orationibus devotam in domino karitatem. Scire volumus universos, quod, cum inter nos et Richardum clericum quondam filium Richardi militis dicti de Barchusen bone memorie lis exorta fuisset super beneficio capelle sancte Katherine, quod ex collatione domini Henrici dicti de Hiddestorpe quondam confratris nostri constanter asseruit se fuisse canonicè assecutum, nobili viro domino Iohanne milite dicto de Adenoy et discreto viro domino Henrico canonico maioris ecclesie dicto de Brema et aliis viris honestis mediantibus inter nos et dictum Richardum talis amicabile compositio intercessit. Prefatus Richardus iuri, quod sibi ex predicta collatione competere videbatur, renunciavit publice coram nobis, et nos, quia volumus et debemus, eidem Richardo quamdiu vixerit de rebus ecclesie in vii talentis legalium denariorum omni occasione semota providebimus annuatim. Quod si predictus Richardus fratribus vel heredibus suis sibi suam negantibus hereditatem habitum assumeret laycalem, donec recuperet hereditatem paternam huiusmodi habitum debemus in eo equanimiter tollerare. Si vero idem Richardus pro defensione sui corporis homicidium fortasse inciderit, propter hoc in predictis rebus nullum dispendium sustinere debet. Si autem mutato habito religionem assumpserit, ad predictorum vii talentorum solutionem nostra non erit ecclesia in reliquum obligata. Idem quoque Richardus et amici sui nostro capitulo reliquerunt ordinationem de rebus predictae capelle proviso, quod in illa capella due misse singulis ebdomadibus celebrentur. Decanus autem et cellerarius ecclesie nostre, qui pro tempore fuerint, summam vii talentorum memorato Richardo in festo sancti Andree singulis annis fideliter ministrabunt. Quod si Richardus in domino fuerit defunctus, fratres eius sive amici sui de rebus eiusdem capelle ecclesie nostre sive de summa predicta aliquam questionem de cetero non movebunt.



Testes videlicet huius compositionis sunt canonici eiusdem ecclesie Wolradus prepositus, Theodericus decanus, Ludegerus, Henricus prepositus de Stederburg, Ludolfus, Gerhardus, Wolcmarus, Iohannes, Helenbertus et Ludegerus, milites Iohannes de Adenoys, Conradus de Helvede et filius suus Conradus, Iohannes de Golturen, Wescelus Westfalus, Theodericus de Hiddestorpe, Albertus de Lathusen, Cono de Hiddestorpe, Henricus de Pattenhusen, Iohannes de Barchusen et frater suus Henricus et alii quam plures. Ut autem hec ordinatio maneat inconvulsa, presens scriptum de hoc confessum sigille domini<sup>1)</sup> Ottonis venerabilis episcopi Hildensemensis, sigillo ecclesie, sigillo prepositi Montis et sigillo decani, scolastici et domini H(enrici) de Brema et Iohannis de Adenoys fecimus roborari. Acta sunt hec in Monte anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 31. Von den sieben Siegeln, von denen das des Kapitels stärker beschädigt ist, ist das des Scholasters abgefallen. Regest Doebner, UB. I, S. 150 Nr. 309.*

**182.** *Ritter Konrad von Dorstadt bekundet, dass Propst Konrad von Dorstadt mit den Brüdern Johann und Bertold von Dorstadt einen Kaufvertrag über vier Hufen, vier Hausstellen und vier Holznutzungen abgeschlossen hat. 1267.*

Conradus miles dictus de Dorstat omnibus hanc litteram inspecturis salutem in domino. Presencium tenore cum appensione sigilli nostri protestamur, quod dominus Conradus prepositus ecclesie in Dorstat cum Iohanne et Bertoldo fratribus dictis de villa eadem in presencia nostra emcionem de quatuor mansis et quatuor areis et totidem utilitatibus lignorum, quorum proprietas ecclesie prefate fuit, cum predictis fratribus Io(hanne) et B(ertoldo) sic finivit, quod iam dictus prepositus prenominatis fratribus et matri eorum dedit triginta marcas puri argenti tali condicione, quod ecclesia prefata sex annis bonis illis ut propriis uteretur. Post sextum vero annum antedicti fratres eadem bona pro tanta summa, quantam acceperunt, a festo sancti Michahelis usque ad festum sancti Martini episcopi si velint redimendi habeant liberam facultatem. Sin autem, ecclesia sepedicta iterum ipsa bona sex annis sequentibus ut propria possidebit, duodecim annis sic completis rursus prememorati fratres infra festa sancti Michahelis et sancti Martini episcopi mansos prenominatos et areas cum utilitatibus lignorum pro summa, quam accepe-

<sup>1)</sup> Or. domino.



runt, possunt redimere sicut prius. Si vero tunc redimere nolunt aut nequeunt, ecclesia prefata x marcas examinati argenti pro omni solutione bonorum illorum superaddet fratribus sepe dictis. Condictum fuit etiam, quod a prima die vendicionis usque ad ultimum terminum statutum, dum eis placeret hec bona relinquere, acciperent ab ecclesia, sicut diximus, decem marcas. Testes huius facti sunt Fredericus filius meus, Elias sacerdos, Iohannes de Halberstat, Iohannes Longus et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>., quo natus est dux Heinricus de Bruneswich.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 96 Nr. 218. Wegen der Datierung vgl. Strombeck in Zeitschrift des Harzvereines III (1870) S. 512. An der Echtheit der Urk. ist garnicht zu zweifeln, vgl. auch Nr. 172.*

**188.** *Ritter Konrad von Dorstadt bekundet, dass die Brüder Johann und Bertold von Dorstadt von dem Propste Konrad von Dorstadt dreissig Mark unter angegebenen Bedingungen erhalten haben. 1267.*

Conradus miles dictus de Dorstat omnibus hoc scriptum inspecturis salutem. Litterarum presencium tenore protestamur, quod dominus Conradus prepositus in Dorstat Iohanni et Bertoldo fratribus dictis de ipsa villa ad circulum unius anni xxx marcas examinati argenti dedit sub hac forma, quod ipsi nobis data fide promiserunt, ut<sup>1)</sup> xv modios siliginis et v tritici Bruneswicensis mesure in eadem civitate ante diem sanctorum Simonis et Iude vectura propria presentent in loco, quem prefatus prepositus eis voluerit demonstrare. Promiserunt etiam fide data tam nobis quam filiis meis Frederico et Wolthero necnon et Burchardo de Meinersem, ut, si anno illo transacto in dominica qua cantatur Invocavit pecuniam supradictam a monetariis ita examinatam sicut acceperunt non reddiderint, ecclesie prefate lx iugera demonstrant cum iiii usibus lignorum et iiii areis, que ab ecclesia iure possident feudali. Huius facti testes sunt prenominati Fre(dericus), Wolterus, Burh(ardus), Iohannes de Wedelinstedhe, Fredericus Rosenstruc, Heinricus de Kissenbruge, Theodericus sacerdos, Iohannes conversus et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxvii<sup>o</sup>.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

<sup>1)</sup> ut fehlt im Or.

**184.** *Ritter Johann von Blankenburg genehmigt einen Tausch des Moritzstiftes mit Ernst von Betheln. O. D. (1267?)*

Viris discretis decano totique capitulo montis sancti Mauricii Io(hannes) miles de Blankenburg, qui nunc residet in Wegelege, sue possibilitatis obsequium. Vestre discrecioni notum esse volo, concambium tale, sicut Ernestus de Bethenem vobiscum fecit, diligo et affecto.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 19 in der Boverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**185.** *Ludolf, Dompropst in Hildesheim und Goslar, übereignet dem Jacobikloster in Osterode drei Hufen in Osterode und erhält von Ritter Gunzelin von Bodenstein als Ersatz drei Hufen in Förste, die von dem jedesmaligen Dompropste in Goslar zu Lehn gehen sollen. Goslar 1268 Januar 2 (iiii. nonas ianuarii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Jakobikl. in Osterode Nr. 45. Gut erhaltenes Siegel des Dompropstes. Gedr. Bode, UB. I, S. 198 Nr. 138.*

**186.** *Dechant und Kapitel des Kreuzstiftes bekunden den Wiederkauf einer Hufe in Stöckheim. Auf dem Cyriaxberg 1268 Januar 8.*

Ludolfus dei gratia decanus et capitulum ecclesie sancte Crucis universis hanc litteram inspecturis salutem in domino. Cum haberet ecclesia sancte Crucis ab antiquo mansum unum situm Stockem prope Vimelhusen solventem singulis annis septem solidos et quinque denarios advocatie, nos redemimus eundem mansum a Mechtildi et filiis eius, qui eundem mansum detinebant, datis eisdem octo libris Brunwicensibus per manus Bertoldi, Hugonis et Iohannis canonicorum ecclesie nostre in domo domini Rotgheri canonici sancti Cyriaci Brunwicensis. Resignavit itaque predicta mulier et iam dicti filii eius eundem mansum ad utilitatem ecclesie sancte Crucis in manus Ludolfi Helye et Herbordi dicti Clerici laycorum et civium Brunwicensium cum omni iure, quod videbantur habere, promittentes in manus eorundem, quod numquam in iam dicto manso nostram ecclesiam aliquatenus molestarent. Presentes erant et testes huius rei sunt preter iam dictas personas dominus Henricus prepositus in Stederborch, dominus Rotgherus et magister Luderus canonici sancti Cyriaci Brunwicensis, Lutmarus sacerdos in Vimelhusen, Henricus rector scholarum sancti Cyriaci. Ne igitur super hiis possit dubitari in posterum, presens scriptum super hoc confectum sigillo ecclesie

nostre et domini Henrici prepositi in Stederborch fecimus commuiri. Actum in monte sancti Cyriaci Brunwicensis anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxviii<sup>o</sup>., vi<sup>o</sup>. ydus ianuarii.

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)  
*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 127. Rest des Konventssiegels und wenig beschädigtes des Propstes an weissen und blauen Hanffäden.*

**187.** *Ludolf, Propst des Domes und des Kreuzstiftes, überträgt dem Kreuzstift eine ihm resignierte Hufe in Kemme. Hildesheim 1268 Februar 5.*

Ludolfus dei gratia maioris ecclesie prepositus et ecclesie sancte Crucis Hildensemensis omnibus litteras has auditoris salutem in domino. Constituti in presentia nostra Henricus dictus Blese et uxor eius Dethburgis, Bertoldus et Godefridus fratres eiusdem mansum unum situm Kemme habentem xxxiii iugera et aream cum prato, que a nobis in feodo habebant nomine ecclesie sancte Crucis, in manus nostras libere renunciarunt datis iam dicto Henrico a Ludolfo dicto de Brunswich canonico ecclesie sancte Crucis viginti septem libris Hildensemensibus petentes, ut eundem mansum cum omni iure pertinente ad eum ecclesie sancte Crucis in ius proprietatis conferre curaremus. Nos igitur ob reverentiam sancte Crucis predictum mansum cum omni iure pertinente ad ipsum transferimus in ius et proprietatem ecclesie sancte Crucis titulo donationis nostre iure perpetuo possidendum. Ut igitur predictarum personarum renunciatio et nostra donatio rata permaneant et nulli in posterum venire possint in dubium, presens scriptum super hiis confectum sigillo nostro duximus roborandum. Testes huius rei sunt Ludolfus decanus, Walterus custos, Gerardus scolasticus sacerdotis, Godefridus, Ludolfus, Bertoldus dyaconi, Hugo, Iohannes, Iohannes subdiaconi canonici sancte Crucis, Conradus de Scherve et Conradus Spirink sacerdotes, Berenwardus miles de Kemme, Iohannes Pepersac, Hermannus Evecen, Hermannus de Vorden, Bernardus de Ponte, Henricus Honwardi, Hermannus et Reynbertus de Lafforde, Ernestus de Asenstede, Tidericus de Kemme villici sancte Crucis, Hermannus Sapiens et Henricus filius Dethburgis. Actum Hildensem in curia nostra aput sanctam Crucem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxviii<sup>o</sup>., nonas februarii, que est dies beate Agathe virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 128. Siegel des Propstes an blauen und weissen Hanfschnüren. Regest Doebner, UB. I, S. 151 Nr. 311.*

**188.** *Graf Widekind von Poppenburg bekundet, dass Ritter Bernhard von Betheln dem Kl. Escherde die Hälfte des Zehnten in Achem gegen 40 Pfund resigniert hat. 1268 Februar 6.*

Wedekindus dei gratia comes dictus de Popenborch<sup>1)</sup> omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo, qui est vera salus. Noverint universi per presentes tam moderni quam futuri Christi fideles, quod dominus Bernardus miles dictus de Betenem et filii sui Henricus et Lippoldus receperunt quadraginta talenta a preposito Bertholdo in Escherte<sup>2)</sup> pro medietate decime in Achem, quam tenebat idem dominus Bernardus in feodo ab ecclesia Escherte, resignavitque idem dominus Bernardus una cum filiis suis<sup>3)</sup> H(enrico) et L(ippoldo) predictae ecclesie perpetuo eandem medietatem decime possidendam. Testes huius facti sunt dominus Bertrammus et dominus Hermannus et dominus Albertus fratres et milites dicti Boeke, dominus Thidericus<sup>4)</sup> de Rethen,<sup>5)</sup> dominus Iohannes de Sotherum,<sup>6)</sup> dominus Eylardus de Dothesem milites et alii quam plures fide digni. In huius rei evidentiam presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx.<sup>7)</sup> viii<sup>o</sup>. idus februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Escherde Nr. 51 und Nr. 52 (B). Gut erhaltenes Siegel des Grafen an beiden Urkunden.*

**189.** *Die von Rautenberg genehmigen mit ihrer Verwandtschaft, dass Siegfried der Ältere von Rautenberg, um sich aus der Gefangenschaft des Grafen Heinrich von Wohldenbergr zu lösen, dem Michaeliskloster acht Hufen in Rautenberg verkauft. 1268 Februar 26.*

Nos Siffridus iunior et Basilius fratres de Rutenberghe et Iuditha mater ipsorum et Bertradis et Machtildis et Athelheydis sorores<sup>8)</sup> eorumdem cum consanguineis proximis scilicet Siffrido et Baldewino fratribus de Rothen et Athelheydi matre ipsorum, Siffrido et Ludolpho fratribus de Wedem et Rikece matre eorum, Siffrido et Conrado et Ghyselberto fratribus de Dinkelere, Iohanne et Fritherico fratribus de Stedere recognoscimus et protestamur publice per presentes, quod, cum dilectus nobis Siffridus de Rutenberghe pro sua dura et metuenda captivitate nobili viro domino Henrico comiti de Waldenberghe solvere deberet magnam pecuniam,

*Abweichungen in B:* <sup>1)</sup> Poppenborch. <sup>2)</sup> Escherthe. <sup>3)</sup> suis predictis. <sup>4)</sup> Thydericus. <sup>5)</sup> Redhen. <sup>6)</sup> Sodherum. <sup>7)</sup> lx<sup>o</sup>. <sup>8)</sup> Or. et sorores.

quam promiserat fide data, octo proprios mansos Ruthenberge sitos cum omnibus attinentiis in silvis, pratis,<sup>1)</sup> pascuis et in campis de scitu, consensu et beneplacito nostro vendidit abbati et conventui sancti Michaelis ~~pro~~centum et viginti marcis examinati argenti iure proprietatis perpetuo possidendos, et nobis, quorum intererat, expresse renunciantibus iuri, quod ex legitima successione alicui seu aliquibus ex nobis in posterum competere potuisset, et liberaliter assignantibus illud ius ecclesie sancti Michaelis iam predictae idem Siffridus omnibus nobis collaudantibus abbati et conventui predictis dictorum mansorum possessionem tradidit corporalem. Super quibus ne post hec dubitari contingat, predictam litteram inde conscribi et ipsius Siffridi, qui in hac venditione principalis extitit, sigillo, quo unico omnes volumus esse contenti, iussimus sigillari. Et ego Siffridus senior de Rutenberghē predictus iussus a fratribus, sororibus et consanguineis meis predictis presentem litteram meo sigillo signavi et eam memorato conventui ad cautelam dedi per ipsam de evictione cavendo et warandiam prestando. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>., quinto kalendas marci.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 84. Beschädigtes Siegel des Siegfried von Rautenberg.*

**190.** *Erwählter Otto genehmigt den Verkauf von acht Hufen in Rautenberg durch die von Rautenberg an das Michaeliskloster. Poppenburg 1268 Februar 26 (in castro Poppenborch quinto kalendas marci).*

Testes etiam huius rei sunt Heydenricus celerarius, Halto prepositus canonici maioris ecclesie, Bruno notarius, Iohannes de Adenoys nobilis, Heinricus<sup>2)</sup> pincerna et Ernestus filius suus, Ernestus dapifer, Hermannus, Bertrammus et Albertus fratres de Wlvigne,<sup>3)</sup> Hildemarus advocatus, Iohannes de Escherte, Tidericus de Alten, Heynricus de Arebeke, Heynricus et Baldawinus<sup>4)</sup> fratres de Stenberhc<sup>5)</sup> Arnoldus et Reynnerus fratres de Genhusen, Iohannes de Wlvigne<sup>3)</sup> milites, Bodo de Mulligne,<sup>6)</sup> Hermannus de Stemne, Ekkehardus de Levenstede, Hermannus de Germerdessen, Albertus de Hupedhe, Iohannes Trobe servi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Michaeliskl. Nr. 65a, Siegel des Erwählten und des Domkapitels an roten und gelben Seidenfäden, und Nr. 65b (B), dieselben Siegel, beschädigt, an Pergamentstreifen.*

<sup>1)</sup> pratis im Or. doppelt. *Abweichungen in B:* <sup>2)</sup> Heynricus. <sup>3)</sup> Wlvigo.  
<sup>4)</sup> Baldwinus. <sup>5)</sup> Stenberch. <sup>6)</sup> Mullige.

**191.** *Erwählter Otto übereignet dem Maria-Magdalenenkloster eine Hufe in Farmsen und drei Hufen in Schellerte. Poppenburg 1268 (Ende Februar).*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)  
 Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus in perpetuum. Ne ea que aguntur in tempore labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Sciant igitur presentes et futuri, quod . . . prepositus et conventus monasterii sancte Marie Magdalene Hildensemensis mansum unum in Vernerssem situm a Lutgarde vidua, que eum de manu nostra tenuit, de consensu Adhelheydis et Iutte filiarum eius, et tres mansos in Scelerthe a Thiderico et Heynrico fratribus dictis Bundezen, quos a Berenwardo milite dicto de Kemme et idem miles a nobis in feodo tenuerunt, cum omni iure et utilitate in ipsis villis in agris et in pascuis et in campis comparassent, nos facta resignatione ipsorum fratrum in manus Berenwardi militis et ipsius militis et vidue predicte in manus nostras dicta bona cum proprietate de consensu capituli nostri pro remedio anime nostre contulimus monasterio memorato. Ut autem hec nostra donatio firma et inconvulsa perpetuis temporibus perseveret, presens scriptum super hoc conscribi fecimus et sigillo nostro et capituli iussimus roborari. Testes huius rei sunt prepositus Halto, comes Widekinus de Poppenborch, Hermannus de Ganderssem, Albertus et Hermannus fratres dicti Bok, Ernestus de Betenem milites et alii conplures. Actum in Poppenborch anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>viii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 88. Siegel des Erwählten und beschädigtes des Domkapitels. Die Tagesbestimmung nach dem Ausstellungsort, vgl. die vor. Nr.*

**192.** *Ritter Konrad von Dorstadt gründet und dotiert einen Altar in der Kirche des Klosters Dorstadt. 1268 Februar 28.*

In nomine sancte trinitatis. Conradus miles dictus de Dorstat omnibus hanc litteram inspecturis quicquid potest obsequii et honoris. Quoniam labilis est hominum memoria, solet ea, que agit proborum virorum discrecio, scripturarum testimonio perhennare. Notum esse volo universis Christi fidelibus hoc scriptum visuris, quod feci edificari altare unum in medio ecclesie claustrum in Dorstat et dotari duabus areis et duobus mansis, qui siti sunt in Machtersem, quorum proprietas mea fuit, uxore mea domina Gertrudhe et omnibus pueris meis necnon iustis heredibus meis consencientibus, sub hac forma,

quod prepositus ecclesie prefate specialiter ad altare supradictum singulis septimanis unam missam de sancta Maria et unam pro salute vivorum, aliis vero diebus pro fidelibus defunctis a sacerdote, quem ~~ad hoc destinare decreverit~~, celebrari faciat, nisi festum aliquod interveniat, quod ordinacionem predictam valeat impedire. Hec ut rata permaneant, presenti littera protestor sigilli mei munimine roborata. Acta sunt hec anno <sup>1)</sup> domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>., iii<sup>o</sup> kalendas marcii.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel des Ausstellers gut erhalten.*

**193.** *Erwählter Otto überlässt den Bürgern der Damnstadt drei Hufen in dem Walde hinter dem Steinberge mit Zustimmung des Kapitels des Moritzstiftes, des Abtes und Konventes des Michaelis- und des Godehardiklosters und der Kanoniker des Johannisstiftes, welche die achtwerde in dem Walde haben. Hildesheim 1268 Februar 29 (pridie kalendas marcii).*

*Or. im Städtarchiv zu Hildesheim, Nr. 29. Siegel des Bischofs und beschädigte des Moritzstiftes, des Michaelisklosters und des Johannisstiftes, das des Godehardiklosters verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 151 Nr. 312.*

**194.** *Ekbert der Ältere von der Asseburg schenkt mit Zustimmung seiner Frau Sophie dem Kl. Heiningen das Eigentum einer Hufe in Klein-Biewende (in orientali Biewenden) zu seiner und seiner Frau Memorie. 1268 März 3 (v<sup>o</sup>. nonas marcii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 27. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Gedr. Asseburger UB. I, S. 226 Nr. 333.*

**195.** *Erwählter Otto bekundet, dass der Schenk, der Kämmerer und der Marschall auf das Recht an dem Hausgerät des verstorbenen Bischofs verzichtet haben. 1268 März 20.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus, quibus hoc scriptum videre et audire contigerit, salutem in domino. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum Heynricus pyncerna, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus milites, officciati nostri, sibi pro quodam iure addicerent, quod, quando episcopum Hildensemensem viam universe carnis ingredi contingeret, suppellectilem defuncti episcopi prout cuiusque officio competeret tollere deberent, nos videntes, nostram et ecclesie nostre deformitatem in

<sup>1)</sup> anno unter der Zeile nachgetragen.



hoc consistere, tale ius seu consuetudinem de consilio nostri capituli disposuimus abolere. Unde officii predicti rogatu nostro et capituli iuri, quod se in hac parte habere dicebant, coram nobis et capitulo de consensu heredum suorum publice renunciarunt, ita quod nec ipsi nec heredes eorum huiusmodi ius seu consuetudinem de cetero debeant aliquatinus attemptari, et hanc renunciationem eorundem coram nobis et capitulo factam coram vassallis et ministerialibus nostris sunt denno protestati. Ad cuius rei evidentiam presentem litteram conscribi fecimus et sigillis nostro videlicet et officiorum sepedictorum iussimus roborari. Actum in capitulo nostro anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxviii<sup>o</sup>, xiii<sup>o</sup>. kalendas aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 223. Die vier Siegel gut erhalten. Gedr. Mader, Antiq. Brunswick. S. 262. Vergl. das gleiche Verbot Kaiser Friedrichs II. vom Jahre 1226 Bd. II, Nr. 183.*

**196.** *Erwählter Otto bestätigt, dass der Propst des Kreuzklosters bei Braunschweig drei Hufen in Burgdorf gegen drittehalb Hufen in Gevensleben (Gevensleve) mit dem Pfarrer in Burgdorf vertauscht. Braunschweig 1268 März 26 (in crastino annunciationis beate virginis).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Crucis Nr. 16. Gut erhaltenes Siegel Ottos an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**197.** *Erwählter Otto überträgt der Kapelle in Diekholzen (Diekhulthusen) eine Hufe mit Hausstelle in Dungen (Dungem), die der Abt des Kl. Marienrode von Aschwin von Dungen gekauft und letzterer ihm resigniert hat. Hildesheim 1268 März 30 (iii<sup>o</sup>. kalendas aprilis).*

Testes — — sunt Ludolfus maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, prepositus Halto Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Aschwinus de Stenberg, Ernestus de Betenem milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 30. Beide Siegel nebst Befestigung verloren. Gedr. Marienroder UB. S. 53 Nr. 39, UB. des hist. Vereins für Niedersachsen S. 39 Nr. 35.*

**198.** *Dompropst Ludolf bekundet den Verzicht des Siegfried von Rautenberg mit Söhnen und des Dietrich von Alten auf Güter in Borsum. Bei Essem 1268 April 1.*

L(udolfus) dei gratia prepositus maior Hildensemensis ecclesie universis presens scriptum inspecturis salutem in domino. Et temporum qualitas et hominum fragilitas requirit, ut quod agitur scripture testimonio commendetur. Hinc est, quod, cum S(ifridus)



de Rutenberge et duo fratres sui bona sita in villa Borseme, que magister Iohannes ecclesie canonicus a domina Gisla et duabus eius filiabus iusto emptionis titulo comparaverat, pro sue voluntatis lybito contra iusticiam perturbarent, tandem spiritu melioris consilii errorem suum revocantes apud villam Essem, si quid iuris ipsis in eisdem bonis competeret, renuntiantes promiserunt et una cum ipsis dominus Th(idericus) de Alten, quod eadem bona de cetero minime perturbarent. Presentes erant dominus H(eidenricus) ecclesie nostre cellerarius, magister Iohannes, magister Reynerus, Hermannus clerici, dominus Albertus de Damone, Bertramms et Volcmarus fratres dicti de Domo, Hillebrandus de Brukkem, Helmoldus filius domini Ludolfi Ekkehardi et alii quam plures. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxviii<sup>o</sup>. apud villam Essem, in die palmarum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 224. Siegel des Dompropstes. Regest Doebner, UB. I, S. 151 Nr. 313.*

**199.** *Ritter Ekbert der Ältere von der Asseburg schenkt mit Zustimmung seiner Frau Sophie dem Kl. Dorstadt eine Hufe in Klein-Biewende (Osterbivende). Im grevendig<sup>1</sup>) zu Kissenbrück 1268 April 2 (quarto nonas aprilis).*

Huius rei testes sunt Iohannes de Senstede filii<sup>1</sup>) Hilleberti, Anno de Rokele, Gereke de Winnigestede, Henricus de Kissenbrugge, Burchardus de Biwende, Woltherus gogravius de orientali Biwende, Ludolfus Vos de Borsne, Lambertus sacerdos de Borsne, Fredericus Grifo, Teodericus Tympo, Luderus iuxta Vadum.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Siegel des Ausstellers. Gedr. Asseburger UB. I, S. 227 Nr. 334. In der Jahreszahl m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>. ist das letzte i von anderer Hand und mit anderer Tinte nachgetragen.*

**200.** *Graf Heinrich von Wohldenbergr verkauft mit Zustimmung seiner Söhne Hermann und Heinrich und seines Bruders Burchard dem Propst Gottfried und dem Konvente des Kl. Lamspringe fünf Hufen in Wöllersheim (Woldersem) für 50 Hildesheimer Pfund. Wohldenbergr 1268 Juli 19 (xiii. kalendas augusti).*

Huius rei testes sunt dominus Conradus cappellanus in Winzenburg dictus de Rothinghe, dominus Hugo de Holthusen, Hermannus de Gandersem, Lippoldus de Lutthere, Aschwinus de Stenberg, Andreas de Lutthere, Bertoldus de Novali milites.

<sup>1</sup>) *So das Or.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 33. Die Siegel der Grafen Heinrich und Burchard stark beschädigt.*

**201.** *Das Domkapitel bestimmt über die Wahl der Obedienzien. 1268 Juli 24.*

Magister Iohannes dei gratia decanus et capitulum Hildensemensis ecclesie universis presens scriptum inspecturis salutem in domino. Rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos pudicos fore, pacificos et modestos. Sed effrenata cupiditas sui prodiga mater licium materia iurgiorum tot inter nos nova litigia generare volebat, quot ecclesia nostra obedientias vacare continebat. Ideoque huic morbo salubri volentes subvenire remedio materiam discordie amputantes, fraternam concordiam ampliando presenti scripto statuendo decernimus et decernendo statuimus, ut, quandocumque aliqua in nostra ecclesia per mortem vacaverit alicuius obedientia, illam habeat maior sacerdos, aliam que tunc proximo vacaverit maior dyaconus, tertiam tunc proximo vacantem recipiat maior subdyaconus, quod, si primo tres aut due simul aut plures vacaverint, electio erit illius, qui primam debet habere obedientiam, videlicet ut maior sacerdos eligat, deinde maior dyaconus et residuam habeat maior subdyaconus. Si autem maior dyaconus consecutus fuit in proximo obedientiam, electio erit subdyaconi et sacerdos proximus maiori sacerdoti in ordine post electionem subdyaconi recipiet vacantem, sive bona sive mala fuerit, et deinde proximam vacantem habebit dyaconus, quem ordo tetigerit post maiorem dyaconum, et idem erit de subdiacono secundum suum ordinem. Verum postquam omnibus sacerdotibus provisum fuerit, si aliquis dyaconus superest, cui provisum non sit, ille proximam vacantem habebit, et si una vel plures postea vacaverint, omnes ad subdyaconos transferentur, ut unusquisque secundum suum ordinem accipiat illam, quam ipsum contingit, et cum omnibus illis subdyaconis provisum fuerit, redibunt ad sacerdotes et ad dyaconos et ad subdyaconos, ita quod maior sacerdos incipiat ordinem supradictum. Si vero per mortem alicuius, ut premissum est, aliqua vacaverit aut per electionem alicuius nostrum in episcopum, prepositum aut decanum et in isto et priori casu iam promisso si aliqua adeo tenuis vacaverit, quod eam recipere nolit quem ordo recipiendi tangit, perinde est acsi eam receperit quantum ad hoc, quod proximam non habebit. Si vero per liberam resignationem aut per sententiam capituli aliqua vaca-

verit aut si de novo aliqua ordinata fuerit, illa exhiberi debet ei, quem ordo recipiendi tangit, et si eam propter tenuitatem recipere noluerit, sibi preiudicium non facit, quin proximam vacantem recipere possit. Si vero aliquis non hic sed alias ratione alterius beneficii per maiorem partem anni steterit sive ad hoc licentiam habeat sive non habeat, illum absentem reputamus quantum ad hoc, quod decanus obedientiam eundem ex ordine contingentem in sua custodia habebit et sicut obedientarius ministrabit, et quod superest suum erit. Obedientias etiam vacantes aut per sententiam capituli aut per liberam alicuius resignationem aut si etiam aliqua de novo ordinata fuerit, quas recipere noluerint quos ordo recipiendi tangit, similiter in custodia decani erunt et nec istas nec illas alicui canonicorum committet, sed per capitulum de illis una aut plures de novo ordinentur, et quem ordo recipiendi tetigerit unam illarum recipere poterit, si voluerit, aut aliam exspectare ipsum casualiter contingentem. Illos vero, qui causa studiorum aut peregrinationis desunt aut qui in servitio ecclesie fuerint, aut etiam illos, qui ob-tenta licentia capituli ad tempus pro necessitate presentes esse non possunt, dummodo in aliis ecclesiis suis eo tempore non morentur quantum ad ea, que premisimus, absentes non intelligimus, nec eos, qui per maiorem partem anni nobiscum continue steterint, pro absentibus reputamus. Item si ille, qui absens dicitur et cuius obedientiam decanus tenet, residere voluerit, sicut prediximus, obedientiam suam recipiet et habebit. Item si aliquis absentium moritur, cuius obedientiam tenuit decanus, quem ordo recipiendi tangit illam habebit, sicut in aliis obedientiis per mortem vacantibus superius est premissum. Hanc igitur ordinationem pro fraterna concordia confovenda prudentum virorum consilio bene et utiliter adinventam in perpetuum servare decrevimus sigillo nostri capituli roboratam. Datum et actum in capitulo nostro anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxviii<sup>o</sup>., in vigilia beati Iacobi apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 225. Beschädigtes Kapitelssiegel.*

**202.** *Herzog Johann von Braunschweig überträgt dem Kl. Marienrode das Eigentum aller Güter in Wendhausen, welche Graf Ludolf von Wunstorf ihm und diesem Siegfried von Rautenberg und seine Brüder resigniert haben. Celle 1268 August 10 (in die beati Laurentii martiris).*

*Abeschrift des 15. Jahrhunderts in Ms. XXIII, 767 fol. 158v in der Kgl. Bibliothek zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 55 Nr. 41.*

**203.** *Erwählter Otto schlichtet einen Streit des Konrad gen. Dinklar mit dem Kreuzstift wegen des Zehnten von einigen Hufen in Dinklar. Hildesheim 1268 August 15.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus, quibus hoc scriptum videre contigerit vel audire, salutem in domino sempiternam. Cum Conradus dictus Dhinkelere decimam de quibusdam mansis, quos ipse excolebat, solvere canonicis ecclesie sancte Crucis contradiceret, iidem canonici de eodem Conrado super huiusmodi decima denegata moverunt querimoniam coram nobis. Cum igitur canonici proponerent, decimam in Dhinkelere eis esse solvendam de omnibus mansis, qui excoluntur de villa Dhinkelere, preter quosdam mansos pertinentes ad ecclesiam ibidem, Conradus vero protestatus esset coram nobis, quod, et si omnes mansi sui quos habet Dhinkelere essent decimales ecclesie sancte Crucis, quatuor tantum mansi quos ipse excolebat non essent decimales, unde de illis ipse decimam solvere non deberet, nos igitur habito consilio misimus fideles nostros Heynricum pyncernam, Thidericum de Tossem, Berenwardum de Kemme milites ad inquirendam veritatem super huiusmodi decima ab hiis, quibus ius huiusmodi decime notum esset. Tandem vero dictus Conradus habito consilio amicorum suorum et ammonitus ab eisdem assumpto predicto H(eynrico) pyncerna et aliis honestis viris presente . . . decano et aliis canonicis sancte Crucis coram nobis protestatus est, quod ipse huiusmodi decimam solvere contra iusticiam denegarat et quod in huiusmodi decima ammodo nollet canonicos sancte Crucis inpedire et quod ipse et fratres sui de mansis suis ad solutionem decime tenerentur. Iidem vero canonici ipsum Conradum de curia sua pertinente ad predictos quatuor mansos a prestatione minute decime, que vulgo dicitur ochteme, ex amicitia absolverunt, ita tamen, quod, si eandem curiam vendi seu alio modo alienari contingat extraneis personis, ius huiusmodi decime iterum persolvende revertatur ad ius ecclesie sancte Crucis. Ne igitur super hiis contingat dubitari in posterum, presens scriptum super hiis confectum sigillo nostro duximus roborandum. Huius rei testes sunt Ludolfus decanus, Gerhardus scolasticus, Bertoldus, Hugo canonici sancte Crucis, Heynricus pyncerna, Ernestus filius suus, Heynricus Grubo, Ernestus de Betenem, Thidericus de Hiddesthorp,

Iohannes de Stedhere milites, Hartmannus Scacesberg, Heynricus de Maldem famuli et alii multi. Actum Hildensem in domo nostra anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>viii<sup>o</sup>, in die assumptionis beate Marie.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 129. Siegel des Erwöhlten.*

**204.** *Erzbischof Konrad und das Domstift von Magdeburg übertragen dem Kl. Wöltingerode acht und eine halbe Hufe in Lengde. Magdeburg 1268 August 16.*

Conradus dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Albertus prepositus, Th(eodericus) decanus totumque capitulum eiusdem ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in eo qui est omnium vera salus. Quia ea que aguntur in tempore lapsu temporis plerumque tollat oblivio, placuit nobis ipsa scripture testimonio perennari. Recognoscimus igitur et tenore presencium protestamur, quod nos de consensu unanimi ad preces nobilis viri comitis Hogeri de Waldenberc monasterio in Woltingerode Cisterciensis ordinis Hildensemensis diocesis octo mansos et dimidium mansum sitos in villa Lengede damus iure proprietario a dicto monasterio perpetuo possidendos. Et ne cuiquam super hoc in posterum dubium aliquod oriatur, presentes litteras conscribi et nostro et capituli nostri sigillis communiri fecimus in testimonium premissorum. Datum Magdeburg anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxviii., xv(ii<sup>o</sup>).<sup>1)</sup> kalendas septembris, pontificatus nostri anno secundo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 40. Beschädigtes Siegel des Erzbischofs und des Domkapitels an roten und gelben Seidenfäden. Regest v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. II, S. 759 Nr. 1761 nach dem Cop.*

**205.** *Das Domkapitel bevollmächtigt sechs Domherrn mit dem Loskauf der Meierei in Müllingen und des Zehnten in Algermissen vom Grafen von Wölpe. Hildesheim 1268 September 5.*

Dei gratia L(udolfus) prepositus, Io(hannes) decanus totumque Hildensemensis ecclesie capitulum universis presens scriptum inspecturis salutem in domino. Presentibus protestamur et notum esse cupimus, quod pro redemptione villicationis nostre in Muldinge et decime in Allegremissen a comite de Welpia facienda ordinavimus sex de nostro collegio cellerarium videlicet et dominum H(einricum) de Brema sacerdotes, Vol(radum) prepositum Montis et magistrum

<sup>1)</sup> *Hinter xv ein Stockfleck. Die Ergänzung ergibt sich aus Cop. VI, 115 des 16. Jahrhunderts.*

Iohannem dyaconos, dominum H(ermannum) de Dasle et dominum B(ernardum) de Dorstat subdyaconos, ut provideant et disponant, de quibus rebus mobilibus aut immobilibus et per quemcumque contractum ccc marcarum Bremensium argenti pecuniam invenire valeant dicto comiti pro medietate in festo beati Martini et in festo purificationis pro medietate altera persolvendam. Ad quod faciendum omnem auctoritatem nostram pari voto et consensu unanimi contulimus in eosdem. Nos vero, qui in primis placitis presentes non eramus, premissa domini nostri L(udolfi) prepositi, decani et aliorum rata et firma habemus et per ipsos nos obligatos ad omnem rei eventum et exitum reputamus. Actum et datum Hildensem in capitulo nostro anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>viii., quarta feria post festum beati Egidii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 226. Siegel nebst Befestigung verloren.*

**206.** *Schüffen und Bürger von Bielefeld bekunden den Verkauf eines Hofes in Dungen durch Graf Otto von Ravensberg an das Maria-Magdalenenkloster. Ravensberg 1268 September 6.*

Scabini et universi concives in Bilevelde omnibus presens scriptum cernentibus rei geste noticiam. Tenore presencium protestamur, quod nos vidimus et audivimus, quod dominus noster comes Ot(to) de Ravensberg mediante consilio amicorum suorum conventui beate Marie Magdalene in Hildenshem curiam suam Dunhem vendidit et eidem liberaliter resignavit et hoc factum suum nostris patentibus litteris nos protestari rogavit. Unde si propter aliquem defectum in premissis requisiti fuerimus, protestationem debitam faciemus. In cuius rei evidentiam presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Ravensberg anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>viii<sup>o</sup>., viii. idus septembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 86. Beschädigtes Stadtsiegel wie Abbildung Westf. Siegel Heft II, 2, Tafel 67 Nr. 1. Regest Westf. UB. VI, S. 278 Nr. 909.*

**207.** *Herzog Johann von Braunschweig übereignet dem Kl. Marienrode sieben Hufen in Wendhausen und drei Hufen in der Rodung, welche Ritter Konrad, Marschall von Hildesheim, von ihm zu Lehn hat. Celle 1268 September 8 (in die nativitatis beate virginis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 31. Kleines Bruchstück des Siegels. Gedr. Marienroder UB. S. 56 Nr. 42.*

**208.** *Hoier von Hohenbüchen, Domscholaster, bürgt mit dem Grafen Widekind (von Poppenburg) dafür, dass sein Bruder Ulrich das Kl. Steterburg wegen der Güter in Beddingen, die es von Bodo von Salder gekauft hat, nicht belästigen werde. Hildesheim 1268 Oktober 2 (in crastino Remigii).*

*Nach dem Steterburger Copiar fol. 337 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**209.** *Das Godehardkloster vertauscht mit dem Michaeliskloster gegen drei Hufen in der Rodung (bei Detfurth) drei und eine halbe in Mahlum. 1268 November 15.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Thidericus dei gracia abbas totusque conventus monasterii sancti Godehardi in Hildensem omnibus in perpetuum. Quoniam temporis prolixitas aut malignantium perversitas aliquando solet res laudabiliter actas variis calumpniis infirmare, necessitas exigit, ut res geste scriptis autenticis memoriè commendentur. Hinc liquide constare volumus tam posteris quam presentibus, quod dominus Conradus miles dictus de Novali tres mansos sitos in novali, quos a monasterio sancti Michaelis in Hildensem iure tenuit feudali, venerabili viro domino Ernesto abbati eiusdem monasterii quantum ad ius dictum voluntarie resignavit. Nos vero cupientes, eosdem tres mansos in nostram cedere proprietatem, permutationem fecimus talem, ut tres mansi et dimidius siti in Maldem, quos dominus L(udolfus) dictus de Luttere et sui heredes a nobis tenebant, quantum ad ius feodi cederent monasterio sancti Michahelis et illi tres mansi siti in novali iam prefati in nostram cederent libertatem. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum appensionibus duximus roborare. Testes huius rei sunt Iohannes, Bertoldus, Conradus sacerdotes et monachi sancti Godehardi et reliqui fratres eiusdem conventus, Widekindus prior, Hermannus, Iohannes sacerdotes et monachi sancti Michahelis et reliqui fratres eiusdem conventus. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. viii., xvii. kalendas decembris.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, st. Michael Nr. 14. Beide Siegel nebst Befestigung verloren.*

**210.** *Abt Ernst und der Konvent des Michaelisklosters tauschen mit dem Godehardkloster drei Hufen in der Rodung bei Detfurth (Thetvorde), die ihnen Ritter Konrad de Novali aufgelassen hat, gegen*



*drei und eine halbe Hufe in Mahlum (Maldem) ein. 1268 November 15 (xvii. kalendas decembris).*

Testes huius rei sunt Wedekindus prior, Hermannus de Alegremissen, Iohannes de Homburg, Theodericus Kraz et alii quam plures monachi sancti Michahelis, Burchardus prior, Bertoldus, Iohannes, Florencius, Conradus et alii quam plures monachi sancti Godehardi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 33. Siegel des Abtes und des Konventes gut erhalten.*

**211.** *Äbtissin Adelheid und der Konvent in Wöltingerode verkaufen dem Kl. Walkenried für 150 Mark acht und einen halben Morgen in Schauen (Scowen) mit der Kirche und dem Patronatsrecht. 1268 November 29 (in vigilia beati Andree apostoli).*

Testes huius rei sunt dominus Volradus Halberstadensis et dominus Otto Hildensemensis episcopi, conventus uterque de Walkenriede et de Waltingerode, clerici Ludolfus prepositus Hyldensemensis, Gerhardus plebanus in Osterwich, Bernardus de Scowen plebanus, comes Sifridus et H(einricus) filius suus de Blankenburch, Burchardus, Hermannus, Henricus de Waldenberch, Conradus de Wernigerode, milites Guncelinus de Berewinkele, Bertoldus et Albertus fratres de Gowische, Wernerus de Dolgen, burgenses in Goslaria Bertramus, Olricus, Burchardus de Bilstein; item Ludeko de Seledede, Eccebertus et Heinricus Lascorph procuratores claustris nostri, Albertus et Iohannes conversi claustris nostri, Gerhardus de Goslaria, Guntherus provisor nove curie, Conradus provisor curie in Scowen.

*Nach dem Walkenrieder Cop. von 1473 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel fol. 111v gedr. Walkenrieder UB. (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen II) S. 263 Nr. 398. Regest Bode, UB. II, S. 200 Nr. 143. Obiges bekunden die Grafen Burchard, Hermann und Heinrich von Wohldenberch, a. a. O. S. 5.*

**212.** *Gräfin Sophie von Wohldenberch und deren Söhne übertragen dem Maria-Magdalenenkloster Güter in Otbergen und den Patronat der Kirche daselbst. Hildesheim 1268 Dezember 2.*

In nomine domini amen. Nos Sophya dei gratia comitissa et filii nostri Burchardus et Heynricus comites de Woldenberg universis presentem paginam inspecturis cupimus esse notum, quod de communi consensu filiorum nostrorum Hermanni et Heinrici comitum de Woldenberg, Burchardi et Hermanni, Waltheri, Ottonis et omnium heredum nostrorum presencium et futurorum allodium nostrum et



omnia libera bona nostra in Otberghe et aream quandam, que de manu nostra tenebatur in pheodo, cuius census est modius papaveris annuatim, et patronatum ecclesie ipsius ville et proprietatem omnium istorum bonorum vendidimus domino Brunoni preposito sororum et ecclesie beate Marie Magdalene in Hildensem et donavimus ipsi ecclesie iure perpetuo possidendam ita videlicet, quod pro omni impugnatione, que in istis bonis poterit rationabiliter et secundum iusticiam suboriri, stare volumus et warandiam plenam prestabimus. Volumus nichilominus et ratum tenebimus, ut dictus prepositus et conventus dicte ecclesie in hiis bonis fruatur omnibus attinenciis in villa et extra villam et omni iure tam in pascuis quam in silvis, quo nos hactenus usi sumus. Ipse vero prepositus et conventus ecclesie prelibate nobis cupientes mutua vicissitudine respondere plenam confraternitatem contulerunt, ita ut participes simus et esse debeamus omnium orationum et bonorum operum, que in eadem ecclesia iugiter procurantur. Ut igitur hoc factum nostrum rationabile nulli cedat in dubium, sed perpetuo stet et maneat inconvulsum, presentem cartulam inde conscriptam sigillorum nostrorum appositione fecimus roborari et sepe dicte ecclesie dedimus ad cautelam. Huius rei testes sunt dominus Thetmarus abbas de Wolkenreth, dominus Lippoldus et Andreas filius suus dicti de Lutthere, Heinricus et Andreas fratres dicti de Barkevelt, Bertoldus de Novali milites, Iohannes theolenarius, Eylardus de Bruckem, Albertus de Damnone, Theodericus de Derneburg burgenses Hildensemenses et alii quam plures tam clerici quam layci. Acta sunt hec Hildensem anno gratie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>viii<sup>o</sup>. iiii. nonas decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 87. Die Siegel der Grafen Heinrich und Burchard an weissen und blauen Zwirnfäden wenig beschädigt. Regest Doebner, UB. I, S. 153 Nr. 316. Obige Übertragung bestätigt und genehmigt der Erwählte in einer Urk. von 1269 Januar 8 (vi<sup>o</sup>. idus ianuarii, confirmationis nostre anno quinto), Or. a. a. O. Nr. 89 mit gut erhaltenem Siegel des Erwählten.*

**213.** *Dompropst Ludolf, Domdechant Johann und das Domkapitel überlassen dem Domherrn mag. Johann Volcmari, der ihnen zum Loskauf der Meierei in Müllingen (Muldinge) und des Zehnten in Algermissen (Alegremissen) vom Grafen von Wölpe 50 Bremer Mark vorgeschossen hat, die von jenem bewohnte Kurie, sowie der Vikarie der h. Katharina den Grund und Boden des alten Fischteiches bei derselben Kurie und 22 Morgen*

in der Feldmark Losbeke, die zur Obedienz Garbolzum gehörten. Hildesheim 1268 Dezember 8 (vi<sup>o</sup>. idus decembris).

Adhibiti fuerunt isti ordinationi per nos specialiter venerabiles domini H(eidhenricus) cellerarius, H(einricus) de Brema nobiles viri, Vol(radus) prepositus montis sancti Mauricii, H(ermannus) de Dasle, B(ernardus) de Dorstad<sup>1)</sup> nostri concanonici.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter abweichender Ausfertigung von verschiedenen Händen, Domstift Hildesheim Nr. 227 und 228 (A), beide mit beschädigtem Kapitelssiegel. Gedr. nach beiden Or. Doebner UB. I, S. 153 Nr. 317.*

**214.** Die Grafen von Wohldenberch verkaufen dem Michaeliskloster die Vogteien der Dörfer Seinstedt, Remlingen, Semmenstedt und Ingeleben. Hildesheim 1268 Dezember 15.

Nos Heynricus dei gratia et filii nostri Hermannus et Heinricus comites de Woldenberch in hac littera protestamur et tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod receptis centum et octo marcis puri argenti et duobus mansis in Sutherem apud Woldenberg, quorum census sunt sedecim solidi annuatim, advocatiam de hiis villis Senstede, Remnighe, Tsemmenstede, Igcheleve, quam tenuimus in feodo de manu venerabilis domini Ottonis Hyldensemensis electi, vendidimus domino Ernesto abbati et ecclesie sancti Mychahelis in Hildensem communi consensu nostrorum heredum omnium accedente, ita videlicet quod dictus abbas et conventus beati Michahelis in Hyldensem post obitum generi nostri domini Ekberti de Asseburg senioris libere fruetur advocatia prenotata et ipsam perhenniter possidebit. Et nos eandem ad manus dicti domini Ottonis Hildensemensis electi liberaliter resignavimus et nichil iuris nobis attribuimus in eadem. Pro inviolabili autem firmitate huiusmodi empicionis et venditionis hinc et inde frater noster comes Burchardus de Woldenberg et filii sui Burchardus et Hermannus et gener noster dominus Heinricus de Homburch obligant se ad terminum unius anni, qui jar unde tach vulgariter in Theutonico dici solet. Postquam vero dominus Ecbertus de Asseburg senior sublatus de vite medio viam universe carnis fuerit ingressus et dominus abbas et ecclesia prelibata de advocatia se intromiserint memorata et in quieta possessione fuerint pro tempore, quod jar unde tach, ut supra tetigimus, appellatur, frater noster comes Burchardus et filii sui

<sup>1)</sup> Dorstath A.

Burchardus et Hermannus et gener noster dominus Henricus de Homburg erunt ab ipsa promissione omnimodis absoluti. Nos autem, Henricus et filii nostri Hermannus et Henricus comites de Woldenberg extunc et in antea de advocatia pluries dicta perpetuam prestabimus warandyam. Ut igitur presens factum nostrum rationabile nulli cedat in dubium, sed perpetuam capiat firmitatem, nos super hoc scriptum nostrum dedimus ecclesie sepe dicte et sigillorum nostro videlicet et fratris nostri comitis Burchardi de Woldenberg et prenominati generi nostri domini Henrici de Homburg munivimus munimento. Cum ergo filii nostri Hermannus et Henricus sepius recitati adhuc sigillis propriis non utantur, uno et eodem sigillo simul utimur in hac parte. Testes huius rei sunt dominus Henricus pincerna Hildensemensis et filius suus Ernestus, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Henricus de Grubenhaghen, Ekbertus de Tossem, Albertus de Wlvinghe, Hermannus de Osen, Henricus et Baldwinus fratres dicti de Stenberch, Iohannes de Wlvinghe, Andreas de Barkevelt, Iohannes de Stedere, Bertoldus de Novali milites et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Hyldensem anno dominice incarnationis m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>., xviii. kalendas ianuarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 66. Siegel der beiden Grafen von Wohldenberg an roten und gelben Seidenschnüren, das des von Homburg von den blauen und weissen Hanffäden abgefallen. Gedr. Asseburger UB. I, S. 230 Nr. 339.*

**215.** *Graf Heinrich von Wohldenberg verzichtet mit Zustimmung seiner Söhne Hermann und Heinrich, seines Bruders Burchard und dessen Söhne Burchard und Hermann auf den Zehnten in Alt-Escherde (Alden Escherte), den Bischof Otto mit Genehmigung des Domkapitels dem Propst Bertold und den Nonnen des Kl. Escherde überträgt. Hildesheim 1268 Dezember 16 (xvii<sup>o</sup>. kalendas ianuarii).*

Huius rei testes sunt dominus Lippoldus et dominus Iohannes dicti de Escherte, Aschwinus et Conradus fratres dicti de Stenberg, Conradus de Elvedhe, Enghelhardus de Nanekessen, Bertoldus de Novali, Ekehardus de Rothinghe milites, Iohannes thelonearius, Eylhardus de Brukem, Bernardus Kempe burgenses Hildensemenses.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 54. An weissen und braunen Zwirnfäden Siegel des Heinrich gut erhalten, das des Burchard und des Hermann beschädigt.*

**216.** *Erwählter Otto übereignet dem Domkapitel drei Hufen in Achtem (Achtem), welche dieses vom Domherrn Johann Volcmari gekauft und dieser ihm resigniert hat. Hildesheim 1268.*

Testes huius rei sunt Heydhenricus cellerarius, Heynricus de Brema, magister Iohannes, prepositus Volcwinus, Hermannus de Woldenberg, Lippoldus de Antiquo foro canonici Hildensemenses, Heynricus pincerna, Ludolfus de Borssem, Ecbertus camerarius milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 229. Siegel des Erwählten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Doebner, UB. I, S. 154 Nr. 319.*

**217.** *Erwählter Otto übereignet dem Domkapitel zwei Hufen in Ohlum (Olem), die es vom Kämmerer Ekbert gekauft und dieser ihm resigniert hat. Hildesheim 1268.*

Testes huius rei sunt Heydhenricus cellerarius, Heynricus de Brema, magister Iohannes, prepositus Volcwinus, Hermannus de Woldenberg, Lippoldus de Antiquo foro canonici Hildensemenses, Heynricus pincerna, Ludolfus de Borssem milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 230. Siegel des Erwählten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**218.** *Ritter Konrad von Dorstadt bekundet, dass vor ihm die Brüder Friedrich und Bertold von Dorstadt dem Propste Konrad von Dorstadt 70 $\frac{1}{2}$  Morgen in Dorstadt mit Vorbehalt des Rückkaufes innerhalb fünfzehn Jahre verkauft haben. 1268.*

Conradus miles dictus de Dorstat omnibus hanc litteram inspecturis salutem. Quoniam veritas sepe calumpniam patitur, expedit, ut processus negotiorum scripture testimonio confirmetur. Notum esse volumus omnibus scriptum hoc inspecturis, quod dominus Conradus prepositus in Dorstat et Iohannes et Bertoldus fratres dicti de ipsa villa in presencia<sup>1)</sup> nostra constituti sic placitaverunt, quod iam dicti fratres Io(hannes) et Ber(toldus) habentes septuaginta iugera et dimidium ibidem, que tenent iure feudali ab ecclesia predicta, ex quibus omnibus exciperent sex meliora et quintum dimidium peiora, cetera omnia cum iiii usibus lignorum et quatuor<sup>2)</sup> areis, que bonis illis appropriata sunt ex antiquo, ecclesie in Dorstat pro xxx marcis examinati argenti exposuerunt sub hac forma, quod

<sup>1)</sup> presentia B.    <sup>2)</sup> iiii BC.

ecclesia prefata bonis predictis libere sex annis fruatur; quibus evolutis prenominati fratres post festum sancti Michahelis usque ad diem sancti Martini ea redimere possunt, si eorum placuerit voluntati. Si vero redimere nolunt, sepe dicta bona iterum sex annis sicut prius ecclesie predictae libera permanebunt et rursus a festo sancti Michahelis usque ad diem sancti Martini eadem redimendi habeant libertatem. Hiis xii annis transactis sepe dicti fratres I(ohannes) et Ber(toldus) bona prefata infra tres annos sequentes quocumque die<sup>1)</sup> semper ante festum pentecostes possunt redimere, quando volunt. Si autem tunc redimere neglexerint, ecclesia supradicta ipsis x marcas argenti examinati superaddet et ipsis bonis perpetuo libere perfruatur. Solutionem<sup>2)</sup> vero x marcarum ecclesia prescire debet<sup>3)</sup> sex ebdomadibus. Sciant eciam<sup>4)</sup> omnes, quod sepe dicti fratres Io(hannes) et Ber(toldus) coram nobis bonis supradictis renunciaverunt et fide data promiserunt nobis et Frederico et Wolthero filiis meis et Burchardo de Meinersem, quod, cum in x<sup>5)</sup> marcis expediti fuerint, nec ipsi nec heredes eorum ecclesiam in Dorstat pro bonis illis ulterius non infestent. Si autem dicti fratres Io(hannes) et Ber(toldus) morte preventi fuerint, supradicta pecunia dabitur pueris eorum, et si pueros non habuerint, mater eorum ipsam recipiet, si ei supervivere concedetur. Insuper statutum est, ut, si Io(hannes) et Ber(toldus) bona prefata redemerint, ipsa fructu eodem, quo ecclesia ea susceperit, sive in seminatis agris sive dando censum de ipsis prememoratis fratribus sic reddantur. Huius facti testes sunt Bernardus de Indagine miles, Fredericus, Woltherus filii mei, Burchardus de Meinersem, Iohannes de Wedelemestede,<sup>6)</sup> Elias, Reinerus sacerdotes, Iohannes conversus et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxviii<sup>o</sup>.<sup>7)</sup>

*Or. im Archiv zu Dorstadt in dreifacher Ausfertigung von drei verschiedenen Händen, A und B mit dem Siegel des Ausstellers, C mit den beschädigten Siegeln des Ausstellers und des Propstes.*

**219.** *Lippold, Johann und Jordan von Escherde schenken dem Kl. Escherde zu ihrem Seelenheil das Eigentum einer Hofstelle und 16 Morgen ebenda. 1268.*

<sup>1)</sup> die über der Zeile C. <sup>2)</sup> solucionem C. <sup>3)</sup> presciret C. <sup>4)</sup> etiam B. <sup>5)</sup> decem B. <sup>6)</sup> Wedelemestede BC. <sup>7)</sup> viii mit später nachgetragendem letzten i B, viii C.

Testes huius rei sunt dominus Conradus de Elvethen, Hermannus Lepel, Reinherus et Arnoldus Flores, Ernestus de Blickinstede.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 55. An weissen Zwirnsfäden Siegel des Lippold und des Johann, das des Jordan verloren.*

**220.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Marienrode eine Hufe und einen Hof in Bekum (Bekem), die Ludolf Rufus vom Kämmerer Ekbert gekauft und dieser dem Aussteller resigniert hat. Hildesheim 1268.*

Testes huius nostre collationis sunt Wlradus prepositus Montis, Heydhenricus cellerarius, prepositus Halto Hildensemenses, dominus Iohannes de Adenoyz, Heinricus pincerna, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Hermannus de Ganderssem, Conradus de Elvede, Albertus Bok, Aschwinus de Stenberg, Ernestus de Betenem milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 28. Beschädigtes Siegel des Erwählten und Bruchstück des Domkapitelssiegels. Gedr. Marienroder UB. S. 52 Nr. 37 nach Or. und S. 81 Nr. 70 zu 1288 nach Cop. III, 148 fol. 87 v.*

**221.** *'Erwählter Otto überlässt dem Kl. Marienrode den Johann von Rautenberg. Hildesheim 1268.*

— — presentibus Heydhenrico cellerario, magistro Iohanne Volc-mari, Hogero scolastico, preposito Haltone Hildensemensibus, Hermanno de Ganderssem, Ernesto de Betenem militibus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 29. Siegel des Ausstellers von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Gedr. Marienroder UB. S. 53 Nr. 38.*

**222.** *Erwählter Otto bekundet die Aussage des Propstes Volrad des Moritzstiftes, dass er die Meiereien des Stiftes nie verlehnt, sondern nur verpachtet habe. Hildesheim 1269 Januar 9.*

Nos Otto dei gratia Hildensemensis electus presentibus recognoscimus et firmiter protestamur, quod prepositus Volradus coram nobis est publice protestatus et confessus, quod nullam de villicacionibus ecclesie montis sancti Mauricii Hildensemensis in pheodavit nec in pheodare potuit nec debuit, sed secundum ecclesie consuetudinem eas vite sue temporibus locavit pariter et commisit, presentibus Ernesto et Thiderico sancti Michaelis sanctique Godehardi abbatibus, magistro Alberto de Wildeshusen, Henrico de Brema,

magistro Iohanne Volcmari, magistro Leonio, preposito Haltone, Henrico de Dhriborch, Henrico Mortificatoris canonicis maioris ecclesie, Ludolfo decano sancte Crucis, magistro Gerhardo scolastico, Wolthero custode, magistro Lippoldo eiusdem ecclesie canonicis et aliis conpluribus. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et sigillo nostro iussimus roborari. Actum Hildensem in caminata nostra apud turrim monasterii anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., quinto idus ianuarii, confirmationis nostre anno quinto.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 17 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Doebner, UB. III, S. 646 Nachtr. Nr. 28.*

**223.** *Erwählter Otto überträgt dem Michaeliskloster die Vogtei in Seinstedt (Senstede), Remlingen (Remnige), Semmenstedt (Thzemmenstede) und Ingeleben (Igeleve), die Abt Ernst und das Kloster von den Grafen Heinrich und dessen Söhnen Hermann und Heinrich von Wohldenberg gekauft und die Grafen sowie der Edele Volrad von Depenowe dem Aussteller resigniert haben. 1269 Januar 9 (v<sup>o</sup>. idus ianuarii, confirmationis nostre anno quinto).*

Testes huius nostre collacionis sunt Heydhenricus cellerarius, magister Iohannes Volcmari, Hogerus scolasticus, prepositus Halto Hildensemenses, Iohannes nobilis de Adenoys, Conradus de Elvede, Ludolfus de Cramme, Iohannes de Goltthorne, Albertus Bok, Ernestus de Betenem, Aschwinnus de Stenberg, Conradus marscalcus, Ernestus de Meyenberg, Boldewinus de Stenberg, Heynricus Grubo milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 67. Siegel des Erwählten und Bruchstück des Kapitelssiegels an roten und gelben Seidenfäden. Gedr. Zeitschr. 1868 S. 127.*

**224.** *Erwählter Otto bestätigt das Statut des Domkapitels über die Obedienzen vom 24. Juli. 1269 Januar 10.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus dilectis in Christo . . preposito, . . decano et capitulo ecclesie maioris Hildensemensis perpetuam in domino salutem. Ordinationem de obedientiis locandis salubri consilio prudentum virorum factam et in vigilia beati Iacobi preterita in capitulo pronunciatam, quia utilitati, concordie et quieti ecclesie providet, auctoritate dyocesana in nomine domini presentibus confirmamus mandantes in virtute obedientie districte precipientes,



quatinus hec ordinatio ab omnibus inviolabiliter observetur. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., quarto idus ianuarii, confirmationis nostre anno quinto.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 231. Beschädigtes Siegel des Erwählten.*

**225.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Heiningen die Hälfte des Zehnten in Dorstadt, die Propst Gerlach von den Grafen Burchard, Heinrich und Hermann von Wohldenbergr für 50 Mark gekauft und diese im resigniert haben. Hildesheim 1269 Januar 11 (iii<sup>o</sup>. idus ianuarii, confirmationis nostre anno v<sup>o</sup>).*

Testes huius rei sunt prepositus Wolradus, Heydhenricus cellerarius, magister Iohannes Volcmari, prepositus Halto, Hogerus scolasticus Hildensemenses, Heynricus pincerna, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Aschwinus de Stenberg, Ludolfus de Kramme, Iohannes de Goltthorn, Albertus Bok milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 28. Stark beschädigtes Siegel des Erwählten und des Domkapitels.*

**226.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Escherde den ihm resignierten Zehnten in Escherde. Hildesheim 1269 Februar 14.*

In nomine sancte et individue trinitatis.<sup>1)</sup> Otto dei gratia Hildensemensis electus. Que aguntur in tempore de facili evanescent cum tempore et de gestis hominum etiam<sup>2)</sup> laudabilibus de facili emergit dura calumpnia, nisi causa memorie oblivio rerum per scripti memoriam auferatur. Notum igitur sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod, cum prepositus et conventus cenobii in Escherte decimam in Escherte cum omni utilitate a Heinrico<sup>3)</sup> Westfalo cive Hildensemensi, qui eam a comitibus de Woldenberg et ipsi a nobis in feodo tennerunt, multis denariis de consensu omnium heredum ipsius Heinrici<sup>4)</sup> comparassent, nos facta resignatione dicti Heinrici in manus comitum et ipsorum comitum videlicet Hermanni, Borchardi et Heinrici necnon et<sup>5)</sup> filiorum eorundem Hermanni et Heinrici comitum, Borchardi, Hermanni, Woltheri, Heinrici et Ottonis in manus nostras dictam decimam cum proprietate de consensu totius capituli nostri pro remedio anime nostre ad usus sanctimonialium ibidem deo ac beate virgini die ac nocte

<sup>1)</sup> *Verlängerte Schrift A B.*    <sup>2)</sup> *eciam B.*    <sup>3)</sup> *Heynrico und immer B.*

<sup>4)</sup> *H. übergeschrieben B.*    <sup>5)</sup> *et fehlt B.*



deservientium<sup>1)</sup> contulimus cenobio memorato. Ut autem hoc factum nostrum firmum et inconvulsum perpetuis temporibus perseveret, presens scriptum inde confectum sigillis nostro<sup>2)</sup> et capituli iussimus roborari. Testes huius nostre collationis sunt Heydhenricus cellerarius, magister Iohannes Volcmari, Hogerus scolasticus, prepositus Halto Hildensemensis, Iohannes nobilis de Adenoys, Conradus de Elvede, Albertus Bok, Ludolfus de Cramme, Iohannes de Goltthorn, Aschwinus de Stenberche,<sup>3)</sup> Conradus marscalcus, Ernestus de Meyemberche,<sup>4)</sup> Iohannes de Wlvinge, Andreas de Luttheren milites et alii conplures. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., xvi<sup>o</sup>. kalendas marcii, confirmationis nostre anno v.<sup>5)</sup>

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Escherde Nr. 56 (A) und Nr. 57 (B). An beiden Siegel des Erwählten und beschädigtes des Domkapitels an weissen und roten Baumwollfäden. Der zuerst genannte Graf Hermann kann nur der spätere Domherr sein, von den aufgeführten Söhnen sind Burchard, Hermann und Walther die Söhne Burchards, Otto der Sohn Heinrichs; es müsste also im Texte gelesen werden necnon et filiorum eorundem Burchardi et Heinrici comitum.*

**227.** Propst Volrad des Kreuzstiftes bekundet über mehrere Erwerbungen in Delnem, Dungen (Dughem), Bierbergen (Bereberche) und in Moritzberg (in Villa montana) durch das Moritzstift. 1269 März 4 (iiii<sup>o</sup>. nonas marcii).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 32. Siegel des Propstes. Gedr. Doebner, UB. I, S. 155 Nr. 321, Zeitschrift 1868 S. 128.*

**228.** Propst Konrad, die Priorin und der Konvent von Dorstadt verkaufen dem Kreuzkloster bei Braunschweig Güter bei Lehndorf, welche Hermann Vulverammi und Heidenreich und Johann von Lucklum von ihnen zu Lehn hatten. 1269 März 11 (v<sup>o</sup>. idus marcii).

Huius rei testes sunt Albertus, Willehelmus, Reinerus fratres nostri, und Bürger von Braunschweig.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Crucis. Gedr. Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 107 Nr. 237.*

**229.** Dechant Heinrich des Johannisstiftes unter den Zeugen der Urk. des Bischofs Otto von Minden für das Kl. Wennigsen. Wennigsen 1269 April 6 (viii<sup>o</sup>. idus aprilis).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Wennigsen Nr. 53. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VII, S. 34 Nr. 50. Regest Westf. UB. VI, S. 284, Nr. 929.*

<sup>1)</sup> deservientium B. <sup>2)</sup> nostris A. <sup>3)</sup> Stenberg B. <sup>4)</sup> Meyenberg B. <sup>5)</sup> quinto B.

**230.** *Bischof Volrad und das Domkapitel von Halberstadt übertragen dem Kl. Wöltingerode einen ihnen resignierten Hof in Abbenrode. Halberstadt 1269 April 12.*

Volradus dei gratia Halberstadensis ecclesie episcopus, Hermannus prepositus, Wickerus decanus totumque eiusdem ecclesie capitulum omnibus in perpetuum.<sup>1)</sup> Propter continuam hominum mutationem ac debilem memoriam eorundem expedit, ut ea, quorum fides certa et stabilitas perpetua requiritur, scriptis autenticis et inscriptione testium roborentur. Noverint igitur universi presentis temporis et futuri, quod Iohannes nobilis de Hesnem et fratres sui omnes curiam sive allodium Abbenrod cum universis bonis ad ipsum allodium spectantibus, que omnia preter decimam a nostra ecclesia in pheodo tenebant, prece ac pretio domine abbatisse et conventus de Waltingherod Cistersciensis ordinis Hildensemensis diocesis inducti nobis libere resignarunt, que bona nos soluta et vacantia habentes omnia cum pratis, pascuis, ortis, areis, nemoribus sive silvis, agris cultis et incultis sive in quibuscumque rebus et servitutibus consistat cum universo iure et utilitate, quibus predicti fratres et progenitores eorum huiusmodi bona ab ecclesia nostra tenerant, domine abbatisse totique congregationi dominarum conventus prefati contulimus iure proprietatis perpetuo possidenda. De hiis bonis secundum dispositionem dicti monasterii debent celerarie sex marce examinati argenti, magistre infirmarum tres marce examinati argenti, custodi una marca examinati argenti, camerarie similiter una examinata annis singulis ministrari. Huius rei testes sumus nos . . prepositus et . . decanus predicti, Borchardus vicedominus, Rodolfus portenarius, Hermannus scolasticus, Volradus de Kerchberg, Bertoldus de Clettenberg, Heinrichus de Drondorp, Gevehardus de Querenvorde canonici Halberstadensis ecclesie et alii quam plures. In validum testimonium predictorum hec littera nostri Volradi episcopi et ecclesie nostre necnon prefati monasterii sigillorum est munimine roborata. Datum Halberstat anno domini m. cc. lx. nono, ii. idus aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 41. Siegel des Bischofs eingedöhnt und zerbröckelt, das des Domkapitels stark beschädigt, das des Klosters verloren.*

**231.** *Heinrich, Pfarrer von st. Nicolaus in Göttingen, als Procurator des Herzogs Albert von Braunschweig, appelliert auf Anraten*

<sup>1)</sup> omnia in perp. verlängerte Schrift.

des Königs Richard, des Propstes von Hilwardshausen und des Domscholasters (Hoier) in der Streitsache des Herzogs mit dem Erzbischof Werner von Mainz an den apostolischen Stuhl. 1269 Mai 8 (viii. idus maii, hoc est quarta feria ante festum pentecostes).

*Gedr. Or. Guelf. VI, praef. S. 14.*

**232.** Graf Burchard von Wohldenberg übereignet mit Zustimmung seiner Söhne Burchard, Hermann, Walther und Heinrich dem Propste Johann und der Kirche des Kl. Derneburg dreizehn Hufen in Heersum (Hederekessen), die ihm die Ritter Detlev und Dietrich von Leinde (Lenedhe) aufgelassen haben. Wohldenberg 1269 Mai 13 (iii<sup>o</sup>. idus may, in die beati Servacii confessoris).

Huius rei testes sunt frater noster comes Hinricus et filii sui Hermannus et Hinricus comites de Woldenberge, dominus Lippoldus et filius suus Andreas dicti de Lutthere, Hinricus de Berckevelt, Hinricus de Here, Conradus de Elvede, Bertoldus de Novali milites.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 106 S. 24 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**233.** Dechant Johann und das Kapitel in Hameln machen mit dem Maria-Magdalenenkloster eine Gebetsbrüderschaft. Hameln 1269 Mai 21 (xii<sup>o</sup>. kalendas iunii).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 90. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Gedr. Meinardus, Hameler UB. I, S. 49 Nr. 66.*

**234.** Erwählter Otto überträgt dem Kl. Neuwerk bei Goslar den Zehnten in Burgdorf, welchen ihm die Grafen Burchard, Hermann und Heinrich von Wohldenberg und diesen die Brüder Heinrich und Alberich von Burgdorf, Ritter, aufgelassen haben. Hildesheim 1269 Juli 17 (xvi<sup>o</sup>. kalendas augusti, confirmationis nostre anno quinto).

Testes huius nostre collationis sunt Heydhenricus cellerarius, Hogerus scolasticus, magister Iohannes Volcmari, prepositus Halto Hildensemenses, Iohannes nobilis de Adenoys, Heynricus pincerna, Conradus marscalcus, Aschwinus de Stenberg, Ecbertus camerarius, Conradus de Elvede, Albertus Bok, Ludolfus de Cramme, Iohannes de Golthorn, Lippoldus de Lutthere, Andreas filius suus, Bertoldus de Novali, Boldewinus de Stenberg milites.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Siegel des Erwählten und beschädigtes des Domkapitels an roten und gelben Seidenfäden. Gedr. Bode, UB. II, 204, Nr. 150. Regest Doebner, UB. III, S. 646 Nachtr. Nr. 29. Die Resignation der Grafen und der von Burgdorf ebenda, gedr. a. a. O. Nr. 149 bez. 148.*

**285.** *Erwählter Otto bestätigt die von seinem Vorgänger Johann dem Moritzstifte gemachte Überlassung eines Waldes am Westerberg. Hildesheim 1269 August 5.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus in perpetuum. Ecclesiarum indemnitatibus utiliter consulitur, dum ea, que nocere possunt, saniori consilio amputantur. Notum igitur esse cupimus universis, quibus hoc scriptum videre contigerit vel audire, quod, cum venerabilis pater episcopus Iohannes bone memorie predecessor noster silvam de monte, qui vulgariter Westerberch nuncupatur, ab hiis, quorum intererat, ei in subsidium dato viginti et unum mansos continentem, a silva monachorum de Backenrod incipientem et usque ad terminos agrorum villarum Hymmedhesdore in longitudinem, in latitudinem vero a monte, qui vocatur Gyrisberg, et ab antiquis pascuis civium in Hymmedhesdore versus montem sancti Mauricii tendentem, tres mansos . . preposito, unum . . decano et decem et septem inter canonicos iuxta personarum et prebendarum numerum universaliter et equaliter dividendos ecclesie sancti Mauricii Hildensemensis pro centum libris sibi creditis contulisset, nos collationem ipsius gratam et ratam habentes et, si quis fuit in dicta collatione defectus, nostro consensu et collatione supplentes dictam silvam iam in novale redactam seu adhuc redigendam in quantitate mansorum predictorum cum decima et proprietate necnon cum omni iure de consensu capituli nostri pro retributione felicitatis eterne ecclesie contulimus memorate, obligantes nichilominus nos eidem ecclesie ad conservandum, defendendum et ad warandiam prestandum contra quoslibet eam ratione dicte silve impetere seu infestare volentes. Testes huius rei sunt totum capitulum nostrum, comes Heynricus de Woldenberg, comes Hermannus filius suus, Iohannes nobilis de Adenoy, Aschwinus de Stenberg, Albertus Bok, Iohannes de Goltthorn, Ludolfus de Cramme, Conradus de Elvede, Heynricus pincerna, Conradus marscalcus milites et alii complures. Ut autem ea, que premissa sunt, firma et inconvulsa perpetuis temporibus perseverent, presentem litteram sigillis nostro et capituli roboratam sepe dicte ecclesie dedimus ad cautelam. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., in die beati Oswaldi regis.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Moritzstift Nr. 4. Gut erhaltenes Siegel des Erwählten und beschädigtes des Domkapitels an roten und gelben Seidenfäden.*

**236.** *Friedrich und Walther von Dorstadt bekunden, dass die Brüder Johann und Bertold von Dorstadt neun Holznutzungen im Oderwalde dem Propste in Dorstadt gegen 18 Mark überlassen haben. 1269 August 19.*

Nos Fredericus et Woltherus de Dorstat litterarum presencium tenore cum sigilli nostri munimine protestamur, quod Iohannes et Bertoldus fratres dicti de Dorstat coram nobis renunciaverunt novem utilitatibus lignorum, quas habuerunt in silva que Oder dicitur, receptis decem et octo marcis examinati argenti a domino Conrado preposito ecclesie ville dicte. Huius facti testes sunt comes Hermannus de Harthesburg et Ludolfus filius suus, dominus Bernardus et dominus Conradus fratres nostri, Otto de Solvelde, Willekinus de Vorendorpe, Olicus de Barum milites, Luderus, Bernardus de Domesleve, Iohannes de Peina, Conradus iunior de Piscina et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., xiiii<sup>o</sup>. kalendas septembris.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes gemeinsames Siegel der Aussteller an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**237.** *Graf Hermann von Wohldenberg überträgt mit Zustimmung seines Bruders Ludolf, Dompropstes, und seiner Söhne Heinrich, Domherrn, Ludolf, Hoier und Johann dem Kl. Walkenried drei Teile eines Hauses und der Cäcilienkapelle in Goslar zum Anniversar für Verwandte. 1269 Oktober 15 (idus octobris).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Walkenried. Gedr. Bode, UB. II, 205 Nr. 151. Regest Walkenrieder UB. I, S. 267, Nr. 402.*

**238.** *Graf Otto von Ravensberg verkauft dem Maria-Magdalenenkloster Land in Gross- und Klein-Düngen. Ravensberg 1269 November 8.*

Otto comes in Ravensberg omnibus inperpetuum. Acta sollempniter delet oblivio, nisi scripturarum fulciantur testimonio. Noverint itaque tam posteri quam presentes, quod nos amicorum nostrorum consilio accedente et uxoris nostre Hathewigis et prepositi Ludewici fratris nostri et filiorum nostrorum Hermanni et Ludewici et omnium heredum nostrorum consensu annuente bona nostra sita in maiori Dughem et in minori, quatuor mansos videlicet et quinque iugera conventui beate Marie Magdalene in Hildenshem cum omni integritate fructuum tam silvis quam pratis et paschuis liberaliter vendidimus et liberaliter eidem resignavimus in perpetuum possi-

denda bonis Hermanni de Dungen que de nobis tenet dumtaxat exceptis. Huius facti nostri testes et fideiussores sunt Iohannes et Reinbertus fratres dicti de Busche, Regenbode Top, Rotgerus Hathewich, Rodolfus Nagel, Rodolfus de Blasne, Hinricus de Aspelcampe, Hinricus Vinke, Hugo de Wede milites, item scriptores Giselbertus et Fridericus necnon Fridericus de Busche et Hinricus Top et officiales nostri Hinricus, Thidericus et Ecbertus et alii quam plures, ut, si in premissis aliquis defectus accideret, prenominati milites oppidum Bilevelde intrabunt inde non exituri, donec talis defectus emendetur. Item ut in facto tam legitimo et legaliter ordinato nulla in posterum possit intervenire calumpnia, presentem paginam super premissis fecimus conscribi et sigilli nostri necnon fratris nostri prepositi Ludewici fecimus munimine roborari. Datum Ravensberg anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>., vi<sup>o</sup>. idus novembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 91. Beide Siegel wenig beschädigt mit Rücksiegel. Regest Westf. UB. VI, S. 288 Nr. 940, Osnabrücker UB. III, S. 281 Nr. 410. Ludwig ist Propst von st. Johann in Osnabrück.*

**239.** *Graf Hermann von Wohldenberg übereignet mit Zustimmung seiner Söhne Heinrich, Ludolf, Johann und Hoier dem Godehardikloster eine Rodung bei Detfurth (in novali apud Dhetfordiam). 1269.*

Testes huius rei sunt dominus Iohannes de Adenoys, dominus Iohannes de Goltorne, dominus Thidericus de Hiddestorpe, dominus Conradus de Elvedhe, dominus Arthus de Goltorne milites, Ludolfus, Thidericus de Goltorne servi.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Godehardikl. Nr. 2. Beschädigtes Siegel des Ausstellers.*

**240.** *Erwählter Otto überträgt dem Maria-Magdalenenkloster vier von diesem gekaufte und ihm resignierte Hufen in Sossmar. Poppenburg 1269.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus omnibus, quibus hoc scriptum videre contigerit, salutem in domino. Quoniam omnium habere memoriam potius est divinitatis quam humanitatis, conscribi facimus ea, que coram nobis aguntur, ne oblivioni tradantur. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum . . . prepositus et conventus monasterii sancte Marie Magdalene Hildensemensis quatuor mansos in Sutterem apud Honhamelen sitos cum omni utilitate infra et extra villam in agris et in pascuis et in

silvis a Iohanne Wilden et Bernardo et Iohanne dictis de Valeberge, qui eos de manu nostra tenuerunt, de consensu omnium heredum suorum comparassent, nos accepta resignatione predictorum dicta bona cum omni iure et proprietate de consensu totius capituli nostri pro remedio anime nostre monasterio contulimus memorato. Ad huius autem venditionis validius firmamentum Iohannes Wilde et sui consanguinei predicti et pro eis Albertus Bok, Iohannes de Wlvice, Grubo de Stenberg, Ernestus de Meyemberg milites, Eckerhardus de Levenstede et Hermannus de Stemne famuli in manus comitis Widekinni de Poppenborch, Wlveri de Redhen, Eylardi de Dotessem, Ernesti de Meyemberg, Heynrici de Rowerdessen militum et Hermanni de Stemne fide data promiserunt, quod prepositum et conventum predictos ab inpetitione seu impedimento quolibet eximere debeant, quod eis ratione bonorum predictorum contigerit suboriri. Ut autem hoc factum nostrum firmum et inconvulsum perpetuis temporibus perseveret, ipsum conscribi fecimus et sigillis nostro et capituli iussimus communiri. Testes huius rei sunt Heydhenricus cellerarius, Hogerus scolasticus, magister Iohannes Volcmari, prepositus Halto Hildensemenses, Iohannes nobilis de Adenoys, Aschwinus de Stenberg, Conradus de Elvedhe, Conradus marscalcus, Ludolfus de Kramme milites et alii complures. Actum Poppemborch anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., confirmationis nostre anno quinto.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 92. Siegel des Erwählten und beschädigtes Kapitelssiegel an blauen und weissen Hanffäden.*

**241.** *Das Kl. Wöltingerode bekundet, dass die Töchter des Goslarer Bürgers Johann Trost ihm ein Kapital von fünfzehn Mark übergeben haben, von dem sie aus drei Hufen in Hildewardiggerode eine jährliche Rente von 36 Schilling erhalten sollen, welche nach ihrem Tode an die Küsterei des Klosters fallen soll. 1269.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 42. Beschädigtes Siegel des Klosters. Gedr. Bode, UB. II, S. 206 Nr. 152.*

**242.** *Postulierter Konrad von Verden resigniert dem Domkapitel mit Dank sein Kanonikat mit der Pröbende. O. D. (1269).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 249. Gut erhaltenes Siegel mit Rücksiegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 44. Herzog Konrad von Braunschweig-Lüneburg wurde 1269 zum Bischof von Verden gewählt und wird damals die Pröbende resigniert haben.*



**243.** *Graf Otto von Ravensberg verkauft dem Maria-Magdalenenkloster seine Güter in Gross- und Klein-Düngen mit Zustimmung seiner Frau Hedwig, seines Bruders, des Propstes Ludwig, und seiner Söhne Hermann und Ludwig. Ravensberg 1270 Januar 16 (xvii. kalendas februarii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar. Magdal. Nr. 94. Siegel des Grafen und des Propstes, beide mit Rücksiegel. Die Urk. stimmt im Wesentlichen wörtlich mit Or. Nr. 91 (oben Nr. 238) überein. Regest Westf. UB. VI, S. 301, Nr. 969.*

**244.** *Ritter Dietrich von Tossem, Ministerial, überträgt drei Hufen in Klein-Förste (in parvo Vorsete), welche der Bürger Arnold vom Hause (de Domo) vor dem Propste Dietrich von Adensen, dem Dechanten Ludolf, dem Scholaster Gerhard und den anderen Kanonikern des Kreuzstiftes ihm resigniert und er selbst von Hoier de Piscina, seinem Schwiegersohn (gener), mit Zustimmung der Söhne dieses, Dietrich und Heinrich, Scholars des Domes, gekauft hat, dem Altare Johans des Täufers in der Kreuzkirche für eine von mag. Gottfried zu gründende Vikarie und verspricht mit seinem Sohne Dietrich in die Hände des Kämmerers Ekbert und des Ritters Ekbert von Tossem Bürgschaft zu leisten. Hildesheim, ante kaminatam prepositi ecclesie sancte Crucis in lobio, 1270 Februar 23 (vii<sup>o</sup>. kalendas marcii).*

*Presentes erant et pro testibus advocati, cum hec fierent, dominus Thidericus de Adenoy prepositus, Ludolfus decanus, Waltherus custos, Gerhardus scolasticus, Ludolfus de Brunswich, Bertoldus Wlfgrove, magister Lippoldus, Hugo, Iohannes Parvus, Almarus, Iohannes Engelhardi canonici sancte Crucis, Conradus sacerdos, magister Bruno, Willehelmus clericus cognatus prepositi, Iohannes et Iohannes et Heinricus servientes prepositi, Lippoldus de Stemne, filius Martini de Brunswich.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 131. Siegel des Propstes verloren, das des Ausstellers und des Kämmerers stark beschädigt. Gedr. Doebner, UB. I, S. 156 Nr. 322, im Auszug Bode, UB. II, S. 209 Nr. 157.*

**298.** *Erwählter Otto beauftragt den Propst von Lamspringe, diejenigen, welche das Kloster an den vom Grafen Hermann von Wohldenberg gekauften Gütern (in Leremunde) schädigen, zu exkommunizieren. Hildesheim 1272 März 14.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus dilecto in Christo . . preposito in Lamspringe salutem in domino. Cum, sicut conquerimini, quidam emerint bona in preiudicium ecclesie vestre et ingerant se de eis, que a comite Hermanno de Waldenberg bone memorie rite et rationabiliter comparastis et in quieta possessione tenuistis, nolentes vobis in iure ecclesie vestre aliquatenus deesse, autoritate presentium vobis iniungimus dantes firmiter in mandatis, ut detentores bonorum huiusmodi et e mentores monitione premissa excommunicatos nuncietis publice vel autoritate nostra denunciari faciatis in locis, in quibus videritis expedire, et precipiatis ab omnibus arcibus evitari. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxii<sup>o</sup>., ii. idus marci.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 34. Siegel des Erwählten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen gut erhalten. Der Ort ergibt sich aus der Notiz auf der Rückseite: de Lermende. Vgl. unten Nr. 374.*

**299.** *Erwählter Otto, Dompropst H(alto), Domdechant Jo(hann) und das Domkapitel fordern die Geistlichen der Diözese auf, das notleidende Kl. Wülfinghausen zu unterstützen und die Boten desselben beim Sammeln von Almosen gut aufzunehmen. 1272 März 17 (die Gertrudis virginis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Wülfinghausen Nr. 36. Siegel verloren. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VIII, S. 29 Nr. 34.*

**300.** *Erwählter Otto bestätigt eine Bestimmung des Kreuzstiftes über die Verwendung des Getreides der Obedienz Freden. Hildesheim 1272 April 16.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus dilectis in Christo . . preposito, . . decano . . et<sup>1)</sup> capitulo ecclesie sancte Crucis in Hildensem salutem in domino sempiternam. Cum a nobis petitur quod iustum est, tam vigor equitatis quam ordo ex postulat rationis, ut id ad debitum perducamus effectum. Igitur cum tamquam boni prospectores commodi et utilitatis ecclesie vestre inter vos concorditer ordinaveritis, ut annona obediencie in Vredhen in locum pri-

<sup>1)</sup> Die Punkte fehlen vor prepos. A, vor capit. B.

vatum ecclesie vestre annis singulis simul debeat<sup>1)</sup> comportari<sup>2)</sup> et ad solvenda debita ecclesie et communia ecclesie negocia promovenda fideliter conservari salvo eo, quod de ipsa obedientia ad communem prebendam fratrum solet cedere annuatim, supplicastis nobis, quatinus hanc ordinationem vestram curaremus paterne et provide confirmare. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati huiusmodi ordinationem vestram, maxime cum commodo et utilitati ecclesie prospiciat, gratam et ratam habentes eam presentibus auctoritate ordinaria vobis et ecclesie vestre in perpetuum confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus mandantes et sub pena excommunicationis iam late sententie districtius inhibentes, ne quis unquam<sup>3)</sup> ullo tempore hanc nostre confirmationis paginam infringat vel ei ausu temerario contravenire presumat. Datum Hildensem xvi<sup>o</sup>. kalendas maii anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxii<sup>o</sup>., confirmationis nostre anno octavo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung, Kreuzstift Nr. 138 (A), Siegel von den roten und gelben Seidenfäden abgefallen, und Nr. 137 (B), beschädigtes Siegel an roten Seidenfäden.*

**301.** *Domdechant Johann und das Domkapitel bekunden die Gründung der Vikarie der h. Katharina im Dome durch den Domherrn Johannes Volcmari, der von Gisela, Wittve des Otto von Schuranebeck, zwei und eine halbe Hufe in Borsum gekauft hat, welche der verstorbene Dompropst Ludolf nach der Resignation jener der Domkirche zu obigem Zwecke übertragen hatte. Hildesheim 1272 Mai 7 (nonas may).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 219. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 161 Nr. 332.*

**302.** *Bischof Otto entzieht die Schuhmacherinnung der Gewalt des Rates und bestätigt ihre Rechte. Poppenburg 1272 Juni 18 ([Marci] et Marcelliani).*

*Gedr. Tripartita demonstr. (Hildesheim 1691) S. 139. „Die Urk. erweist sich in dieser Form als Fälschung aus neuerer Zeit“, Doebner, UB. I, S. 161 Anm. 1.*

**303.** *Dompropst Halto, Domdechant Johann und das Domkapitel beschwören, dass die bischöflichen Tafel- und die Präbendalgüter nicht an die Cistercienser, die Pönitenten vom Orden der Maria Magdalena,*

<sup>1)</sup> *Verbessert aus debeant B.*    <sup>2)</sup> *comportari B.*    <sup>3)</sup> *unquam B.*

die Hospitaliter, die Templer und andere Exemte veräußert werden sollen. Hildesheim 1272 Juni 30 (pridie kalendas iulii).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 235. Siegel nebst dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 162 Nr. 333.

**304.** Erwählter Otto überträgt dem Kl. Amelunxborn den Zehnten in Eddinghausen (Edingehusen) und alle Güter, welche Dietrich von Stockhem daselbst besass und ihm resigniert hat. Poppenburg 1272 Juli 12 (iiii. idus iulii).

Testes huius rei sunt Halto maior prepositus, Volradus Montis prepositus, Hoyerus scolasticus, Lyppoldus cantor, Arnoldus de Wereberch Hildensemenses, Ludolfus de Cramme, Conradus de Elvede, Albertus Bok, Ernestus pincerna, Conradus de Stenberge, Thidericus de Hardenberg, Henricus de Hansten, Iohannes de Wulvingen milites.

Abschrift des 14. Jahrhunderts im Diplom. des Kl. Amelunxborn I, fol. 31v im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

**305.** Ritter Dietrich von Stockheim gibt der Domkirche als Ersatz für den Zehnten in Eddinghausen Güter in Stockheim und in der Rodung bei Hattorf. Hildesheim 1272 (zu Juli 12).

Theodericus miles de Stockem omnibus inperpetuum. Ut rebus per nos gestis per alicuius calumpniam minime derogetur inposterum, notum esse cupimus, quod nos in restaurum decime in Edingehusen cum suis attinenciis quoddam allodium in Stockem et duos mansos cum aliis omnibus, que attinent, et in novali prope Haddorpe allodium et tres mansos cum attinenciis omnibus, que bona in proprietate possedimus, omnium heredum nostrorum accedente consensu Hildensemensi damus ecclesie iure perpetuo possidenda. Quod ut ratum et incommutabile perseveret, presenti pagina sigilli nostri roborata munimine confirmamus. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxii<sup>o</sup>.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 236. Das wenig beschädigte Siegel des Ausstellers zeigt Baumstumpf mit Ästen.

**306.** Erwählter Otto verbietet dem Dechanten und Kapitel des Kreuzstiftes, fernerhin Laien, welchen bekanntlich in der Stadt die Kleriker verhasst sind und die durch ihren Lärm die Ruhe der Geistlichen und oft selbst den Gottesdienst stören, in den Kurien des Stiftes



zu beherbergen, wenn ihnen daraus nicht ein besonderer Vorteil erwächst. 1272 Juli 13 (iii<sup>o</sup>. idus iulii).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 139. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. Doebner, UB. I, S. 163 Nr. 334.

**307.** Die Grafen Gerhard und Johann von Holstein verkaufen mit Zustimmung genannter Erben dem Kl. Marienrode (Novalis sancte Marie) sechszehn dem Ritter Bertramm von Harboldissen verpfändete Hufen in Jeinsen (Genhusen) mit allem Zubehör und die Fischerei in der Leine für 250 Mark. U. d. Z. Heinricus decanus sancti Iohannis in Hildensem. Itzehoe 1272 August 17 (in quarta feria infra octavam beate virginis Marie videlicet assumptionis).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 32. Gedr. Meibom, Script. rer. Germ. I, S. 539, Pfeffinger, Braunsch.-Lüneb. Hist. II, S. 761, v. Aspern, Cod. dipl. Schauenburg. II, S. 229, Meibom, SS. rer. Germ. I, S. 539, Marienroder UB. S. 57 Nr. 43, woselbst auch das Nähere über die Bestegelung, wozu zu bemerken, dass von dem dritten Siegel, dem des Grafen Gerhard, nur die Hälfte noch erhalten ist und diese lose beiliegt, und Mecklenburger UB. II, S. 434 Nr. 1256, im Auszuge Riedel, Cod. dipl. Brandenburg. I, 21, S. 448 und II, 1 S. 117. Regest Wippermann, Reg. Schaumb. S. 92 Nr. 183.

**308.** Graf Johann von Holstein verbürgt sich dafür, dass sein Bruder Adolf den Verkauf von sechszehn Hufen in Jeinsen (Genhusen) genehmigen wird. Kiel 1272 August 29 (in die decollationis sancti Iohannis baptiste).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 33. Siegel am Rande beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 59 Nr. 44.

**309.** Erwählter Otto genehmigt, dass es jedem frei stehen solle, sich in der Dammstadt niederzulassen und dass ein solcher nach Jahr und Tag von Niemandem mehr beansprucht werden dürfe. Sarstedt (Therstedde) 1272 September 15 (in octava nativitatis sancte Marie).

Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 806. Beschädigtes Siegel des Ausstellers. Gedr. Doebner, UB. I, S. 163 Nr. 335.

**310.** Erwählter Otto schenkt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Wülfinghausen die Mühle an der Saale (Sale), welche ihm Ritter Bodo von Elze (Aulica) und Ernst und Gerhard, Söhne des Ritters Thethard Pape, aufgelassen haben. Hildesheim 1272 (1273) Dezember 31 (pridie kalendas ianuarii).

Testes huius rei sunt Albertus, Hermannus, Bertramus fratres dicti Bok, Eylardus de Dotessem, Bertoldus de Aulica, Hermannus de Dudinge,<sup>1)</sup> Godefridus de Aulica, Conradus de Berenrodhe milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Wölfnghausen Nr. 37. Siegel des Erwählten am Rande beschädigt, das des Domkapitels verloren. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VIII, S. 30 Nr. 35. Die Saale fließt bei Elze von links in die Leine, die Mühle unweit Elze noch vorhanden.*

**311.** *Graf Heinrich von Wohldenbergh überträgt dem Andreasaltare im Dome 96 Morgen Land in Heinde, welche der Domherr Bernhard von Dorstadt zu diesem Zwecke von ihm gekauft hat. 1272.*

Heynricus dei gratia comes de Woldenberch universis presens scriptum inspecturis salutem in domino. Recognoscimus et presentibus protestamur, quod nobilis vir dominus Bernardus de Dorstat Hildensemensis ecclesie canonicus tytulo emptionis comparavit a nobis nonaginta sex ingera sita in villa Henedhe cum pascuis, pratis, silvis et aliis quibuslibet annexis cum omni utilitate ad altare beati Andree in ecclesia maiori per sacerdotem dicti altaris et vicarium eiusdem ecclesie perpetue possidenda. Ideoque secundum formam placitorum procedere cupientes proprietatem et dominium prenotatorum bonorum ecclesie Hildensemensi de consensu filiorum nostrorum Hermanni, Heinrici, Ottonis et eciam Sophie omniumque heredum nostrorum ad predictos usus eiusdem ecclesie liberaliter conferimus et damus, ut eadem bona absque omni honore advocacie seu cuiuslibet exactionis gravamine permaneant in ecclesia supra-dicta. Testes huius donationis sunt prepositus Otto de Eversterne, dominus Arnoldus de Werberch canonici Hildensemenses, dominus Volradus de Depennowwe, dominus Andreas de Barkenvelde et alii quam plures. Ut autem hoc inviolabiliter observetur, liberos nostros prefatos dictorum bonorum et nostre donationis facte warandos esse volumus, et quia sigilla non habent, sigillo nostro contenti sunt, et nos illo solo tam pium et favorabile factum per omnia roboramus. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>ii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 237. Siegel des Ausstellers am Rande beschädigt. Regest Doebner, UB. I, S. 163 Nr. 336.*

**312.** *Propst Dietrich des Kreuzstiftes überträgt mit Zustimmung des Kapitels dem Kl. Riddagshausen den Zehnten in Bettingerode*

<sup>1)</sup> *Davor ist Dungem getilgt.*

(Betekenrode), den ihm Rasso von Ütze (Uttensem) aufgelassen hat, und Güter in Genlethe (Gielde?), die ihm Lippold von Ütze resigniert hat. 1272.

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

Huius rei testes sunt Ludolfus decanus, Bertoldus scolasticus cognomento Wlfgreve, Iohannes . . . . . canonici nostre ecclesie, Fridericus de Wenethusen, Albertus, (Bruno), Conradus fratres dicti de Damhone, Tidericus de Minda.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Riddagshausen Nr. 188, stark stockfleckig. Die beiden Siegel stark beschädigt. Regest Doebner, UB. I, S. 164 Nr. 338.*

**313.** *Graf Ludolf von Wohldenberc überträgt dem Kl. Derneburg zwei Hufen in Astenbeck. 1272.*

Nos Ludolfus comes de Woldenberg favore benigno publice protestamur per paynam presentem, quod nos ex unanimi consensu fratrum et heredum nostrorum duos mansos sitos in Astenbeke claustro sanctimonialium in Derneborhc proprialiter conferimus cum omni iure et utilitate perpetuo possidendos, ita quod nos et nostri coheredes nichil iuris amplius vendicabimus in eisdem. Et ne igitur in posterum dubium videatur de hoc facto, memorato claustro sanctimonialium firmam warandiam in bonis predictis damus per paginam presentem, quam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes enim sunt dominus Ermbertus de Bokenum, Her(mannus) de Stenberghe et Ascwinus de Oldendhorppe et ceteri plures. Anno gracie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxii.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Kl. Derneburg Nr. 8. Gut erhaltenes Siegel des Ausstellers in gelbem Wachs, Helm in dunkelgrünem Wachs zwischen Flügeln.*

**314.** *Ritter Dietrich de Piscina entsagt auf Anraten seiner Verwandten, des Kämmerers Ekbert und des E(kbert) von Tossem allen Ansprüchen an drei Hufen in Klein-Förste, mit welchen der Altar Johannis des Täufers in der Kreuzkirche dotiert ist. In capitolio ecclesie sancte Crucis. 1272.*

Testes huius rei sunt Theodericus prepositus, Ludolfus decanus, Wolderus custos sacerdotes, Ludolfus de Bruneswich, Bartoldus scolasticus, Gerardus de Thekeneborch dyaconi, Hugo, Almarus, Iohannes et Iohannes subdyaconi, Theodericus miles de Stockem.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 140. Drei beschädigte Siegel, die beiden ersten zeigen je zwei Querbalken, das dritte Schwert schräg links von Kleeblättern begleitet: † SIGILLVM . . . . CI. DE . P . . . . A. Gedr. Bode, UB. II, S. 229 Nr. 184, Regest Doebner, UB. I, S. 163 Nr. 337.*

**315.** *Ritter und Knappen des Hochstiftes verbinden sich mit den Städten Goslar, Hildesheim und Braunschweig auf fünf Jahre zum Schutze ihrer Rechte. 1272.*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim. Gedr. Zeitschrift des Harzvereins 1870 S. 907 mit Erläuterungen von J. Grote, Höhlbaum, Hansisches UB. I, S. 250 Nr. 711, Doebner, UB. I, S. 164 Nr. 339, der die Zweifel Höhlbaums an der Echtheit der Urk. beseitigt, Bode, UB. II, S. 228 Nr. 183, Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 213 Nr. 261, Regest Böhmer-Ficker-Winkelmann, Reg. imp. V, 4, Nr. 12130.*

**316.** *Erwählter Otto überträgt drei Hufen in Klauen, welche ihm Lippold von Escherde und diesem die Brüder Hermann und Albert Lepel resigniert haben, dem Kl. Riddagshausen und erhält von Lippold von Escherde als Ersatz drei Hufen in Lengersla. 1272.*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 186. Siegel des Erwählten und des Domkapitels an roten und grünen Seidenfäden wenig beschädigt.*

**317.** *Die Grafen von Wohldenberg übertragen dem Kl. Dorstadt zwei Hufen in Dorstadt, die sie vom Reiche zu Lehn hatten, und entschädigen letzteres. Wohldenberg 1272.*

Nos Burchardus et Henricus dei gratia fratres comites de Woldenberg presentibus recognoscimus et firmiter protestamur, quod nos de bono consensu filiorum nostrorum Hermanni et Heinrici comitum et Burchardi et Hermanni proprietatem duorum mansorum Dorstat sitorum, quos de manu imperii tenuimus, propter dominum et ad instantiam nobilis viri domini Bernardi de Indagine dedimus ecclesie beate virginis in Dorstat iure perpetuo possidendam, proprietatem quoque omnium attinencium et in villa et extra villam tam in pascuis quam in silvis ecclesie contulimus supradicte. Nos eciam imperio de ipsis mansis sufficientem fecimus recompensam. Huius rei testes sunt nobiles viri comes Meynardus de Sladem et dominus Wlradius de Depenowe, Heidenricus de Hedheiershusen, Engelhardus de Nanekessen, Conradus de Vimmelse, Elgherus de Valersleve, Hogerus de Mandere et alii complures fide digni. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine

duximus muniendam. Actum et datum Woldenberch anno gratie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxii<sup>o</sup>.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. An den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen sehr gut erhaltenes Siegel des Burchard und beschädigtes des Heinrich.*

**318.** *Friedrich von Dorstadt resigniert dem Kl. Ringelheim drei Hufen in Flöthe mit Ausnahme der Vogtei. 1272.*

Notum sit universis hoc scriptum inspecturis, quod dominus Fredericus de Dorstad cum consensu fratris sui domini Woltheri ob salutem patris et matris necnon ipsius tres mansos litonum sites in villa Vlotede, de quibus domino abbati et conventui de Ringlem annum censum hactenus procuravit, cum bona voluntate libere resignavit advocatiam super eadem bona solummodo retinendo. Ne igitur hoc factum alicui imposterum veniat in dubium, hoc scriptum est sui sigilli munimine roboratum. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts im Cop. des Abtes Heinrich Wirschius im Archiv zu Ringelheim S. 121.*

**319.** *Graf Widekind von Poppenburg einigt sich mit dem Kl. Escherde wegen vierzehn Äcker und einer Hofstätte in Achem. Poppenburg o. D. (1272).*

Widikindus dei gratia comes de Poppenborch omnibus, quibus hoc scriptum fuerit exhibitum, salutem. Universitati cunctorum tam presentium quam futurorum notum esse volumus de contractu, qui factus est inter ecclesiam in Escherte et nos de emptione quatuordecim agrorum et aree in Achem, quos manutenebant Tidericus et Herbordus de Drismenstede et ab eisdem manutenebat Tidericus de Emne, quod ista bona expeditus prepositus a tribus manibus scilicet a nobis et a Tiderico de Drismenstede et a Tiderico de Emne. Hec donatio facta est in Poppomborch coram domino episcopo. Testes huius rei sunt Mauricius comes, Heinricus Grube, Bertoldus Pil, tres fratres Hirci, Hermannus de Stemne, Hermannus de Stemne, Iohannes de Wlvinge, Bernhardus de Coven et alii quam plures. Ut igitur hoc factum firmum maneat et stabile, sigilli nostri appensione roboravimus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 53. Beschädigtes Siegel des Grafen an weissen Zwirnfäden. Die Urk. dürfte in das Jahr 1272 gehören, in welchem Bischof Otto wiederholt in Poppenburg gewesen ist.*

**320.** *Graf Meiner von Schladen und Ritter Volkmar von Goslar bekunden, dass auf dem Goding vor den Gografen Hartwig von Lengde und Ludolf von Lewe Ludolf Pluder mit seinen Söhnen anerkannt hat, dass er während eines Decenniums zwei Hufen in Wedelingerodthe der Kirche in Dorstadt verpachtet und diese gewisse Abgaben an das Domstift zu Goslar und an Hermann Bodeker zu leisten hat. 1273 Januar 27 (feria vi. post festum conversionis sancti Pauli).*

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Stark beschädigtes Siegel der Aussteller an von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Bode, UB. II, S. 230 N. 186.*

**321.** *Erwählter Otto bekundet, dass die Inhaber der Saline Gitter mit Propst Johann und Laienbrüdern des Kl. Steterburg wegen der Herstellung einer versiechten Quelle sich geeinigt haben. Braunschweig 1273 Februar 18 (xii<sup>o</sup>. kalendas marcii).*

Huius facti et ordinationis testes sunt dominus Baldewinus et Henricus fratres dicti de Campo, dominus Iohannes marscalcus dictus de Saldere cognomine Lenkenir, dominus Iohannes de Saldere dictus Niger, dominus Sifridus Scadewolde, dominus Iohannes de Stockem, Fridericus de Städere, Ludolfus Mathie, Iohannes Helye, Gereko Stapel, Conradus de Helmenstede et quam plures alii fide digni. Datum Brunswich per manum notarii nostri Brunonis in sollempni placito, quod habuimus cum fratre nostro duce Iohanne — — presentibus dilectis fratribus nostris Alberto duce Brunswicense et Conrado Verdensis ecclesie postulato.

*Aus dem Chron. Steterburg. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel S. 152. Begezt Hänseimann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 116 Nr. 258.*

**322.** *Graf Ludolf von Roden überträgt dem Kl. Marienrode (Betzingerodthe) seine Gerechtsame an Gütern in Wendhausen (Wenet-husen). 1273 Februar 26 (dominica Invocavit).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 34. Siegel des Grafen wie beschrieben zu dem Drucke Marienroder UB. S. 60 Nr. 45.*

**323.** *Graf Adolf von Holstein genehmigt den Verkauf von sechs-zehn Hufen in Jeinsen (Gegenhusen) durch seinen Oheim Grafen Gerhard und seinen Bruder Johann an das Kl. Marienrode. 1273 März 4 (sabbato ante Reminiscere).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 35. Siegel verloren. Gedr. Meibom, SS. rer. Germ. I, S. 540, Marienroder UB. S. 61 Nr. 46.*

**324.** *Abt und Konvent des Godehardiklosters erlassen dem Meier in Himmelsthür und dessen Frau gegen einmalige Zahlung von 11<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Pfund den jährlichen Zins von einem Pfund auf Lebenszeit. 1273 April 2.* [www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

Thidericus dei gratia abbas universitasque conventus monasterii sancti Godehardi Hildensemensis cunctis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in omnium salutari. Per presens scriptum ad noticiam fidelium volumus devenire, quod Conradus villicus noster in Himdesdore una cum uxore sua Gertrude consentientibus filiis suis Iohanne, Burchardo, Alexandro, Conrado talentum, quod singulis annis dare tenebantur nobis de uno manso, quem ex locatione nostra villicallyter habuerunt, redemerunt a nobis undecim talentis et dimidio tali condicione, ut videlicet dictus Conradus et uxor sua Gertrudis mansum nostrum suprascriptum temporibus vite sue possideant absque solutione talenti hactenus inde dati, itidemque ipsis duobus divina dispositione ex hoc seculo evocatis absque ulla interpellatione filiorum et heredum suorum idem mansus cum pensione solita ad nostram dispositionem libere revertetur. De edificiis etiam ipsius curie dictum est, ut filii eorum sicut voluerint valeant ordinare, sed de manso et area necnon eorum appendiciis nichil omnimodis ordinabunt. In cuius facti firmamentum presens scriptum sigillorum nostrorum appensionibus fecimus communiri. Testes huius rei sunt Bertoldus, Iohannes, Burchardus, Florentius, Conradus sacerdotes, Olricus, Thetmarus, Hillebrandus diaconi, Thidericus, Albertus subdiaconi nostre congregationis fratres, Heinricus Dyabolus, Conradus, Reinoldus de Wakenste, Alexander de<sup>1)</sup> Damnone laici et alii quam plures. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. iii., iiii. nonas aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 34. Siegel des Abtes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen beschädigt, das des Konventes verloren. Regest Doebner, UB. S. 165 Nr. 340.*

**325.** *Erwählter Otto überträgt vier Hufen in Ochtersum, welche der Bürger Helmold, Sohn des verstorbenen Ludolf, ihm resigniert hat, zum Gebrauch des Chores und der armen Scholaren dem Domstifte. Im Hause des Dompropstes (1263) 1273 April 6 (viii<sup>o</sup>. ydus aprilis).*

Testes huius rei sunt Halto maior prepositus, Iohannes maior decanus, Volradus Montis prepositus, Thidericus prepositus sancte Crucis, Heyndhenricus cellerarius, Lippoldus cantor, Arnoldus de

<sup>1)</sup> de zweimal, Ende und Anfang der Zeile.



Wereberg canonici Hildensemenses, Wernerus plebanus, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Cramme, Albertus Bok, Conradus de Elvede, Grubo de Grubenhagen, Thidericus de Piscina, Bodo de Saldere milites, und Bürger.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 208. Siegel des Erwählten. Gedr. Doebner, UB. I, S. 141 Nr. 291 zu 1263, wie das Or. Doch ist Halto erst seit 1270 Dompropst und Lippold (vom Alten Markt) ist nicht vor 1270 als Domkellner nachweisbar, sein Vorgänger Dietrich von Adensen bis 1265. Demnach kann die Urk. nicht in das Jahr 1263 gehören, sondern zu 1273, wozu auch die Laienzeugen besser passen.*

**326.** *Erwählter Otto überträgt dem Moritzstift für die von ihm neu gegründete Kantorei vier Rodehufen in Sorsum. 1273 April 8.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus. Et si ad benefaciendum sumus omnibus debitores, potius illis tenemur benefacere, qui nobis magis familiares existunt. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod de consensu capituli nostri quatuor mansos novalium in Sutherum apud Hymdesdore sitos cum decima et proprietate necnon cum omni iure, quo eos tenuimus, ecclesie montis sancti Mauricii Hildensemensi ad cantoriam, quam in ea instituimus, pro remedio anime nostre iure perpetuo contulimus volentes, ut pro hac liberalitate nostra nostri nominis memoria in eadem ecclesia in perpetuum perseveret et post obitum nostrum anniversarius noster in ea peragatur, prout in instrumento institutionis et confirmationis cantorie ipsius ecclesie plenius est expressum. Ut autem hec nostra collatio firma et inconvulsa perpetuis temporibus permaneat, presens scriptum inde confectum sigillis nostro videlicet et capituli nostri fecimus communiri. Huius rei testes sunt Halto maior prepositus, Volradus Montis prepositus, prepositus Volquinus dictus de Svalenberge, Lippoldus cantor dictus de Antiquo foro, Arnoldus de Wereberg, Cono dictus de Weye prepositus in Alsborch canonici Hildensemenses, Wernerus plebanus Hildensemensis, Ecbertus camerarius miles et alii conplures. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx. iii<sup>o</sup>., vi<sup>o</sup>. idus aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 33. Siegel des Erwählten und des Domkapitels.*

**327.** *Erwählter Otto errichtet im Moritzstifte mit Zustimmung des Propstes Volrad, des Dechanten Heinrich von Alfeld, des Scholasters Volkmar, des Küsters Johann Marcolfi und des ganzen Kapitels eine*



*Kantorei mit der Kapelle der h. Katharina und deren Besitzungen und aus vier Rodehufen in Sorsum. 1273 April 8 (vi<sup>o</sup>. idus aprilis, confirmationis nostre anno ix<sup>o</sup>).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 34. Siegel des Erwählten, des Domkapitels, des Propstes und des Kapitels des Moritzstiftes. Die Kapitelsiegel beschädigt. Gedr. Doebner, UB. I, S. 165 Nr. 341. Es mag der Grund des Erwählten besonders hervorgehoben werden: quod ecclesia montis sancti Mauricii Hildensemensis semper honorabilis extitit ab antiquo, ita quod ecclesia Hildensemensis prioratus dignitatem immediate post eam inter alias ecclesias civitatis Hildensemensis recognovit eidem.*

**328.** *Ritter Ludolf von Kramme tauscht mit dem Godehardikloster Ländereien bei Gronstede. 1273 April 12.*

Ludolfus miles dictus de Kramme universis hanc litteram inspecturis salutem in domino. Universitati fidelium notum esse volumus, quod, cum nos in villa Gronstede quosdam agros haberemus, inter quos quatuor iugera et dimidium essent sita monasterio beati Godehardi pertinentia itemque dictum monasterium in eadem villa aliquantos agros possideret, inter quos totidem iugera posita erant nobis pertinentia, nos ex utraque parte utilitate pensata tale fecimus concambium, ut videlicet nos supradicta iugera monasterii inter agros nostros iacencia, monasterium vero nostra iugera inter agros suos posita possideremus perpetua firmitate. Ut autem hec ordinatio partibus hinc inde maneret rata, nos scriptum monasterii sigillo abbatis et conventus communitum pro cautela recepimus futurorum, monasterium econverso presentem litteram recepit a nobis sigilli nostri testimonio roboratam. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii., pridie idus aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 35. Schildförmiges Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen gut erhalten, zeigt drei Lilien (2 : 1): † S. LUDOLFI. DE. (K)RAME.*

**329.** *Die Grafen Burchard und Hermann von Wohldenberch übertragen dem Kl. Dorstadt die Vogtei über drei Hufen in Wedelingerodhe, die sie vom Reiche zu Lehn haben, und entschädigen das Reich mit anderthalb Hufen in Tsenighe. Braunschweig 1273 Mai 13.*

Burchardus et Hermannus dei gratia comites filii quondam comitis Burchardi de Woldenberch omnibus inperpetuum. Ne apud posteros que rationabiliter gesta sunt vergant in dubium, scripta conficiuntur auctentica, que perhibeant testimonium veritati. Ea-

propter notum esse cupimus universis, quod, cum dilecti nobis in Christo prepositus Hildericus et conventus ecclesie beate Marie virginis in Dorstad advocatiam trium mansorum in villa Wedelingerodhe sitorum a Ludolfo dicto Pludher et heredibus suis legitimis pro quadam summa pecunie comparassent, nos recepta resignatione dicte advocatie ab ipso Ludolfo Pludher et ab omnibus heredibus suis, eo quod ipsi sepe dictam advocatiam a nobis in feodo tenuissent, ipsam prenominatis preposito Hilderico et conventui in Dorstad de voluntario et communi consensu heredum nostrorum omnium liberaliter contulimus propter deum et nichil iuris in advocatia nobis asseribimus supradicta. Quia vero nos ipsam advocatiam de manu imperii feodaliter tenebamus, in manso et dimidio proprietatis nostre in villa dicta Tsenighe fecimus iam dicto imperio restaurum sufficiens, prout est conveniens atque iustum. Ut igitur hec liberalitatis nostre donatio firma et inviolabilis perpetuo perseveret, presentem paginam super hoc conscriptam sigillis nostro videlicet et patrii nostri comitis Heinrici de Woldenberg fecimus communiri. Huius rei testes sunt nobiles viri dominus Bernhardus dictus de Indagine, comes Henricus de Woldenberg, dominus Fredericus et dominus Waltherus fratres dicti de Dorstad, alii milites Lippoldus de Wenthusen, Iohannes de Wetelmenstede, Conradus de Vimmelse et alii quam plures tam clerici quam laici fide digni. Datum Bruneswik in curia domini Bernardi de Indagine apud cappellam sancte Marie Magdalene anno gratie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. iii<sup>o</sup>., in die beati Servatii confessoris.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel des Grafen Heinrich, das immer nur allein an der Urk. gehangen hat. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 117 Nr. 259.*

**330.** *Erwählter Otto grenzt die Befugnisse des Kantors und des Scholasters am Moritzstifte ab. Hildesheim 1273 Mai 26.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus. Ad noticiam tam presentium quam futurorum cupimus pervenire, quod, cum quidam articulus privilegii institutionis cantorie ecclesie Montis sigillis nostro et capituli nostri signati, qui sic loquitur: idem ius, quod cantor in maiori obtinet ecclesia, cantor in secundaria ecclesia obtinebit, iuri scolastici prout dicebat preiudicaret, capitulum ecclesie Montis provide cavere volens, ne pro iure scolastrie et cantorie

ordinem responderunt. Unde tandem antedicti fratres et eorum instructores videntes, quod nichil iuris in eisdem bonis sibi poterant vindicare, ad inductionem nostram aliorumque proborum virorum manu et lingua renuntiaverunt omni actioni et iuri, quod in sepe dictis bonis videbantur habere adicientes, quod venditionem et resignationem, quam Henricus patruus (eorum)dem fecerat de eisdem, ipsi et quilibet eorum legitimi heredes ratam et firmam haberent omnibus temporibus vite sue. In cuius rei evidens argumentum presens scriptum inde confectum sigillo nostro duximus roborandum. Testes huius rei sunt Ernestus pincerna, Ekbertus niger de Tossem milites, Iohannes theolenarius, Burchardus frater domini Conradi, Henricus Grif, Henricus Bokvel, Bernardus de Ponte, Thidericus et Conradus de Emne burgenses, Iohannes et Heno famuli domini prepositi et alii complures. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii., vii<sup>o</sup>. kalendas iulii in caminata curie nostre apud sanctam Crucem.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 141. Siegel des Propstes. Die Schrift ist stellenweise stark verblasst. Regest Doeberner, UB. I, S. 168 Nr. 343.*

**335.** *Edler Bernhard von Hagen übergibt dem Erwählten Otto als Ersatz für drei Hufen in Linde, die dieser dem Kl. Dorstadt übertragen hat, vier Hufen in Engelnstedt. Hildesheim 1273 Juli 3.*

Ego Bernardus nobilis dictus de Indagine ad perpetuam rei geste memoriam. Notum esse cupio tam presentibus quam futuris, quod, cum venerabilis pater dominus O(tto) Hildensemensis electus proprietatem trium mansorum in Lindedhe, quos ab ipso tenui in feodo, monasterio in Dorstad ad preces meas contulerit propter deum, ne ecclesia Hildensemensis, cui fidelitate teneor, ex hac collatione aliquem pateretur defectum, proprietatem quatuor mansorum in Engelemstede dicto domino electo et ecclesie Hildensemensi de consensu eorum, quorum intererat, contuli in restaurum. In cuius rei testimonium presentem litteram feci sigilli mei munimine roborari. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx. iii<sup>o</sup>., v<sup>o</sup>. nonas iulii.

*Or. im St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 238. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen gut erhalten, geschachtet.*

**336.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Dorstadt drei ihm vom Edeln Bernhard von Hagen (de Indagine) resignierte Hufen in Linde (Lindedhe) mit dem Zehnten und allem Eigentum. Hildesheim 1273 Juli 3 (v<sup>o</sup>. nonas iulii).*

Testes sunt Halto maior prepositus, Volradus Montis prepositus, Volcquinus de Svalenberg Goslariensis prepositus, Arnoldus de Wereberg, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Wernerus plebanus, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Cramme milites.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel des Erwählten gut erhalten, das des Domkapitels beschädigt.*

**387.** *Erwählter Otto bekundet, dass Mathilde, Wittve des Ritters Johann von Berkum, ihre Tochter Bertha und deren Söhne Hildebrand und Johann auf einige Hufen und Hausstellen des Kl. Wienhausen in Berkum (Berckem) verzichtet haben. Hildesheim 1273 Juli 5 (in crastino Odhelrici).*

Testes sunt Amelungus plebanus in Solzeke, Heynricus de Svechlete, Bertoldus de Godenstede, Iohannes Lenekener, Bodo de Saldere milites, Thidericus de Prome, Bertoldus Grus famuli, Heynricus, Hermannus et Thidericus conversi eiusdem claustrii.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 80. Siegel des Erwählten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**388.** *Erwählter Otto überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem neuen Hospital in Goslar das Eigentum des Zehnten in Ebelingerod. Hildesheim 1273 Juli 14 (in crastino Margarete).*

Testes huius rei sunt Halto maior prepositus, Volradus Montis prepositus, Volcquinus Goslariensis prepositus, Arnoldus de Wereberge, Lippoldus cantor, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Wernerus plebanus, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Cramme milites.

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Die beiden Siegel verloren. Gedr. Bode, UB. II, S. 232 Nr. 188. Regest UB. des Stifts Walkenried (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen II) S. 394 Nachtr. Nr. 44.*

**389.** *Die Brüder Heinrich, Domherr, und Dietrich de Piscina genehmigen den durch ihre Verwandten Dietrich und Johann de Piscina vollzogenen Verkauf von Gütern in Ebelingerode an das Kl. Walkenried und das neue Hospital in Goslar. O. D. (1273 Juli).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Gut erhaltenes Siegel Dietrichs. Gedr. Bode, UB. II, S. 226 Nr. 177. Regest UB. des Stifts Walkenried (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen II) S. 274 Nr. 417.*

**390.** *Erwählter Otto überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Escherde zwei Hufen in Betheln (Betenem), welche das*

*Kloster von Johann, dem Sohne des Lippold Suring, gekauft, dieser dem Ritter Johann von Blankenburg aufgelassen und letzterer dem Aussteller resigniert hat. Hildesheim 1273 August 21 (xii<sup>o</sup>. kalendas septembris).*

Testes huius rei sunt Halto maior prepositus, Volradus Montis prepositus, Volcquinus Goslariensis prepositus, Lippoldus cantor, Arnoldus de Werberg, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Wernerus plebanus, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Cramme milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 59. Siegel des Erwählten wenig beschädigt, das des Domkapitels verloren.*

**341.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Escherde die diesem von Johann von Sorsum übergebene neue Mühle bei Emne. Hildesheim 1273 August 21.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus. Notum esse volumus et constare, quod, cum Iohannes miles dictus de Sutherum fidelis noster novum molendinum apud Emne, quod a nobis tenuit, claustro in Escherte de consensu Iohannis filii sui et heredum suorum pro remedio anime sue contulisset, nos accepta resignatione ipsius militis et facta renunciatione dicti filii sui ipsum molendinum cum proprietate et cum omni iure de consensu capituli nostri pro retributione felicitatis eterne claustro contulimus memorato. Ut autem hec nostra collatio robur perpetue firmitatis obtineat, presens scriptum inde confectum sigillis nostro et capituli nostri fecimus roborari. Testes huius rei sunt Halto maior prepositus, Volradus Montis prepositus, Volcquinus Goslariensis prepositus, Lippoldus cantor, Arnoldus de Werberge, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Wernerus plebanus, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Cramme milites et alii conplures. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx. iii<sup>o</sup>., xii<sup>o</sup>. kalendas septembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 58. Beschädigtes Siegel des Erwählten, das des Domkapitels verloren.*

**342.** *Herzog Johann von Braunschweig bekundet, dass er die Urkunde des Grafen Gerhard von Holstein für das Kl. Marienrode wegen der Güter in Jeinsen (Geynhusen) nur ungern besiegelt habe, dass er jetzt aber auf Bitten des Grafen Burchard von Wölpe die Abmachungen Gerhards genehmige. Braunschweig 1273 September 9 (crastina die nativitatis beate virginis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 37. Siegel des Herzogs am Rande beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 62 Nr. 48.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**343.** Die Edeln Friedrich und Walther von Dorstadt verkaufen mit Zustimmung ihrer Erben, der Domherren Bernhard in Hildesheim, Arnold in Magdeburg und Konrad in Halberstadt, dem Bonifacii-stift in Halberstadt Land in Sommeringe. Sommeringe 1273 September 13 (idus septembris).

*Gedr. Schmidt, UB. des Stiftes st. Bonif. u. st. Pauli in Halberstadt (Geschichtsquellen der Prov. Sachsen XIII) S. 47 Nr. 64 und früher.*

**344.** Erwählter Otto überträgt dem Kl. Walkenried und dem neuen Hospital in Goslar den Zehnten in Ebelingerod, den ihm Ritter Dietrich de Piscina und sein Bruder Johann resigniert haben. Hildesheim 1273 September 22 (in die Mauricii).

Huius resignationis testes sunt Arnoldus de Werberg canonicus Hildensemensis, Wernerus plebanus, Ecbertus camerarius, Hermannus de Ganderssem, Ludolfus de Cramme, Hillemarus de Oberge milites.

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar in doppelter Ausfertigung, an der einen gut erhaltenes Siegel des Ausstellers, von der anderen das Siegel verloren. Gedr. Bode, UB. II, S. 232 Nr. 189. Regest UB. des Stifts Walkenried (UB. des hist. Vereins für Niedersachsen II) S. 394 Nr. 45.*

**345.** Das Kl. Dorstadt resigniert dem Erwählten Otto den Zehnten in Neuenkirchen und erhält dafür den in Wedelingerothe. 1273 November 18.

Venerabili domino O(ttoni) Hildensemēsi electo totique capitulo eiusdem ecclesie H(ildericus) prepositus, O(da) priorissa totusque conventus sanctimonialium in Dorstat cum devotis in Christo orationibus debite subiectionis reverentiam. Notum esse volumus universis presens scriptum intuentibus, quod nos de maturo consilio nostri conventus ad petitionem domini Gerardi militis dicti de Levethe proprietatem nostre decime in Nienkerken prefate ecclesie Hildensemensi resignamus perpetuo possidendam, ut nobis eodem iure proprietatem decime in Wedelingerothe libere et absolute a sepe dicta ecclesia conferatur. Et ut hec inconvulsum permaneant, sigilli nostri munimine duximus roboranda. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii., octava Martini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 239. Siegel des Konventes gut erhalten.*

**346.** *Erwählter Otto übereignet dem Kl. Dorstadt auf Bitten des Ritters Gerhard von Lewe den Zehnten in Wederinrodhe und erhält von diesem den Zehnten in Neuenkirchen. 1273 November 26 (sequenti die Katerine).*

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Siegel des Erwählten und beschädigtes des Domkapitels.*

**347.** *Erzbischof Werner von Mainz bestätigt die Gründung der Kantorei im Moritzstifte durch den Erwählten Otto. Boppard 1273 November 26.*

Wernherus dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius dilecto in Christo Brunoni cantori ecclesie montis sancti Mauricii Hildensheimensis salutem in domino. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem nostri officii ad debitum perducatur effectum. Cum itaque, sicut exhibita nobis tua peticio continebat, venerabilis dominus Otto ecclesie Hildensheimensis electus pro anime sue remedio in ecclesia sancti Mauricii Hildensheimensi eiusdem ecclesie capituli accedente consensu instituerit officium cantorie eamque tibi . . prepositus ipsius ecclesie, prout ad eum pertinuit, duxerit conferendam, nos tuis devotis precibus inclinati quod ab eisdem electo et . . preposito provide factum est in hac parte ratum habentes et gratum illud auctoritate metropolitana confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo *u. s. w.* Si quis autem *u. s. w.* Datum Bopardie anno domini millesimo cc. lxxiii., vi. kalendas decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift 36, beschädigtes Siegel des Erzbischofs.*

**348.** *Erwählter Otto genehmigt, dass der Domscholaster Hoier und sein Bruder Ulrich von Hohenbüchen dem Kl. Steterburg Güter und das Patronatsrecht der Kirche in Beddingen übertragen. Hildesheim 1273 Dezember 8 (sexto ydus decembris).*

*Nach dem Chron. Steterburg. S. 160 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. An demselben Tage gestattet (Volrad), Propst des Moritzstiftes und Archidiakon in Stöckheim, dem Kl. Steterburg, die Kirche in Beddingen nach dem Tode des Priesters Johann zu eigenem Gebrauch zu verwenden (vestris usibus applicare); Abschrift des 15. Jahrhunderts in Ms. 601 fol. 50 in der Beverinschen Bibliothek zu Hildesheim und im Chron. Steterb. I, 161, in beiden Stellen wird der Propst Werner genannt.*



**349.** *Papst Gregor X. bestätigt dem Bartholomäustifte das Patronatsrecht der Kirche in Hotteln. Lyon 1273 Dezember 17.*

Gregorius<sup>1)</sup> episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . preposito et capitulo ecclesie sancti Bartholomei Hildesemensis ordinis sancti Augustini salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod nobilis vir Volradus dictus de Depenowe Hildesemensis diocesis ius patronatus, quod in ecclesia de Hottenem ipsius diocesis obtinebat, de diocesani consensu necnon quasdam terras, possessiones, silvas et res alias ad ipsum pertinentia pro sue ac progenitorum suorum animarum remedio vobis et ecclesie vestre provida liberalitate contulit intuitu pietatis, prout in patentibus litteris super hoc confectis dicitur plenius contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod super hoc ab eodem nobili pie ac provide factum est ratum habentes et firmum illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo *u. s. w.* Si quis autem *u. s. w.* Datum Lugduni xvi. kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim, Museum Nr. 14. Bleibulle an roten und gelben Seidenfäden. Rechts auf dem Bug n. p.*

**350.** *Ervählter Otto überträgt dem Kl. Steterburg den Zehnten in Dusnem, den das Kloster von Ritter Johann von Salder genannt der Schwarze gekauft und den dieser dem Grafen Ludolf von Wohldenberg und dieser dem Aussteller aufgelassen hat. Hildesheim 1273 Dezember 20 (xiii<sup>o</sup>. kalendas ianuarii).*

Testes huius rei sunt Halto maior prepositus, Volcquinus Goslariensis prepositus, Lippoldus cantor, Arnoldus de Werberge, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Wernerus plebanus, Ekbertus camerarius, Ludolfus de Cramme, Hermannus de Gandersem, Ernestus pincerna, Bodo de Saldere milites.

*Abchrift des 14. Jahrhunderts in dem Chron. Stederburg. S. 161 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Regest Bode, UB. II, S. 233 Nr. 190.*

**351.** *Ritter Johann von Salder genannt der Schwarze gibt dem Erwählten (Otto) drei Hufen in Oscherethe und zwei in Exkessem*

<sup>1)</sup> *Verlängerte Schrift.*



*als Ersatz für den von diesem der Kirche in Steterburg übertragenen Zehnten in Dusnum. Hildesheim 1273 Dezember 20.*

Ego Iohannes miles de Saldere dictus Niger omnibus presentium inspectoribus notum esse cupio, quod de heredum meorum consensu et libera voluntate contuli domino electo Hildensemensi et ecclesie sue proprietatem quinque mansorum trium in Oscherethe, duorum in Exkessem, in restaurum proprietatis decime in Dusnum, quam ad preces meas idem dominus electus ecclesie in Stedherborch contulit propter deum. In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli mei appensione munivi. Testes sunt Ecbertus camerarius, Ludolfus de Cramme, Conradus marscalcus, Ernestus pyncerna milites et alii conplures. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx. iii., xiii. kalendas ianuarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 240. Siegel des Ausstellers, gut erhalten, zeigt Kamm (†): S. IOHANNIS . NIGRI . DE . SALDR'.*

**352.** *Konrad von Boldensel übereignet mit Zustimmung seiner Frau Gisela und seiner Neffen (patruelium) Walther, Hermann und Konrad dem Kl. Heiningen viertehalb Hufen in Altenrode (Oldenrode) zu seinem und seiner verstorbenen Eltern Seelenheil, und erhält vom Kloster eine Entschädigung von drittehhalb Mark. Braunschweig, im Hause der Minoriten 1273 Dezember 22 (xi<sup>o</sup>. kalendas ianuarii).*

Huius rei testes sunt Fridericus predictae ecclesie prepositus, Hermannus capellanus suus, Borchardus de Assenburch, Conradus miles de Biwende, Bernardus miles de Papestorp, Fridericus miles de Stockem, conversi eiusdem ecclesie frater Hinricus de Kracovhe, frater Tidericus de Oldenrode, frater Iohannes de Werle.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 29. Das Siegel lässt noch den aufgerichteten Löwen erkennen. Gedr. Asseburger UB. I, S. 246 Nr. 368 nach Kopie im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**353.** *Domdechant Johann und das Domkapitel genehmigen die Übertragung des Patronatsrechtes der Kirche in Beddingen durch die Brüder Hoier (Domscholaster) und Ulrich von Hohenbüchen an das Kl. Steterburg. 1273 Dezember 28 (die Innocentum).*

*Nach dem Chron. Stederburg. S. 161 und 336 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Mit Beziehung auf Nr. 348 darf hier nicht der Jahresanfang auf Weihnachten gesetzt werden, wenn man nicht Fehler im Datum annehmen will.*

**354.** *Edler Ulrich von Hohenbüchen gelobt, das Kl. Steterburg wegen der durch Bodo von Salder verkauften Güter in Beddingen nicht zu beunruhigen, und genehmigt, was in Betreff des Verkaufes der Güter von seinem Bruder Hoier, Domscholaster, bestimmt worden ist. Hildesheim 1273 (Dezember).*

*Aus dem Chron. Stederburg. S. 336 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**355.** *Das Domkapitel bestimmt über Wahl und Pflichten des Bischofs der Scholaren. Hildesheim 1273.*

Nos dei gracia Iohannes decanus totumque capitulum Hildensem ecclesie omnibus hoc scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Indempnitati ecclesie consulitur, quandocumque eiusdem paci et concordie intenditur et cum effectu in formam statuti redigitur quod ecclesie de prudentum virorum consilio creditur profuturum. Hinc est, quod considerata temporum varietate et personarum inspecta qualitate, cum singulis annis scolarium ecclesie nostre discors multitudo et multitudinis eorum discordia in electione sui episcopi materiam turbacionis nostre redivivo annali tempore generaret, nos super hoc diligenti habito consilio ita duximus providendum, ut absque omni dubitatione eligant scolares acolitum ecclesie nostre canonicum aliis suis concanonicis scolaribus in electione prebende priorem, ita videlicet, ut electus magistris, vicariis et scholaribus provideat per manum magistri maioris et aliorum suorum collateralium in servitio sex talentorum. Quod si idem electus aut amici sui usque ad festum beati Thome ista fieri minime procuraverint, fructus prebende ipsius electi dicto magistro maiori ad manus scolarii per scolasticum assignentur. Verum quia in hac parte nichil querimus quod sit nostrum, immo pro vitandis expensis servitium relinquimus quod erat nostrum, ne brevis hora cum gravi dampno ipsius electi et suorum victum longi temporis consumat, tam honestati quam utilitati consulere volentes, ne elemosina pauperum de servicio nobis debito penitus evanescat, ad obsequium beate virginis eandem commutantes statuimus, ut sepedictus electus capam aut casulam trium marcarum aut tres marcas puri argenti ecclesie nostre persolvat infra annum, alioquin fructus prebende sue per cellerarium usque ad solucionem debiti colligantur. Ad huius rei evidenciam presens statutum appensione sigilli nostri duximus roborandum. Actum Hildensem in capitulo nostro anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio.

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 41 Nr. 71 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 168 Nr. 345.*

**356.** *Arnold, Pfarrer in Alfeld, Gottschalk und Dietrich, Priester, und Floreco, Vogt des Bischofs daselbst, Zeugen der Urk., in welcher Bodo von Homburg dem Kl. Katlenburg den Zehnten des Dorfes Brunshausen überlässt. Alfeld 1273.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Katlenburg Nr. 29. Beschädigtes Siegel des Ausstellers.*

**357.** *Ritter Dietrich von Stockem verzichtet auf alles Recht an dem Walde genannt Rodung (novalis) gegenüber dem Kl. Marienrode. 1273.*

*Testes Lippoldus cantor de Antiquo foro, Ekbertus de Tossem senior, Iohannes de Wulvinge milites, und Bürger.*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 1012. Stark beschädigtes Siegel des Domkantors und Bruchstück des Siegels des Ausstellers an weissen Zwirnfäden. Gedr. Doebner, UB. I, S. 168 Nr. 344.*

**358.** *Das Kl. Heiningen bekundet, von Friedrich Templer zu dessen und seiner Frau Memorie viertelhalb Hufen in Altenrode erhalten zu haben. O. D. (1273—78).*

*Dei gratia F(redericus) prepositus, A(lheidis) priorissa totusque conventus in Heninghe universis presens scriptum inspecturis orationes et salutem in domino Ihesu Christo. Que geruntur in tempore de facili evanescent, nisi causa memorie oblivio rerum per scripti memoriam auferatur. Notum igitur sit universis hoc scriptum inspecturis, quod dominus Fredericus Templarius emit ecclesie nostre in Heninghe tres mansos et dimidium sites in Oldenrodhe pro xl marcis a domino Conrado milite de Werre solventes viii choros siliginis Goslariensis mensure, quos usus idem Fridericus post mortem suam deputavit perpetuo in cameram dominarum anniversarium ipsius et uxoris sue elemosinis et orationibus singulis annis devote peragendo. Ut igitur hec ordinatio firma et inconvulsa permaneat, sigillo domini abbatis sancti Egidii et prepositi de Stederborch<sup>1)</sup> et ecclesie nostre presentem paginam fecimus roborari.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 57. Siegel des Abtes zur Hälfte verloren, das des Propstes wenig beschädigt, das des Kl. Heiningen ganz abgefallen.*

<sup>1)</sup> *Or. Stereborch.*

**359.** *Dechant Heinrich des Moritzstiftes, vorher Propst in Steterburg, bekundet in der Entscheidung eines Streites zwischen seinem Nachfolger und dem Kloster einer- und dem Ritter Siegfried Schadewalt andererseits wegen gewisser Gerechtsame, dass derentwegen weder er noch das Kloster je angefochten worden sind. O. D. (um 1273—78).*

*Regest nach dem Copiar des Kl. Steterburg in Wolfenbüttel Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 109 Nr. 242, datiert nach dem Vorkommen des Dechanten Heinrich.*

**360.** *Bischof Otto, Dompropst Otto von Wölpe, Domdechant Gerhard und das Domkapitel in Minden übertragen dem Kl. Marienrode einen Hof in Jeinsen (Ieynhusen) mit Mühle, Fischerei in der Leine und sonstigem Zubehör, der zu den Tafelgütern des Bischofs gehört und welchen Graf Gerhard von Holstein ihm resigniert und dem Grafen Burchard von Wölpe überlassen hat, der ihn dem Kloster verkauft hat. Als Ersatz erhält die Mindener Kirche von Burchard das Dorf Wietzen mit der Kirche und allen Gütern. Minden 1274 Januar 19 (xiiii<sup>o</sup>. kalendas februarii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung Marienrode Nr. 39a und 39b. An beiden die wenig beschädigten Siegel des Bischofs an gelben, des Domkapitels und des Dompropstes an roten Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 64 Nr. 51. Regest Westfäl. UB. VI, S. 319 Nr. 1025, Zeitschrift 1887 S. 140 Nr. 159 und Dürre in Zeitschrift 1880 S. 47 Nr. 118. Vgl. auch die Resignationsurk. des Grafen Burchard von Wölpe für Bischof Otto in Ms. T 36 Vol. VI, S. 199 im Kgl. St.-A. zu Hannover, gedr. Würdtwein, Subs. dipl. XI, S. 64, Regest Westfäl. UB. VI, S. 318 Nr. 1024, woselbst das Weitere.*

**361.** *Erwählter Otto bekundet und genehmigt, dass Propst Johann von Steterburg auf eigene Kosten zwei Höfe und zwei Hufen in Dusnem von Ritter Johann von Salder kauft und dem Kloster überträgt, sodass von deren Zins seine Memorie gefeiert werde. Hildesheim 1274 Januar 23 (decimo kalendas februarii).*

*Testes huius rei sunt dominus Volradus prepositus montis sancti Mauricii apud Hildensem, magister Hogerus summe ecclesie scolasticus, dominus Lippoldus cantor, dominus Arnoldus de Werberch eiusdem ecclesie canonicus, dominus Wernerus forensis ecclesie plebanus, milites dominus Iohannes de Saldere et fratres sui dominus Bodo et Burchardus, dominus Iohannes de Saldere dictus Lenkenir, dominus Conradus marscalcus et frater suus dominus Ludolfus, Ludolfus de Drismenstede.*

*Nach dem Chron. Steterburg. S. 171 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**362.** *Erwählter Otto übereignet mit Zustimmung des Domkapitels dem Moritzstift den vierten Teil des Zehnten in Empne, den es von den Brüdern Konrad und Burchard von Elbe (Elvede) gekauft hat und den diese dem Grafen Ludolf von Wohldenberg und dieser wieder dem Aussteller aufgelassen haben. Hildesheim 1274 Februar 11 (iii. idus februarii).*

Huius rei testes sunt magister Iohannes decanus, Heydhenricus cellerarius, Volradus Montis prepositus, Volcquinus Goslariensis prepositus, Lippoldus cantor, Arnoldus de Werberg, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Wernerus plebanus, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Aschwinus de Stenberg, Aschwinus de Lutthere, Grubo de Stenberg, Sifridus de Rutenberg milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 37. Siegel des Erwählten und des Domkapitels. Regest Bode, UB. II, S. 235 Nr. 194.*

**363.** *Erwählter Otto bekundet, dass die Brüder von Elbe wegen des vierten Teiles des Zehnten in Empne, den das Moritzstift gekauft, Gewähr geleistet, sich verbürgt haben, dass der Bruder des Grafen Ludolf von Wohldenberg auf den Teil des Zehnten verzichtet, und zugleich mit anderen bei Strafe des Einlagers versprochen haben, das Stift wegen des Zehnten nicht zu belästigen. Hildesheim 1274 Februar 19.*

Otto dei gratia Hildensemensis electus presentibus recognoscimus et firmiter protestamur, quod Conrado et Borchardo fratribus dictis de Elvede constitutis coram nobis promiserunt fide data manualiter, quod quamdiu vixerint veri warandi erunt ecclesie montis sancti Mauricii Hildensemensi de quarta parte decime in Empne, quam . . prepositus, . . decanus et capitulum ipsius ecclesie ab eisdem fratribus compararunt. Ad hec dicti fratres eadem fide promiserunt, quod efficient usque ad mediam quadragesimam, quod iunior frater comitis Ludolfi de Woldenberg renunciabit eidem parti decime coram nobis. Ad maiorem vero certitudinem contractus huiusmodi Aschwinus de Stenberg, Sifridus de Rutenberg, Aschwinus de Lutthere, Thidericus de Piscina milites et Ludolfus de Borssem fide similiter manualiter prestita promiserunt tali mediante conditione, quod, si infra annum et diem aliqua placita contraria pro eadem parte decime suscitari seu moveri contingeret ecclesie iam dicte et ipsi fratres eandem ecclesiam minime warandarent, pretaxati fideiussores moniti civitatem Hildensemensem intrabunt inde non egressuri, quin predicta ecclesia

de sepedicta parte decime per eosdem fratres ad plenum fuerit expedita. Receperunt autem promissum tam a memoratis fratribus quam ab eorum fideiussoribus ex parte ecclesie hee persone Volradus prepositus, Heynricus decanus, Ludigerus scolasticus, Iohannes custos, Helembertus canonici sepedicte ecclesie, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Grubo de Stenberg milites. In huius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus communiri. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiiii., xi<sup>o</sup>. kalendas marcii presentibus Haltone maiore preposito, Arnolde de Werberg, preposito Conone canonicis Hildensemensibus, Wernero plebano et aliis compluribus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 38. Siegel des Erwählten.*

**364.** *Ritter Johan von Dahlum übereignet der Domkirche drei Hufen in Mahlum als Ersatz für den halben Zehnten in Klein-Freden, den der Erwählte Otto dem Kl. Wülfinghausen übertragen hat, und nimmt die Hufen vom Erwählten zu Lehn. Winzenburg 1274 März 4.*

Iohannes miles de Dalhem omnibus hoc scriptum auditoris eternam in domino salutem. Tenore presencium protestamur, quod nos proprietatem trium mansorum sitorum in Maldem de consensu heredum nostrorum Hildensemensi ecclesie contulimus in restaurum proprietatis medietatis decime in minori Wrethem, quam dominus noster venerabilis Otto Hildensemensis electus de consensu Iohannis decani et capituli eiusdem ecclesie contulit conventui in Wlvinghosen liberaliter propter deum, et mansos eosdem, quos prius proprios tenuimus, nunc ab ipso nostro domino in feodo obtinemus. Testes huius rei sunt Ascwinus miles de Stenberg, Ecbertus camerarius, Ludolfus miles de Kramme, Theodericus miles de Piscina, Hermannus de Gandersem et alii quam plures. Ut autem hoc factum nostrum perpetuo maneat invulsum, hanc litteram sigilli nostri appensione roboravimus ad cautelam. Data Wincenborch anno gratie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. iiii., in dominica Oculi mei.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 241. Siegel des Ausstellers fast zur Hälfte verloren.*

**365.** *Ascwin von Steinberg übereignet der Domkirche drei Hufen in Dehnsee (Dedenhusen) als Ersatz für den halben Zehnten in Klein-Freden, welche der Erwählte Otto mit Zustimmung des Dechanten Johann*

und des Domkapitels dem Kl. Wülfinghausen übertragen hat, und erhält die Hufen vom Erwählten nach Ministerialrecht. Winzenburg 1274 März 4 (in dominica Oculi mei).

Testes huius rei sunt Iohannes miles de Dalhem, Ecbertus camerarius, Ludolfus miles de Kramme, Teodericus miles de Piscina, Hermannus miles de Gandersem.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 242. Siegel des Ausstellers am Rande beschädigt. Mut. mut. ist die Urk. gleichlautend mit der vorhergehenden.*

**366.** *Erwählter Otto überträgt dem Kl. Wülfinghausen den Zehnten in Klein-Freden nach Resignation des Ritters Johann von Dahlum, von dem ihn das Kloster gekauft hat. 1274 März 15 (idus marcii).*

Testes huius rei sunt prepositus Volowinus de Swalenberghe, prepositus Cono, dominus Arnoldus de Werberghe canonici Hildensemenses, magister Bruno scriptor noster, Aschwinus de Stenberghe, Hermannus de Gandersem, Ecbertus camerarius, Ludolphus de Cramme, Theodericus de Piscina, Engelhardus de Nanekessen milites.

*Abchrift des 15. Jahrhunderts in Cop. III, 220, S. 11 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**367.** *Burchard von der Asseburg resigniert vier Hufen in Dorstadt, die Bertold von Dorstadt von ihm zu Lehn hat, auf Bitten des Bernhard von Hagen den Grafen von Wohldenbergr und überträgt sie dem Kl. Dorstadt. 1274 März 24 (in vigilia annunciationis).*

Huius facti testes sunt predictus nobilis Bernardus de Indagine et nobiles de Dorstat Frithericus et Woltherus et idem Iohannes miles de Wetelemestede, Conradus Holtniker, Iohannes de Veltstede, Henricus de Oldenthorp.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Beschädigtes Siegel des Ausstellers. Gedr. Asseburger UB. I, S. 247 Nr. 370. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 119 Nr. 264.*

**368.** *Propst Johann, Priorin (Bia) und Konvent des Kl. Derneburg verkaufen dem Johann von der Innerste (de Indistria), Kanoniker des Iohannisstiftes, eine Hausstätte in Drispennstedt für vier Hildesheimer Pfund. 1274 März 28 (quarta feria post festum palmarum).*

Testes huius rei sunt Odelricus scolasticus sancti Iohannis ecclesie, Iohannes plebanus de Detvorde sacerdotes, und Bürger.



*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 25. Unkenntliches Siegel des Propates und wenig beschädigtes des Konventes. Regest Doebner, UB. I, S. 169 Nr. 346.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**369.** *Das Kreuzstift überträgt den Meiern in Hoheneggelsen eine zinspflichtige Hufe in Himstedt. 1274 April 1 (?).*

Thidericus dei gratia prepositus, Ludolfus decanus et capitulum ecclesie sancte Crucis Hildensemensis omnibus presentem cartulam inspecturis seu etiam auditoris salutem in domino Ihesu Christo. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos mansum unum in parvo Heymstede situm habentem xxiii iugera et solventem nobis decem solidos Hildensemenses et unum modium tritici advocatie annis singulis ad prebendam Volperto et Hermanno villicis in Hon-ekkelsem et eorum legitimis heredibus conferimus iure perpetuo possidendum, cum ipsi de consensu et beneplacito nostro eundem emerint a Iohanne vulgariter dicto Bullek et suis legitimis heredibus pro quindecim talentis Hildensemensibus, qui predictum mansum in nostra presentia resignarunt. Adicimus tamen,<sup>1)</sup> ut predicti Volpertus et Hermannus in festo sancti Michahelis sine diminutione et dilatione qualibet predictum censum debitum aministrent. Testes huius emptionis<sup>2)</sup> sunt Ludolfus decanus, Waltherus custos, Iohannes Engelhardi sacerdotes, magister Godefridus, Ludolfus, Bertoldus scolasticus, magister Lippoldus, Gerardus diaconi, Iohannes Parvus, Balduwinus, Conradus, Thidericus subdiaconi et Conradus filius domini Burchardi, qui pro censu debito fideiussit. Ne igitur super hiis contingat in posterum dubi(tar)i, presens scriptum inde confectum sigillo nostro fecimus communiri. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup> xiiii<sup>o</sup> kalendas aprilis.<sup>3)</sup>

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 145, stark stockfleckig. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen abgefallen.*

**370.** *Bischof<sup>4)</sup> Otto erteilt allen, welche die Martinikirche in Halberstadt beim Neubau unterstützen, vierzig Tage Ablass. Lyon 1274 April 20 (ii. kalendas maii).*

*Or. im Stadtarchiv zu Halberstadt. Siegel verloren. Erwähnt Schmidt, UB. der Stadt Halberstadt I, S. 122, Anm. zu Nr. 141.*

<sup>1)</sup> *Or. tamem.* <sup>2)</sup> *Or. emptionis.* <sup>3)</sup> *Das Datum ist zweifelhaft, vor dem l scheint noch xx gestanden zu haben, was sich mit dem x nach dem l nicht vereinigen lässt. Nach Ausstellern und Zeugen gehört die Urk. in die Zeit von 1274.*

<sup>4)</sup> *Otto nennt sich hier zum ersten Male episcopus, hat also die Konfirmation vom Papste in Lyon erhalten.*



**371.** *Bischof<sup>1)</sup> Otto erteilt allen, welche die durch Unwetter schwer beschädigte Domkirche in Merseburg unterstützen, Ablass. Lyon 1247 Mai 8 (viii idus maii).*

*Or. in Merseburg. Gedr. Kehr, UB. des Hochstifts Merseburg (GQ. der Prov. Sachsen 36) S. 323 Nr. 390. In einer Urk. dieses Jahres ohne Tagesangabe aus Lyon erteilt Otto den Besuchern des Stiftes Werden vierzig Tage Ablass, Abschr. des 14. Jahrh. in Cop. B 59<sup>1</sup>/<sub>4</sub> fol. 39 a im Kgl. Staatsarchiv zu Düsseldorf.*

**372.** *Papst Gregor X. bestätigt dem Michaeliskloster seine Privilegien und Freiheiten. Lyon 1274 Mai 18.*

Gregorius<sup>2)</sup> episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii sancti Michaelis Hildensemensis ordinis sancti Benedicti salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessore nostris Romanis pontificibus per privilegia vel alias indulgentias monasterio vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus, principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo *u. s. w.* Si quis autem *u. s. w.* Datum Lugduni xv<sup>o</sup>. kalendas iunii, pontificatus nostri anno tertio.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, s. Michaelis Nr. 15. Bleibulle an rot-gelber geflochtener Seidenschnur. Auf der Rückseite: Epternacum und abbatii sancti Michaelis Hildens.*

**373.** *Die Grafen von Wohldenbergr verkaufen dem Kl. Lamspringe acht Hufen in Leremunde, die diesem das Stift Gandersheim übertragen hat, und entschädigen letzteres mit zehntehalb Hufen und dem Rodzehnten bei Wohldenbergr. Wohldenbergr 1274 Mai 28.*

Nos Burchardus, Hermannus, Waltherus et Heinricus comites et fratres de Woldenberge coram universis presentium inspectoribus per scripta presentia protestamur, quod nos de communi nostro consensu domino Gotfrido preposito et ecclesie sanctimonialium in

<sup>1)</sup> episcopus steht im Or. auf Rasur, was sehr bezeichnend, weil Otto eben erst bestätigt worden war. <sup>2)</sup> Verlängerte Schrift.

Lamspringe octo mansos in Leremunde legitime vendidimus cum omni utilitate, que est in viis et in<sup>1)</sup> inviis, agris, aquis, silvis, pascuis atque pratis perpetuo possidendos. Quorum bonorum proprietatem venerabilis nostra domina Margareta Gandersemensis abbatissa iam dicte ecclesie in Lamspringe contulit propter deum et nostrum supplicem interventum de sui conventus libera voluntate. Nos quoque bonis eisdem penitus renunciantes resignavimus ipsi nostre domine abbatisse ac in commutationem et eorum restaurum Gandersemiensi ecclesie proprietatem novem mansorum et dimidii cum decima novalis siti apud castrum Woldenberge bona contulimus voluntate recipientes hec bona in pheodo ab ipsa nostra domina abbatissa. Huius rei testes sunt comes Ludolfus de Insula, Aschwinus et Conradus fratres de Steinberge, Grubo, Boldewinus de Steinberge, Luppoldus de Vreden, Bruningus advocatus milites, Heidenricus de Hedeiereshusen cum suis filiis et plures alii. Nos etiam publice protestamur, quod omnis discordia, que inter ipsam ecclesiam in Lamspringe et nos fuerat, penitus est sopita. In cuius rei testimonium nos presentem litteram sigillo nostro fecimus roborari. Datum Woldenberge anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. iiiii<sup>o</sup>., v<sup>o</sup>. kalendas iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 36. Siegel des Grafen Hermann gut erhalten.*

**374.** *Äbtissin Margarete und der Konvent des Stiftes Gandersheim übereignen dem Kl. Lamspringe acht Hufen in Leremunde, welche die Grafen Burchard, Hermann, Walther und Heinrich, Söhne des Burchard von Wohldenber, ihm resigniert und dem Kloster verkauft haben, indem letztere von dem Kloster zehntehalb Hufen und den Rodzehnten beim Schloss Wohldenber im Tausch erhalten. Gandersheim 1274 Mai 28 (v<sup>o</sup>. kalendas iunii).*

Huius rei testes sunt Mechtildis Gandersemensis preposita, Luckardis decana, Mechtildis abbatissa sancte Marie Gandersemensis. Alheidis custos cum ceteris nostris dominabus et Iohannes de Wunstorp, Henricus de Wideshusen, Henricus et Volcquinus fratres de Paderburn, Gotfridus Gandersemenses canonici, Thidericus plebanus in Yerstse, comes Ludolfus de Insula, Aschwinus et Conradus fratres de Steinberg, Grubo et Baldewinus fratres de Steinberge, Luppoldus de Vreden, Bruningus advocatus milites, Hedenricus miles de Hedeiershusen.

<sup>1)</sup> in über der Zeile von anderer Hand nachgetragen.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 35. Beschädigtes Siegel der Äbtissin und Bruchstücke des Konventssiegels, das des Grafen von Wohldenbergh beschädigt. Regest Harenberg, Hist. Gandersh. S. 785.*

[www.nbtool.com.cn](http://www.nbtool.com.cn)

**375.** *Das Maria-Magdalenenkloster macht mit dem Kreuzstift eine Gebetsbrüderschaft. 1274 Juni 9.*

Honorabilibus dominis Th(iderico) preposito, L(udolfo) decano B(ertoldo) scolastico totique capitulo ecclesie sancte Crucis in Hildensem B(runo) dei gratia prepositus totusque conventus sanctimonialium sancte Marie Magdalene ibidem orationum suarum plenitudinem cum affectu. Quoniam, ut agit<sup>1)</sup> apostolus, omnes ante tribunal Christi stabimus, ut referat unusquisque prout gessit in opere, sive bonum sive malum, oportunum est, ut operibus misericordie preveniamus diem messisionis eterne. Igitur honestati vestre multimodis gratiarum referimus actiones, quoniam nobis et conventui nostro confraternitatem liberaliter contulistis. Nos vero digna consideratione pensantes ita, ut merita meritis suffragentur, vobis confraternitatem mutua vice liberaliter conferimus et participes vos facimus omnium bonorum, que in ecclesia nostra die noctuque ad honorem omnipotentis dei et ad laudem ac gloriam omnium sanctorum per ministerium nostrum fieri consueverunt. Actum anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. iii<sup>o</sup>., v<sup>o</sup>. ydus iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 142. Siegel des Konventes.*

**375 a.** *Bischof Otto erteilt allen Besuchern und Unterstützern des Heiligen-Geist-Hospitals in Hamburg vierzig Tage Ablass. Lyon 1274 Juni 17 (xv. kalendas iulii).*

*Or. im Besitz des Herrn Apotheker Bohlmann in Braunschweig. Siegel verloren.*

**376.** *Vidimus des Rates von Braunschweig über eine Urkunde, in welcher das Kreuzstift dem Braunschweiger Bürger Dietrich von Himstedt zwei Hufen in Bleckenstedt gegen einen jährlichen Zins überlässt. 1274 Juli 20.*

Honorabilibus viris et discretis dominis . . decano et capitulo sancte Crucis in Hildensem . . consules in Brunswic quicquid possunt servicii et honoris. Noveritis, quod vidimus et audivimus litteras vestras patentes tenoris et continencie infrascripte.

Theodericus dei gratia prepositus, Ludolfus decanus et capitulum ecclesie sancte Crucis Hildensemensis hiis omnibus, quibus hoc

<sup>1)</sup> *So das Or.*

scriptum fuerit exhibitum, salutem in domino. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos Thiderico de Heymstide civi Brunswicensi suisque legitimis heredibus duos mansos Blikkenstede sitos solventes xvi solidos minus duobus denariis annuatim iure hereditario porrigimus possidendos, ita tamen, quod ipse et sui heredes in festo Michaelis predictum censum persolvant sine occasione qualibet expedite. Huius rei testes sunt Ludolfus decanus, Waltherus custos, Iohannes Egelhardi sacerdotes, magister Godefridus, Ludolfus de Brunswic, Bertoldus scolasticus, Gerardus, Lippoldus diaconi, Hugo Parvus, Baldewinus subdiaconi et canonici sancte Crucis. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii<sup>o</sup>., xiii<sup>o</sup>. kalendas augusti.

Super quo discretionem vestram sincere rogamus, quatinus heredes ipsius Thiderici promoveatis in predictis bonis ubicumque possitis nostri servicii interventu.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 143. Geschlossener Brief. Siegel verloren. Auf der Rückseite: honorabilibus dominis . . decano et capitulo ecclesie sancte Crucis in Hildensem. Gedr. Hñselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 546 Nr. \*265.*

**377.** *Bischof Otto nimmt den Hof in Oedelum in seinen Schutz und verspricht dem Kl. Loccum, keinen Vergleich mit den Brüdern H(einrich) und H(ermann) Grafen von Wohldenberga einzugehen, ehe sie nicht ihre Ansprüche an den Zehnten in Oedelum aufgegeben haben. 1274 August 7 (in crastino Sixti).*

*Or. im Archiv des Kl. Loccum. Siegel verloren. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 220 Nr. 338. Graf Hermann entsagt seinen Ansprüchen in dems. Jahre, gedr. a. a. O. Nr. 340, Orig. Guelf. IV, S. 497, und im folgenden Jahre die Brüder Heinrich und Otto, gedr. v. Hodenberg a. a. O. Nr. 341, Scheidt, Vom Adel S. 520, ebenso Graf Ludolf v. W. in einer undatierten Urk., v. Hodenberg a. a. O. Nr. 342.*

**378.** *Die Grafen von Wohldenberga übertragen dem Kl. Lamspinge eine Hufe in Leremunde und ihren Verwandten für deren Zustimmung eine Hufe in Rhüden. 1274 August 15.*

Universis presens scriptum inspecturis B(urchardus) et Her(mannus) comites de Woldenberge salutem et omne bonum. Tenore presencium vestre notum sit universitati, de consensu omnium cognatorum nostrorum scilicet Hermanni, Henrici et fratris eius Ludolphi de Insula et fratrum eius mansum in Leremunde, qui omnium nostrum iuri deserviebat, domino Gotfrido preposito et ecclesie

sanctimonialium in Lamspringe contulisse. Ipsi cognati<sup>1)</sup> nostri omnes suo in eodem manso iuri<sup>2)</sup> renunciarunt, ut eisdem mansum quem in Ruden habuimus conferremus, quod et fecimus. Huius rei testes sunt Aschwinus et Conradus fratres de Stenberge, Grubo, Baldwinus de Stenberge, Luppoldus de Vreden, Bruningus advocatus milites, Heidenricus de Hedegereshusen cum suis filiis et plures alii. In cuius rei testimonium nos presentem litteram fecimus roborari. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx. iiii., infra assumptionem virginis Marie.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 37. Die Siegel der Grafen Hermann, Burchard und Ludolf von Wohldenberg beschädigt.*

**379.** *Papst Gregor X. nimmt das Bartholomäistift in seinen Schutz und bestätigt dessen Güterbesitz und Privilegien. Lyon 1247 September 10.*

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . preposito ecclesie sancti Bartholomei Hildesemensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.<sup>2)</sup> Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam sancti Bartholomei Hildesemensem abbatem proprium non habentem set per prepositum solitam gubernari, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus in primis siquidem statuantes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum in iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, quatuor mansos circa ipsam ecclesiam cum domibus, ortis, areis, terris, possessio-

<sup>1)</sup> *Or. cognoti.*    <sup>2)</sup> *iuri über der Zeile nachgetragen.*    <sup>3)</sup> *Bis hier verlängerte Schrift.*

nibus et omnibus pertinentiis suis, ius patronatus, quod habetis in ecclesia de Lulene, quinque mansos cum domibus, terris, possessionibus et pertinentiis suis et alia iura et redditus, quos in archidiaconatu de Lulene et ecclesiis ipsius archidiaconatus ecclesia vestra noscitur obtinere. Ecclesias de Lulene, de Lobeke, de maiori Senedhe et de Hottenem cum omnibus pertinentiis earundem, quas in proprios usus iuste et canonicè possidetis. Mansos, terras, areas, possessiones et universa iura, que in ipsarum ecclesiarum parrochiis obtinetis. Annum redditum centum modiorum annone, quem percipitis in duobus molendinis positis iuxta civitatem Hildesensem. In villa, que Arberge vulgariter nominatur, duodecim mansos cum quatuor areis et aliis pertinentiis suis et decimas, quas in eadem villa percipitis. In Hottenem decem et septem mansos cum novem areis et aliis pertinentiis eorundem et ius infeudandi, quod habetis in duobus mansis eiusdem loci. In Dillenem mansum unum cum area. In Lulene quinque mansos cum decima eorundem et sex areas, quas habetis ibidem. In Lobeke tres mansos cum area. In minori Lobeke mansum unum cum area. In Alegremissen tres mansos cum area et decima eorundem. In Luppenstede unum mansum. In Wetzende quadraginta iugera agrorum cum decimis, quas habetis ibidem. In Ummenem unum mansum. In minori Senedche mansum unum cum area. In Boltessem unum mansum. In Oslevissen unum mansum. In Lerede quadraginta iugera agrorum cum area et decimis, quas ibidem percipitis. In Eddesem tres mansos cum duabus areis. In Machtensem unum mansum cum area. In Schelerte unum mansum et in Embrike unum mansum. Terras, redditus et possessiones et universa iura alia, que in civitate et diocesi Hildesemensi ecclesia vestra noscitur obtinere, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem fas sit sine prepositi sui licentia de eodem loco nisi artioris religionis obtentu discedere, diacendentem vero absque communi litterarum vestrarum cautione

nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parrochie vestre, si eam habetis, nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis et episcopis, archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sunt aut etiam publice usurarii, nullus obsistat salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci preposito vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptione, astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris, si ad eos dumtaxat prepositi spectat electio, secundum deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ecclesie vestre concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus.<sup>1)</sup> Decernimus ergo, ut

---

<sup>1)</sup> *Or. communibus.*



nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, cetera omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia ac in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisque persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen.<sup>1)</sup>

(O. P.) Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus. (M.)

† Ego Symon tituli sancti Martini presbiter cardinalis ss.

† Ego Ancherus tituli sancte Praxedis presbiter cardinalis ss.

† Ego Symon tituli sancte Cecilie presbiter cardinalis ss.

† Ego frater Iohannes Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

† Ego Petrus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Vicedominus episcopus Penestrinus ss.

† Ego frater Petrus Ostiensis et Velletrensis episcopus ss.

† Ego Bertrandus Sabinensis episcopus ss.

† Ego Ottobonus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.

† Ego Iacobus sancte Marie in Cosmydin diaconus cardinalis ss.

† Ego Gottofridus sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis ss.

† Ego Ubertus sancti Eustachii diaconus cardinalis ss.

† Ego Matheus sancte Marie in porticu diaconus cardinalis ss.

Datum Lugduni per manum magistri Lanfranci<sup>2)</sup> archidiaconi Pergamensis sancte Romane ecclesie vicecancellarii iiii. idus septembris, indictione iii.,<sup>3)</sup> incarnationis dominice anno m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii<sup>o</sup>., pontificatus vero donni<sup>4)</sup> Gregorii<sup>5)</sup> pape x. anno tertio.

<sup>1)</sup> Die drei Amen in verlängerter Schrift. <sup>2)</sup> Or. Lafranci. <sup>3)</sup> Richtig ii.

<sup>4)</sup> So das Or. <sup>5)</sup> Gregorii in verlängerter Schrift.



*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim, Museum Nr. 15. Bleibulle an roten und gelben Seidenfäden. Unterschrift des Papstes von der Hand des Schreibers, davor der orbis pontificalis mit dem Spruch † per fice gressus meos in semitis tuis (Psalm 16, 5), dahinter das Monogramm. Die eigenhändigen Unterschriften der Kardinäle in drei Reihen, links die Kardinalpriester, in der Mitte die Kardinalbischöfe und rechts die Kardinaldiakonen. Gedr. Kuen, Collect. script. rer. eccles. V. S. 233. Regest Potthast 20916, Doebner, UB. I, S. 169 Nr. 347.*

**380.** *Papst Gregor X. fordert u. a. auch den Erzbischof (Werner) von Mainz und dessen Suffragane auf, in ihren Städten und Diözesen das Kreuz zu predigen und zur Befreiung des h. Landes aufzufordern, zumal jetzt, da die Unterstützung, die auf dem deshalb hauptsächlich berufenen Konzil jüngst beschlossen worden sei, guten Erfolg verspreche. Lyon 1274 September 17 (xv. kalendas octobris, anno tertio).*

*Gedr. mit obiger Adresse bisher nicht, aber Raynaldi, Ann. eccles. ad ann. § 40—42 die gleichlautende an den Erzbischof von York. Regest Westf. UB. V, S. 330 Nr. 698, Potthast, Reg. pont. 20920.*

**381.** *Herzog Johann von Sachsen und seine Brüder einigen sich mit ihrem Oheim, dem Bischof Otto, wegen des Schlosses Sachsenhagen. Bei Greningeswege 1274 Oktober 31.*

Nos Iohannes dei gracia Saxonie, Angarie, Westfalie dux burgraviusque Magdeburgensis presentibus recognoscimus, quod inter venerabilem dominum O(ttonem) Hildensemensem episcopum, carum avunculum nostrum, ex<sup>1)</sup> parte una et nos et . . fratrem nostrum ex altera mediante nobili viro comite Conrado de Werningerod hoc modo placitatum existit. Nos et frater noster dabimus eidem avunculo nostro pro expensis circa castrum Sassenhagen per eum factis trecentas marcas examinati argenti in pondere Goslariensi vel in recompensacione argenti examinati aliud argentum cuiuscumque generis in eo valore et quantitate, quod per id trecente marce examine perfecte valeant comparari, et insuper quatuor marcas examinatas superaddemus ad pondus. Idem avunculus noster tempore pagacionis monetarium suum transmittet Goslariam, qui ei eligat argentum et sibi examinato caveat in argento. Ad hec avunculus noster castrum Sassenhagen sicut hactenus servabit usque ad natale domini proximum nunc venturum et nos usque ad diem natale de pecunia predicta ipsum certificabimus; quod si fecerimus, castrum nobis representabit et usque ad festum purificationis nunc venturum

<sup>1)</sup> *Cop. et.*

habebimus inducias de pagacione pecunie supradicte. Verum si contingerit, quod usque ad natale domini predictum proximo venturum ipsum avunculum nostrum de memorata pecunia neque pagaremus neque certum alias<sup>1)</sup> reddemus, ad hoc noster accedit consensus et libera voluntas, quod ipse avunculus noster castrum Sassenhagen pro sepedicta pecunia obliget et exponat, caucione tamen accepta, quod nos et heredes nostri ipsum castrum possimus pro eadem pecunia sine dampno et difficultate qualibet rehabere. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro duximus roborandam. Testes sunt Volcquinus maior prepositus Hildensemensis, Cono prepositus in Alsborch, comes Ludolfus de Woldenberch, Ludolfus de Cramme, Iohannes camerarius, Lodewicus de Egeligeborstel, Conradus de Broke, Giselerus de Monechusen, Iohannes de Gatersleve, Tidericus de Warmesthorp, Everardus Kroch, Hermannus de Gummere, Tidericus de Hokele milites et alii complures. Actum apud Greningeswege in vigilia omnium sanctorum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxiii.

*Abchrift des 15. Jahrh. in Cop. VI. 11 S. 613 Nr. 1140 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. v. Aspern, Cod. dipl. Schauenberg. II, S. 242 Nr. 140, Treuer, Historie der Herrn v. Münchhausen, UB. S. 15. Regest Wippermann, Reg. Schaumburg. S. 95 Nr. 193.*

**352.** *Das Domstift überträgt dem Kreuzstift eine Hausstelle in der Kreuzstrasse. 1274 November 4.*

Volcuinus dei gratia prepositus, Iohannes decanus et capitulum ecclesie Hildensemensis omnibus hanc cartulam inspecturis seu audituris in vero<sup>2)</sup> salutari salutem. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos ob reverentiam ecclesie sancte Crucis et favorem personarum conversantium in eadem penultimam aream platee sancte Crucis, quam Edelerus pistor noster et sui legitimi heredes Henricus et Edelerus in manus nostras libere resignarunt, conferimus eidem ecclesie iure perpetuo possidendam, et maxime ad hoc, ut eandem inhabitet sacerdos, qui pro tempore a canonicis predictae ecclesie rite institutus fuerit ad vicariam a Ludolfo de Brunswich canonico sepedicte ecclesie pro remedio anime sue favorabiliter institutam. Ne igitur super hoc contingat imposterum dubitari, presens scriptum inde confectum sigillo ecclesie nostre duximus roborandum. Actum anno m. cc. lxxiv., pridie nonas novembris.

*Abchrift des 18. Jahrhunderts in Ms. 185 S. 59 im Museum zu Hildesheim.*

<sup>1)</sup> Cop. alies.    <sup>2)</sup> Cop. nostro.

**333.** *Hoier von Hohenbüchen (de Homboken), Domscholaster, und der Edele Ulrich von Hohenbüchen übertragen dem Kl. Steterburg den Sedelhof und den Kirchenpatronat in Beddingen. Braunschweig 1274 November 12 (pridie ydus novembris).*

Testes huius donacionis sunt dominus Arnoldus dictus de Werberge, dominus Bernardus dictus de Dorstat canonici Hildensemenses, comes Fridericus dictus de Bichelinge, comes Albertus de Everstene, dominus Fridericus et dominus Waltherus nobiles dicti de Dorstat, dominus Luthardus et dominus Burchardus nobiles de Meinersem, dominus Bernardus de Indagine, dominus Baldwinus et dominus Henricus milites et fratres dicti de Campe, dominus Ludolfus et Baldwinus de Wenden, dominus Iohannes de Saldere, dominus Gevehardus senior et iunior de Bortvelde, dominus Thidericus de Walmode, und Braunschweiger Bürger.

*Aus dem Chron. Steterburg. S. 166 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 120 Nr. 267. Obigen Verkauf bestätigt an demselben Tage Herzog Albert von Braunschweig vor den Erwählten Otto von Hildesheim und Konrad von Verden, dem Domherrn Albert von Wehrberg u. a., Chron. Stederb. S. 168, gedr. Scheidt, Vom Adel, Mantiss. S. 270. Vgl. oben Nr. 348.*

**334.** *Ritter Johann von Gladebeck überträgt dem Michaeliskloster eine halbe Hufe in Renshausen und entschädigt seine Lehnsherren, die Grafen von Eberstein, mit einer halben Hufe in Evensen. O. D. (zu 1274 Dezember 24).*

Noverint universi tam presentes quam futuri Christi fideles hoc presens scriptum visuri, quod nos Iohannes miles de Gladebeke et Alheydis uxor mea et Conradus de Elvede frater eius dimidium mansum in Reinolveshusen, quem a domino Ottone et domino Lodewico comitibus in Everstene in feodo habuimus, ecclesie sancti Michahelis in Hildensem reliquimus et iure hereditario perpetuo assignavimus libere possidendum. Predicti vero comites proprietatem eiusdem dimidii mansi sub hac forma predictae ecclesie contulerunt, videlicet quod ego Iohannes proprietatis mee in Evessen dimidium mansum in reconpensatione illius dimidii mansi eisdem comitibus assignavi et denuo ab ipsis iure feudali recepi. Unde ne quis in posterum hoc factum infringere possit, presentem paginam sepe dicte ecclesie sigillo nostro conferimus roboratam.

*Abchrift des 14. Jahrhunderts in Cop. VI, 75 fol. 68 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**385.** Die Grafen Otto und Ludwig von Eberstein überlassen dem Michaeliskloster das Eigentum einer halben Hufe in Renshausen (Reinolfeshusen), nachdem sie von dem bisherigen Lehnsträger, Johann von Gladebeck, mit ~~einer~~ halben Hufe in Evesen (Evesen) entschädigt worden sind. Holzminden 1274 Dezember 24 (in vigilia nativitatis domini).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 69. Die beiden Siegel an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen beschädigt. Regest v. Spilcker, Gesch. der Grafen von Eberstein, UB. S. 158.*

**386.** Die Brüder Bernhard, Domherr in Hildesheim, Arnold, Domherr in Magdeburg, Friedrich und Walther von Dorstadt genehmigen, dass ihr Bruder Konrad, Domherr in Halberstadt, eine Hufe in Nienhagen dem Halberstädter Domvikar Konrad von Cattenstedt für 34 Mark verkauft. 1274.

*Regest Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 395 Nr. 1291.*

**387.** Das Domkapitel bekundet, dass der Domscholaster Hoier als Archidiacon in Netlingen dem Propste des Maria-Magdalenenklosters den Patronat der Kirche in Otbergen übertragen hat. Hildesheim 1274.

Io(hannes) decanus et capitulum Hildensemensis ecclesie universis presentem paginam inspecturis salutem in domino. Tenore presentium profiteamur, quod de nostro beneplacito et consensu Hoyerus scolasticus ecclesie nostre nunc in Netheligen archidiaconus<sup>1)</sup> prepositum sororum sancte Marie Magdalene eiusque successorum ab obedientia, qua secundum privilegium prepositi Brunonis eiusque conventus tenebantur eidem, dimisit absolutos, ita quod qui prepositus pro tempore fuerit ius patronatus ecclesie in Otberge tantummodo retinebit et clericum ydoneum ad ipsam ecclesiam in Otberge archidiacono presentabit et admissus ab eo ipsam ecclesiam absque diminutione qualibet possidebit et loci archidiacono obedientiam faciet et in sinodalibus respondebit. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo capituli nostri et ipsius archidiaconi facimus communiri. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. iiii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 97. Beschädigtes Kapitelsiegel und gut erhaltenes des Scholasters.*

<sup>1)</sup> Or. archidianus.

**388.** Propst (Volrad), Dechant (Heinrich) und das Kapitel des Moritzstiftes bekunden, dass Bertold vom Hospitale dem Stifte eine Hofstätte und ein Haus zu Moritzberg (in nostra villa) zum Nutzen der Scholaren übertragen habe unter der Bedingung, dass seine Schwester Gertrud bei seinen Lebzeiten beides frei besitze und nach seinem Tode jährlich ein Pfund Wachs zahle, und dass Hermann Bäcker (Pistor) das Haus bewohnen dürfe. 1274.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 39. Beschädigte Siegel des Propstes, Kapitels, Dechanten und des Bertold. Gedr. Doebner, UB. I, S. 170 Nr. 348.

**389.** Graf Gerhard von Schaumburg resigniert dem Bischof Otto von Minden in dessen Gegenwart Güter in Jeinsen (Genhusen). Wunstorf 1274.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 38. Siegel an grünen Seidenfäden wenig beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 64 Nr. 50, v. Aspern, Codex dipl. Schauemb. II, S. 239 Nr. 138, Lucä, Grafensaal S. 785, Meibom, SS. rer. Germ. I, S. 540. Regest Wippermann, Reg. Schaumb. S. 94 Nr. 189, Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenb. Reg. und Urk. II, S. 195 Nr. 480, Zeitschr. 1887 S. 141 Nr. 158, Westfäl. UB. VI, S. 327 Nr. 1049.

**390.** Graf Wilbrand von Hallermund übereignet dem Kl. Marienrode eine Mühle bei Ahrbergen. 1274.

Universis Christi fidelibus, qui viderint presens scriptum, Willebrandus dei gratia comes de Halremunt se totum et dei et hominum gratiam invenire. Cum pro pudor humane sit conditionis, plurima sinistre intelligere et unusquisque rem proximi sui licet contra preceptum domini concupiscat, expedit, ut gesta in tempore scripti memoria perhennentur. Palam igitur esse volumus presentibus et futuris, quod nos de consensu et voluntate fratrum nostrorum Ludolfi et Cherhardi ceterorumque heredum nostrorum omnium damus ecclesie Novalis sancte Marie Cistercii ordinis Hildensemensis diocesis proprietatem molandini nostri prope Areberche, quam Ludolfus et Burhhardus fratres dicti de Kramme a nobis tenuerunt in pheodo, cum omni iure imperpetuum possidendam. Ut igitur hec larga donatio nostra pro remedio progenitorum nostrorum imperpetuum maneat inconvulsa, ipsam nostri sigilli karaktere contra omnium malignantium impetus firmissime roboramus. Testes clerici Wernerus plebanus et Bruno de Hardesem,<sup>1)</sup> miles Ekbertus kamerarius,

<sup>1)</sup> Or. Harlessem.

Iohannes de Therstede et Helmoldus Advocati, burgenses Conradus Burhhardi, Dhankwardus, Burhardus, Wedekindus fratres eius. Datum anno gratie m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>iiii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 144. Beschädigtes Siegel des Grafen an weissen Zwirnfäden. Auf der Rückseite von Hand des 14. Jahrh.: de molendino prope Arberche, wozu eine spätere Hand hinzufügte ad Bevelt. Gedr. nach Cop. ohne Zeugen Marienroder UB. S. 63 Nr. 49. Regest Doebner, UB. I, S. 170 Nr. 349, der die Echtheit der Urk. mit Unrecht anzweifelt.*

**391.** *Lehnsregister Luthards und Burchards von Meinersen. O. D. (um 1274).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 243. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 50 ff. Nr. 79. Auszüge Asseburger UB. I, S. 248 Nr. 374.*

**392.** *Johann (von der Innerste?), Kanoniker des Kreuzstiftes, teilt dem Scholaster Bertold mit, dass er den geheimen Auftrag nicht ausführen könne, und bittet um Zusendung einiger Kanoniker zur Weiterführung der Sache. O. D. (1274—96).*

Discreto ac litterato viro domino Ber(toldo) sancte Crucis in Hildensem scolastico Io(hannes) eiusdem ecclesie canonicus se ad omnia paratum. Litteris vestris perlectis inveni, vos in uno crure lesum, pro quo non mediocriter sum turbatus, sed quamvis negotium a vobis michi commissum quasi sub clave confessionis adhuc solus egerim, tamen, si debito modo debet terminari, oportet, quod ad lucem producat. Unde rogo, quod aliquos discretos viros ex dominis nostris sive alios transmittatis, ut si aliquid neglectum fuerit michi omnimodis non imputetur; alioquin inceptum negotium non potest terminari; puto etiam ex quo sub nomine ecclesie debemus placitare, quod utile sit, quod pandens procuratorium sub sigillo ecclesie ad idem negotium transmittatis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 25, geschlossener Brief, Siegel und Befestigung verloren.*

**393.** *Bischof Otto befreit das Michaeliskloster gegen einmalige Zahlung von 100 Mark von der Verpflichtung, ihn mit seinem Gesinde jährlich eine Woche zu unterhalten. Hildesheim 1275 Januar 11.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen.<sup>1)</sup> Otto dei gratia Hildenshemensis<sup>2)</sup> episcopus. Etsi ea, que publicis instrumentis frequencius roborari videmus, obtinent firmitatem, potissime tamen que pro necessitate fiunt robur habere debent perpetue firmitatis.

<sup>1)</sup> *Verlängerte Schrift A B.*    <sup>2)</sup> *Hildensem. B.*

Hinc est, quod ad noticiam tam presencium<sup>1)</sup> quam futurorum cupimus pervenire, quod communicato consilio prelatorum nostrorum et capituli nostri illud debitum, quod nos et predecessores nostri in ecclesia sancti Michaelis<sup>2)</sup> in Hildenshem<sup>3)</sup> hactenus<sup>4)</sup> habuimus videlicet in recipiendo<sup>5)</sup> ibidem necessaria<sup>6)</sup> victualium cum tota familia nostra singulis annis per<sup>7)</sup> unam septimanam pro magna necessitate ecclesie nostre commutavimus in summam scilicet centum marcarum examinati argenti huiusmodi debitum eidem ecclesie in perpetuo relaxando. Ne autem hoc factum nostrum<sup>8)</sup> ulli veniat in dubium neve ab aliquo successorum nostrorum valeat irritari, nos pro auctoritate nostra et consensu capituli nostri presentem paginam inde confectam sigillis nostro et capituli nostri roboravimus et ad superhabundantem cautelam et maiorem evidenciam . . prepositi et . . decani ecclesie nostre necnon ecclesiarum montis sancti Mauricii et ibidem prepositi, sancte Crucis et<sup>9)</sup> ibidem . . prepositi sanctique Godehardi et ibidem . . abbatis, capitulorum et prelatorum sigillis procuravimus roborari. Testes huius rei sunt Volcquinus de Swalenberge<sup>10)</sup> maior prepositus, magister Iohannes decanus, Volradus Montis prepositus, Theodericus<sup>11)</sup> prepositus sancte Crucis, Hedhenricus cellerarius, Lippoldus cantor, magister Leo, Wernerus plebanus, Bernardus<sup>12)</sup> de Dorstat, Arnoldus de<sup>13)</sup> Werberge, Cono prepositus in Alsborg,<sup>14)</sup> Volcmarus<sup>15)</sup> de Monte, Hoyerus<sup>16)</sup> de Alta fago scolasticus, Otto de Eversten, Hermannus de Dasle, Iohannes de Medem, Iohannes<sup>17)</sup> de Asseburg, Iordanus de Wenthusen canonici Hildenshemenses,<sup>18)</sup> Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Hermannus de Gandershem,<sup>19)</sup> Theodericus<sup>20)</sup> de Stochem, Ecbertus<sup>21)</sup> de Tossem, Henricus dictus Grubo et Boldewinus fratres de Lapideo monte, Henricus de Bernigerodhe, Albertus et Iohannes de Wulvinghe milites et alii quam<sup>22)</sup> plures. Actum et datum Hildensem anno domini millesimo ducentesimo<sup>23)</sup> septuagesimo quinto, tercio<sup>24)</sup> idus ianuarii, pontificatus nostri anno primo, confirmationis vero undecimo.

<sup>1)</sup> presentium B.    <sup>2)</sup> Michaelis B.    <sup>3)</sup> Hildensem B.    <sup>4)</sup> hactenus *fehlt* B.  
<sup>5)</sup> in exhibendo nos B.    <sup>6)</sup> necess. vict. *fehlt* B.    <sup>7)</sup> in septimana communi B.  
<sup>8)</sup> nostrum *fehlt* B.    <sup>9)</sup> et ibid. prepos. *fehlt* B.    <sup>10)</sup> Svalenberge B.    <sup>11)</sup> Theod.  
— Crucis *fehlt* B.    <sup>12)</sup> Bernardus de Dorstad *nach* Arn. de Werb. B.    <sup>13)</sup> de  
*über der Zeile nachgetragen* A.    <sup>14)</sup> Alsborch B.    <sup>15)</sup> Volc. de Monte *fehlt* B.  
<sup>16)</sup> Hoyerus B.    <sup>17)</sup> Joh. — Wenth. *fehlen* B.    <sup>18)</sup> Hildensem. B.    <sup>19)</sup> Ganderssem B.  
<sup>20)</sup> Thidericus de Stockem B.    <sup>21)</sup> Die von hierab genannten Zeugen *fehlen* B.  
<sup>22)</sup> conplures B.    <sup>23)</sup> cc. lxxv. B.    <sup>24)</sup> iii. B.



*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Schreibern, Michaeliskl. Nr. 70a (A) mit 10 Siegeln an roten und gelben Seidenschnüren, und Nr. 70b (B) mit 9 Siegeln an gleicher Befestigung. Regest Doebner, UB. I, S. 171 Nr. 350.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**394.** *Bischof Otto bestätigt dem Propste und Konvente des Kl. Katlenburg den Besitz der Kirche in Wedtlenstedt, indem er aus den Einkünften der Kirche dem Vikar daselbst einen angemessenen Anteil bestimmt. Hildesheim 1275 Januar 16 (xvii. kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo, confirmationis vero xi<sup>o</sup>).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Crucis, in doppelter Ausfertigung. Siegel des Bischofs sehr gut erhalten an roten und gelben Seidenfäden. Gedr. Braunschw. Anzeig. 1745 S. 1723.*

**395.** *Graf Ludolf vom Werder entsagt allen Ansprüchen auf Güter in Farmsen zu Gunsten des Maria-Magdalenenklosters. Hildesheim 1275 Januar 20.*

Universis hanc litteram inspecturis Ludolfus comes de Insula et sui heredes simul et fratres salutem in filio virginis gloriose. Tenore presencium pupplice protestamur, quod ab actione, quam habuimus contra prepositum et conventum sancte Marie Magdalene in Hildensem super quibusdam agris sitis in Vermersem penitus cessamus et iuri nostro cedimus, si quid in eis habuimus, instancia precum proborum virorum et precipue propter deum. Ne igitur processu temporis successoribus nostris de hiis contra predictum conventum detur occasio litigandi, presens scriptum eidem contulimus sigilli nostri karactere roboratum. Testes huius rei sunt prepositus W(olquinus) maioris ecclesie dictus de Svalenberge, Ernestus pincerna dictus de Megenberge, Boldwinus de Stenberge milites et Hermannus filius comitis Borchardi de Woldenberge, Albertus de Damnone et Conradus filius Borchardi et Borchardus frater eius et Henricus dictus Bocfel et alii quam plures. Acta sunt hec in Hildensem in curia prepositi maioris eiusdem civitatis anno incarnati verbi m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxv<sup>o</sup>., in die beati Sebastiani martyris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 98. Rundes Siegel des Ausstellers, Helm mit Adlerflug: † S. COMITIS . LVDOLFI . DE . WOLDENBERG. Regest Doebner, UB. I, S. 171 Nr. 351.*

**396.** *Die Grafen Burchard, Hermann, Walther und Heinrich, Söhne des Burchard von Wohldenberg, übereignen in Gegenwart des Bischofs Otto dem Maria-Magdalenenkloster eine Hufe in Dingen*



(Dunghem), die das Kloster von Dietrich von Dahlum (Dalem) gekauft und dieser ihnen aufgelassen hat. Hildesheim 1275 Januar 24 (in vigilia conversionis sancti Pauli).

Testes huius facti sunt comes Wedekindus et Meneko comes de Sladem, Liodolfus comes de Insula, Ernestus miles dictus de Megenberch, Henricus miles dictus Rasehorn, Conradus Svaf.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 99. Siegel des Burchard verloren, das des Hermann gut erhalten.*

**397.** Die Brüder Heinrich und Otto, Grafen von Wohldenberg, verzichten auf den Zehnten in Oedelum, nachdem Bischof Otto, Dompropst Volquin und Propst Volrad des Moritzstiftes ihnen ihre Ansprüche als unrechtmässig nachgewiesen haben, und verzichten nach Empfang von 25 Mark durch das Kl. Loccum auf den Ersatz des Schadens, den ihnen ihr Bruder Hermann zugefügt hat. 1275 (Februar 13).

Huius rei testes sunt Arnoldus de Werberge, Bernhardus de Dorstat, Cono prepositus de Olsborch, Wernherus plebanus canonici, Ludolphus et Conradus frater suus filii comitis Hermannii, Burchardus et Hermannus frater suus filii comitis Burchardi comites de Woldenberge, Hermannus de Gandersem, Conradus de Elvethe et filius suus Conradus milites, Iordanis de Ylten, Hermannus de Alegrimesen, Hermannus de Thinclare, Henricus de Rothorpe famuli.

*Or. im Archiv zu Loccum. Zwei unerkennbare Siegel an weissen Hanffäden. Gedr. Scheidt, Vom Adel, Mantiss. S. 520, v. Hodenberg, Calenberg. UB. III, S. 222 Nr. 341. Die sonst gleichlautende Urk. der Grafen Ludolf und Konrad, gedr. Scheidt S. 521, und der Grafen Burchard und Heinrich, ebenfalls im Or. im Archiv zu Loccum erhalten, beide erwähnt v. Hodenberg a. a. O.*

**398.** Bernhard von Dorstadt, Domherr, übergibt mit Zustimmung seiner Brüder Arnold und Konrad, Kleriker, Friedrich und Walther, Ritter, vier Hufen in Watenstedt bei Barum dem Blasiistift in Braunschweig zur Feier der Memorie seiner Grosseltern Bernhard und Adelheid, seines Vaters Konrad und seines Bruders Arnold. Braunschweig 1275 Februar 24 (in die Mathie apostoli).

Huius rei testes sunt dominus Bernhardus de Indagine, dominus Borchardus de Meinersheim nobiles, Lippoldus de Wenthusen, Baldwinus et Henricus de Campo fratres, Ludolfus de Weverlinge, Iohannes de Wetelemestede, Bertoldus de Godenstede et Gevehardus Ludolfi filius de Bortfelde milites.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Blasii Nr. 74 mit fünf gut erhaltenen Siegeln, nach denen Arnold Domherr in Magdeburg und Konrad Archidiacon in Atzum (Atlevese) ist.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**399.** *Bischof Otto bekundet, dass Ritter Heinrich von Wallmoden, sein Ministerial, drei Hufen in Gronstede mit Zustimmung seiner Frau, zu deren Mitgift sie gehören, und mit Willen der Ritter Razo von Gustedt und Gerhard Gos dem Kl. Neuwerk bei Goslar verkauft hat. Lutter 1275 März 23 (x. kalendas aprilis).*

Huic protestationi aderant Ecbertus camerarius, Hermannus de Ganderssem, Ludolfus de Cramme, Bruno Crevet, Iohannes de Maldem milites, Hogerus de Mandere, Conradus de Knistede famuli.

*Or. in der Beverinischen Bibl. zu Hildesheim. Siegel des Bischofs. Danach gedr. Bode, UB. II, S. 250 Nr. 213, nach Cop. gedr. UB. des histor. Vereins für Niedersachsen I, S. 39 Nr. 36.*

**400.** *Domherr Ludolf von Hallermund, Bruder des Grafen Wilbrand, unter den Zeugen der Urk., in welcher Ritter Johann von Adensen bekundet, dass Ritter Heinrich von Ahrbeck dem Kl. Marienwerder zwei Hufen Landes und eine Hausstelle in Velber verkauft hat. Schloss Hallermund 1275 März 23 (sabato ante Letare).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienwerder Nr. 59 mit stark beschädigtem Siegel. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VI, S. 39 Nr. 51.*

**401.** *Graf Meiner von Schladen bekundet den Verkauf eines Hofes in Dorstadt an das Kloster daselbst durch Konrad Botel und Christian. Schladen 1275 März 31.*

Nos dei gratia Meinerus comes de Sladem tam presentibus quam futuris vobis notum esse recognoscimus, quod Conradus Botel et Kerstianus curiam in Dorstat clauastro ibidem pro tribus marcis examinati argenti reliquerunt libere possidendo. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum. Datum Sladem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. septuagesimo quinto, in die dominica Iudica.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**402.** *Bischof Otto erteilt denen, welche an den jährlichen Prozessionen beim Umhertragen der Reliquien der h. Jungfrau nach einigen benachbarten Dörfern Teil nehmen, zwanzig Tage Ablass. Hildesheim*

1275 April 4 (ii. nonas aprilis, pontificatus nostri anno primo, confirmationis vero undecimo).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 214. Bruchstück des bischöflichen Siegels an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Krätz, Der Dom zu Hildesheim III, Anh. Nr. 4, Doebner, UB. I, S. 171 Nr. 352.*

**403.** Herzog Johann von Braunschweig übereignet dem Maria-Magdalenenkloster eine ihm resignierte Hausstätte in Otbergen. Hannover 1275 April 5.

Dei gratia nos Iohannes dux de Brunswich recognoscimus per presentes, quod proprietatem cuiusdam aree site in villa Otberghe, quam Thidericus miles dictus de Tossum a nobis tenuit, conventui monialium penitencium ecclesie beate Marie Magdalene in Hildensem contulimus pure et simpliciter propter deum. Super quo presens scriptum ipsis conscribi fecimus sigillo nostro roboratum. Datum Hanovere anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>v<sup>o</sup>., in sexta feria ante palmas.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 100. Siegel des Ausstellers wenig beschädigt.*

**404.** Konrad, Marschall von Hildesheim, unter den Zeugen der Urk. des Herzogs Johann von Braunschweig betr. Schenkung zweier Höfe in Stöcken an Kl. Marienwerder. Hannover 1275 April 5 (sexta feria ante palmas).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienwerder Nr. 40 mit dem Siegel des Herzogs. Gedr. Gebauer, Leben Richards S. 509, v. Hodenberg, Calenberger UB. VI, S. 40 Nr. 52.*

**405.** Dompropst Volquin, Domdechant Johann und das Domkapitel übertragen der Kapelle des h. Stephan eine dabeiliegende Hausstelle zur Erbauung einer Priesterwohnung mit der Bestimmung, dass der Priester jährlich einen Schilling zur Beleuchtung der h. Maria im Chore entrichte und die Quelle auf der Hausstelle rein halte. Hildesheim 1275 April 6 (viii<sup>o</sup>. idus aprilis).

Acta sunt hec — — per venerabiles dominos V(olquinum) prepositum nostrum, Io(hannem) decanum, V(olradum) montis sancti Mauricii prepositum, H(eidhenricum) cellerarium, H(ogerum) scolasticum et Iordanum ecclesie nostre canonicum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 245. Siegel des Domkapitels und der genannten sechs, meistens beschädigt. Gedr. Doebner, UB. I, S. 172 Nr. 353.*

**406.** *Bischof Otto bestätigt den Knochenhauern den Ausschluss der Wurstmacher und Schlüsselträger von ihrem Amte. Hildesheim 1275 April 8 (vi<sup>o</sup>. idus aprilis).*

*Gedr. nach Copie Doeberner, UB. I, S. 173 Nr. 354.*

**407.** *Die Grafen von Wohldenberg bestätigen der Domkirche die von ihrem (†) Vater dem Domherrn Bernhard von Dorstadt zu Gunsten des Andreasaltars im Dom verkauften 96 Morgen in Heinde. Hildesheim 1275 April 19.*

Hermannūs, Henricus et Otto comites de Waldenberche omnibus presentes litteras visuris salutem in domino. Noverint universi, quod pater noster comes Henricus pie recordacionis vendidit nobili viro domino Bernardo de Dorstat Hildensemensis ecclesie canonico nonaginta sex iugera sita in villa Henede cum pascuis, pratis, silvis et aliis quibuslibet annexis cum omni utilitate et proprietate ad altare beati Andree in ecclesia maiori per sacerdotem dicti altaris et vicarium eiusdem ecclesie perpetue possidenda. Cui vendicioni et empcioni tunc consensimus, sicut in litteris patris nostri felicis memorie plenius continetur. Nunc autem recognoscentes protestamur eadem bona absque omni onere advocacie seu cuiuslibet exaccionis gravamine pertinere debere liberaliter ad ecclesiam supradictam. Testes huius sunt comes Meynerus de Sladem, dominus Wolradus prepositus montis sancti Mauricii Hildensem, dominus Arnoldus de Werreberche et alii complures. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillis nostris duximus roborandum. Ego Otto quia sigillum non habeo, sigillis fratrum meorum sum contentus. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxv<sup>o</sup>., xiii<sup>o</sup>. kalendas maii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 246. Die beiden Siegel beschädigt.*

**408.** *Die Grafen von Blankenburg entschädigen den Bischof Otto für Güter in Holtempnedetvorde durch das halbe Dorf Selekenvelde und Güter in Grasdorf. 1275 April 21.*

Nos Sifridus et Henricus comites de Blankenburg tenore presentium notum esse volumus omnibus et constare, quod nos venerabilem dominum Ottonem episcopum Hildensemensem et ecclesiam suam cupientes reddere indempnes de proprietate decem mansorum et duorum molendinorum in Holtempnedetforde sitorum per ipsum dominum episcopum monasterio sancti Borhardi extra muros Halber-

stat et nobis liberaliter collata in restaurum huiusmodi proprietatis ego comes Sifridus proprietatem medietatis ville in Selekenvelde cum omni iure et utilitate intra et extra villam in agris et in areis, pascuis et in silvis, decima et iure patronatus ecclesie eiusdem ville dumtaxat exceptis, de consensu comitis Henrici, Hermanni Halberstadtensis canonici, Borchardi canonici Magetburgensis et Sifridi canonici Hildensemensis ecclesie, etiam Iohannis filiorum meorum omniumque heredum meorum eidem domino episcopo et ecclesie sue confero perpetuo possidendam. Ego vero Henricus comes proprietatem quinque mansorum in Gravestorpe sitorum cum omni iure et utilitate intra et extra villam in agris et in areis, pascuis et in silvis de consensu fratrum meorum predictorum necnon Sifridi et Henrici filiorum meorum omniumque heredum meorum dicto domino episcopo et ecclesie sue iam dicte confero inperpetuo possidendam, ita quod ego comes Sifridus meique heredes hec bona ab eodem domino episcopo et suis successoribus iure teneamus pheodali. In cuius nostre collationis tenore presentem paginam sigillis nostris roboratam sepe dicto domino episcopo et sue ecclesie duximus conferendam. Testes huius collationis sunt dominus Volcwinus prepositus maior Hildensemensis, dominus Volradus prepositus montis sancti Mauricii Hildensem, Hogerus scolasticus, Wernerus plebanus, Otto de Eversten, Bernardus de Dorstat, Arnoldus de Werberg, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Gevehardus de Eversten canonicus Magdurgensis, Hermannus et Henricus comites filii comitis Henrici de Woldenberge, comes Ludolfus filius comitis Hermanni de Woldenbergo,<sup>1)</sup> Borchardus et Hermannus filii comitis de Woldenberge, dominus Orlicus de Honboken, Hermannus de Gandersem, Theodericus de Stockem, Henricus de Cattenstede milites et alii quam plures. Datum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, undecimo kalendas maii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 247. Runde Siegel des Siegfried und des Heinrich, wenig beschädigt. Gedr. v. Heinemann, Cod. Anhalt. II, S. 329 Nr. 456 nach Copie, Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. St.-A. XXI) S. 399 Nr. 1298 nach dem Or. Erwähnt Schmidt, UB. der Stadt Halberstadt I, S. 125 Anm. zu Nr. 144a.*

**409.** *Bischof Otto schenkt dem Jakobikloster bei Halberstadt fünf Hufen in Holtempnedetforde, die ihm die Grafen Siegfried und*

<sup>1)</sup> *So das Or.*

*Heinrich von Blankenburg aufgelassen haben. 1275 April 23 (ix. kalendas maii).*

Testes huius donationis sunt Volwinius prepositus maior Hildensemensis, Volradus prepositus montis sancti Mauricii, Hogerus scolasticus, Wernerus plebanus, Otto de Eversten, Bernardus de Dorstat, Arnoldus de Werberg, Cono canonici Hildensemenses, Gevehardus de Eversten canonicus Megetburgensis, Hermannus et Henricus comites filii comitis Henrici de Woldenberge, comes Ludolfus filius comitis Hermanni de Woldenberge, Burchardus et Hermannus filii comitis (Iohannis) de Woldenberge, dominus Olricus de Honboken, Hermannus de Gandersem, Theodericus de Stockem, Henricus de Cattenstede milites.

*Gedr. nach Abschrift auszugsweise Schmidt, UB. der Stadt Halberstadt I, S. 124 Nr. 144a. Hierzu gehört wohl auch Nr. 172, in der Bischof Otto 1282 noch als lebend bezeichnet wird.*

**410.** *Bischof Otto bekundet die Beilegung eines Streites zwischen der Kirche in Bokenem und einigen Kapellen wegen des Parochialrechtes. Hildesheim 1275 April 24.*

Otto dei gratia Hildensemensis episcopus universis presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ut memoria rerum gestarum nullis erroribus subvertatur, placuit adhiberi testimonium litterarum. Hinc est, quod, cum inter ecclesiam Bokenem et quasdam capellas eiusdem parrochie super quodam iure parochiali orta fuerit quedam materia dissentionis, que cum diucius ventilata fuisset et prudentum virorum consilio diligenter examinata, presidente iudicio magistro Iohanne nostre ecclesie decano et in Bokenem archidiacono, tandem cum multa instancia obtentum fuit, ut milites et satellites ministeriales, qui in hoc negocio precipui videbantur, se committerent dicto decano et aliis dominis prelatiis et canonicis maioris ecclesie eidem assidentibus illa vice, ut quicquid iuris esset sentencialiter diffinirent. Prefatus vero decanus domini Volcquini prepositi, Hedhenrici cellerarii, Hogeri scolastici, Lippoldi cantoris et aliorum prudentum habito consilio sentenciando pronunciavit, ut milites et alii militares, qui domicilia habent in villis predictarum capellarum, in festo pasche<sup>1)</sup> carnes suas et in festo purificationis candelas suas et in festo assumptionis herbas suas in capellis predictarum villarum benedici

<sup>1)</sup> Or. pache.

faciant, ceteri vero plebei pro huiusmodi ad suam matricem ecclesiam transeant, confessiones plebano matricis ecclesie faciant et sacramenta ecclesie omnia ibidem recipiant, et hoc predictorum militarium familia cum aliis plebeis prenominate in sacramentis ecclesie cum omni iure, quod debetur parrochie, observabit. Verum quia hec sententia iuris et de iure est, ipsam ratam et firmam esse volumus et inviolabiliter observari. Unde presentem cartulam nostro et prelatorum nostrorum, qui dicto negotio interfuerunt, sigillis fecimus communiri. Testes sunt Ernestus pincerna, Ecbertus Niger de Tossem, Thidericus de Stockem, Thidericus de Piscina, Hedhenricus de Hergershusen milites et alii complures. Actum in capitulo nostro anno domini millesimo cc. lxxv., viii. kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo.

*Or. im Pfarrarchiv zu Bockenem. Die sieben Siegel von den Pergamentstreifen verloren. Gedr. Lüntzel, Ältere Diözese S. 405 nach fehlerhafter Abschrift, und Buchholz, Gesch. von Bockenem, UB. S. 156.*

**411.** *Das Kreuzstift bekundet über die Verwendung eines Legates des verstorbenen Vikares Reinher. 1275 Mai 2.*

Theodericus dei gratia prepositus, Ludolfus decanus et capitulum ecclesie sancte Crucis Hildensemensis omnibus hanc cartulam inspecturis seu etiam auditoris salutem. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod bone memorie magister Reyherus quondam vicarius noster pro remedio anime sue ecclesie nostre legavit quindecim talenta Hildensemensia, que solvimus ad altare domine nostre, ubi ea mutuo accepimus in necessitatis articulo constituti, pro quibus ex consensu et consilio honorabilium virorum domini L(ippoldi) maioris ecclesie cantoris et domini B(runonis) parrochiani in Hardsessem testamentariorum ipsius de septem mansis indecimalibus Elvede sitis unum talentum perpetuo dari decrevimus anuatim, cuius medietas canonicis et omnibus vicariis nostris presentibus tantum et observantibus stationem in festo sancti Godehardi in monasterio ipsius equaliter dividetur, reliqua vero medietas fratribus et omnibus vicariis nostris presentibus et absentibus in aniversario predicti magistri R(eyheri) solempniter peragendo similiter dividetur, ita ut in statione et aniversario inter canonicos et vicarios currant equaliter portiones. Ne igitur super hiis contingat in posterum dubitari, presens scriptum inde confectum sigillo ecclesie nostre duximus roborandum. Actum anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxv<sup>o</sup>., vi<sup>o</sup>. nonas maii.



*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 36. Bruchstück des Konventssiegels. Regest Doebner, UB. I, S. 173 Nr. 355.*

**412.** *Rat und Gemeinde der Stadt Rostock bevollmächtigen Eberhard, vormals Pfarrer in Lambrechtshagen, jetzt Mitglied der Bruderschaft vom h. Geist in Rostock, die Gelder einzusammeln, welche in Folge erzbischöflicher und bischöflicher Ablassbriefe (darunter der des Bischofs Otto mit vierzig Tagen) zur Vollendung des im Bau begriffenen Heiligen-Geist-Hospitals in Rostock eingehen möchten. Rostock 1275 Mai 22 (in vigilia ascensionis).*

*Gedr. Mecklenburg. UB. II, S. 514 Nr. 1361.*

**413.** *Bischof Otto überträgt den Altären der Heiligen Johann des Täufers und Martins des Bekenner in der Kreuzkirche ihm resignierte Güter in Klein-Förste. 1275 Mai und Juni 24.*

Otto dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus in Christo sancte et pie viventibus cum oratione devota salutem in hoc seculo et gloriam in futuro. Quoniam eo studio, quo sengnis<sup>1)</sup> oblivio excluditur, eodem quoque studio tenax memoria includitur rebus gestis, notum esse volumus presentibus et futuris, quod, cum Otravonus et Conradus fratres dicti de parvo Vorsete a magistro Godefrido ecclesie sancte Crucis canonico xl et tria talenta Hildensemensium recepissent, post modicum temporis intervallum nostro conspectui asistentes xxxvii iugera in eadem villa Vorsete iacencia, que ad se proprietatis titulo pertinere dicebant, in manus nostras absolute et libere resignantes nobis benigno animo humiliter supplicabant, ut eadem (xx)xvii iugera cum area illis anexa altari sancti Iohannis baptiste et altari beati Martini pii confessoris ecclesie sancte Crucis de benignitate nostra conferre velle(mus lib)eraliter propter deum. Nos vero eorum precibus ad nos fuis benigno affectu occurrere<sup>2)</sup> cupientes predicta iugera ab omni advocatia libera et a decimatione pe(nitus absol)uta iam dictis altaribus donavimus iure perpetuo possidenda firmam spem habentes, ut unde prefatis fratribus premium inde nobis crescat apud deum. (Nos ita)que credentes, nichil esse actum cum quid superesset agendum, presentem paginam inde confectam ad omne malignantis ingenium excludendum mandavimus sigilli nostri signaculo roborari. Testes vero, cum hec fierent coram nobis, fuere presentes dominus Volcquinus ecclesie

<sup>1)</sup> *So das Or.*    <sup>2)</sup> *Or. occorre.*



nostre maior prepositus, dominus Wira(dus) prepositus montis sancti Mauricii, dominus Wernerus plebanus, Iohannes capellanus prepositi Montis, Hugo canonicus sancte Crucis, dominus Bruno (sacerdos) in Hardessem, Henricus miles dictus de Svehlete et alii quam plures. Preterea uxor<sup>1)</sup> Otravoni in claustro sancte Crucis in manus decani Ludolfi et totius capituli sancte Crucis et in manus domini Brunonis sacerdotis in Hardessem predictis bonis Vorsete voluntate spontanea resignavit. Dominus vero Henricus miles dictus de Svehlete, Giselerus dictus de Giltene et Conradus frater Otravoni et ipse Otravonus pro heredibus et pueris Otravoni, qui tunc erant minores annis, in manus decani predicti et Brunonis et dicti capituli promiserunt, quod, cum pueri pervenerint discretionis ad annos, debent producere bona fide, ut renuncient bonis sepius supradictis; debent eciam infra duos annos Henricum fratrem Otravoni et Henricum patruelem eiusdem exhibere ad resignationem faciendam bonorum et iugerum predictorum. Facta est autem hec resignatio in caminata prepositi Montis mense maio coram nobis et fideiussio in claustro sancte Crucis videlicet in die sancti Iohannis baptiste anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>v<sup>o</sup>., pontificatus nostri anno primo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 146. Siegel des Bischofs wenig verletzt. Die Urk. stellenweise durch Moder stark beschädigt. Regest Doeber, UB. 1, S. 173 Nr. 356.*

**414.** *Die Kl. auf dem Renneberg bei Braunschweig, Heiningen und Steterburg bitten den Bischof Otto, die über ihre Pröpste zu Unrecht verhängte Exkommunikation aufzuheben, widrigenfalls sie appellieren müssten. Braunschweig 1275 Juli 4.*

Reverendo in Christo patri ac domino suo O(ttoni) dei gracia Hildensemensis ecclesie episcopo misericordie divina abbatissa et conventus cenobii in Renneberch apud Brunswik, Cisterciensis ordinis, necnon . . priorisse, universitas conventuum in Heninghe et Stederborch monasteriorum ordinis sancti Augustini Hildensemensis diocesis cum debite subiectionis obediencia oraciones in Christo devotas. Noverit reverencia vestra, quod Ottonem de Horneborch scolarem prepositi et conventus monasterii in Heninghe, exhibitorem presencium procuratorem nostrum constituimus ad supplicandum paternitati vestre nostra ex parte humiliter et devote, quatenus gravamen universitati nostre in eo, quod in personas prepositorum

<sup>1)</sup> *So das Or.*

nostrorum sine aliqua iusta causa nulla competenti monicione premissa excommunicationis sententiam promulgastis, illatum dignemini revocare, nos alias, prout comminati nobis estis, contra iusticiam et pietatem paternam nullo modo gravaturi, cum potius teneamini nos in cunctis necessitatibus nostris more pastoris fovere, et appellandum, si in hiis non fuerit exauditus, gratum et ratum habituri, quitquit predictus procurator noster super premissis vel aliquo premissorum pro nobis sive nomine nostro duxerit faciendum. In cuius rei testimonium presens scriptum prefatorum monasteriorum nostrorum sigillis fecimus communiri. Datum Brunswic presentibus honorabilibus viris decano et capitulo ecclesie sancti Blasii ibidem, in die beati Odolrici confessoris anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxxv.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 769 Nr. 1578 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**415.** *Bischof Otto bekundet, dass Graf Hermann von Wohlden-berg neuerdings allen Ansprüchen an das Kloster Loccum auf Schadenersatz wegen des Zehnten in Oedelum vor ihm, dem Grafen Meiner von Schladen und den Rittern Ekbert, Kämmerer, Hermann von Gandersheim und Balduin von Steinberg entsagt hat. Greningeswech 1275 Juli 21 (xii. kalendas augusti).*

Testes huius rei sunt Bertoldus abbas in Rygelem, Arnoldus de Werberg, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Henricus, Ludolfus, Borchardus, Hermannus comites de Woldenberg, Borchardus nobilis de Meynerssem, Volcmarus de Goslaria, Grubo de Stenberg, Olricus de Herre milites. — — Ego Bruno notarius domini Hildensemensis episcopi recognovi.

*Or. im Archiv des Kl. Loccum. Siegel des Bischofs beschädigt, das des Grafen Hermann gut erhalten. Gedr. Scheidt, Vom Adel, Mantiss. S. 271, v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 224 Nr. 344. Die frühere Entsagung desselben v. J. 1274 vgl. oben Nr. 377.*

**416.** *Bischof Otto vidimiert eine Bulle des Papstes Gregor X. d. d. Lyon 1274 Oktober 23 (x<sup>o</sup>. kalendas novembris, pont. nostri anno iii<sup>o</sup>.), in welcher dieser den mag. Rogerius de Merlomonte, Domherrn von Verdun und Kapellan des Bischofs Peter von Ostia und Velletri, beauftragt, in den Provinzen Trier, Mainz und Salzburg die Einsammler des im Konzil zu Lyon festgesetzten Zehnten für das Heilige Land zu unterstützen und ihm wegen der Einsammlung dieses*

Zehnten Verhaltungsmassregeln erteilt. — 1275 Juli 30 (iii. kalendas augusti).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 248. Die Urk. hat nie ein Siegel besessen. Gedr. Sudendorf, Registr. I, S. 115 Nr. 63, Chmel, Sitzungsberichte der Wiener Akademie, Hist.-phil. Klasse XI (1853) S. 212, auszugsweise mit Abweichungen Raynaldi, Ann. eccles. ad a. 1274 § 43. Regest Potthast, Reg. pont. 20 947.*

**417.** *Graf Ludolf vom Werder schenkt dem Kreuzstift als Mitgift für den Altar der h. Maria zwei Hufen in Schellerten. Auf dem Werder 1275 (zu August 22).*

Ludolfus dei gratia comes de Insula omnibus presentem cartulam inspecturis salutem in omnium salvatore. Cum ea que aguntur in tempore simul labantur cum tempore, necesse est, ut ea que aguntur scriptis publicis fulciantur. Proinde est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos duos mansos Scelerten sitos habentes quinquaginta quatuor iugera et amplius, quos<sup>1)</sup> dominus Ernestus et Wedego fratres de Blekenstide a nobis in feodo tenuerunt, post liberam resignationem eorundem in manus nostras factam de pleno consensu fratrum nostrorum domini Henrici de Waldenberch canonici Hildensemensis videlicet, Conradi et Iohannis puerorum<sup>2)</sup> necnon etiam filiorum seu filiarum nostrarum conferimus ecclesie sancte Crucis in Hildensem iure perpetuo pacifice possidendos, ita ut<sup>3)</sup> memoria nostri semper ibidem habeatur et ut sint dos altaris domine nostre in ecclesia memorata. Ut igitur nostra donatio semper rata permaneant et inconvulsa subsistat, presens scriptum super hoc confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Testes vero<sup>4)</sup> huius donationis sunt Volcvinus maior prepositus Hildensemensis, Iohannes decanus, Wladus prepositus Montis, Arnoldus de Werberch, Eckbertus<sup>5)</sup> camerarius, Ludolfus de Cramme, Balduwinus et Grubo fratres de Lapideo monte milites, Borchardus et Ekbertus fratres de Wlfferbutle famuli et alii complures clerici et layci<sup>6)</sup> fide dingni. Datum<sup>7)</sup> et actum in Insula<sup>8)</sup> anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxx. v<sup>o</sup>.

1) Für quos — factam hat B: quod habent in villa et in campo, in pascuis et in silvis. 2) famulorum B. 3) ut — habeatur et fehlt B. 4) vero fehlt B. 5) Ekbertus B. 6) laici B. 7) Von hier ab von anderer Hand nachgetragen B. 8) Von hier ab desgl. A.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung, Kreuzstift Nr. 148 (A), beschädigtes rundes Siegel des Ausstellers an roten geflochtenen Seidenschnüren zeigt Adlerflug: † S. COMITIS LVDOL . . . , und Nr. 149 (B), Siegel von den weissen Seidenfäden verloren. Gedr. nach B Asseburger UB. I, S. 250 Nr. 378. nach A Nr. 379.*

**418.** *Domherr Heinrich bekundet, dass sein Bruder Graf Ludolf vom Werder zwei Hufen in Schellerten dem Kreuzstift geschenkt habe. 1275 August 22.*

Henricus dei gratia canonicus maioris ecclesie Hildensemensis et archidiaconus in Borseum omnibus presens scriptum visuris seu etiam auditoris salutem in domino Ihesu Christo. Tenore presentium dilucide protestamur, quod comes Ludolfus de Insula dilectus germanus noster de pleno consensu et beneplacito nostro ac dilectorum fratrum nostrorum Iohannis videlicet et Conradi famulorum duos mansos Schelerten sitos habentes quinquaginta quatuor iugera et amplius ob reverentiam dominice passionis pro remedio animarum nostrarum donavit ecclesie sancte Crucis in Hildensem iure perpetuo pacifice possidendos. Ut igitur hec donatio predicti fratris nostri semper rata permaneat et inconvulsa subsistat, presens scriptum super hoc confectum sigillo nostro fecimus ~~communi~~ **communi**. Testes huius rei sunt Wolcvinus maior prepositus, Iohannes decanus, Wlradus prepositus Montis, Arnoldus de Werberhe, Eckbertus ~~camerarius~~ **camerarius**, Ludolfus de Cramme et alii quam plures ~~clerici et laici~~ **clerici et laici** fide digni. Actum anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxv., in octava assumptionis domine nostre.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 147. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen abgefallen.*

**419.** *Abt Ernst des Michaelisklosters, Dompropst Volquin, Domdechchant Johann und Domkantor Lippold bekunden, dass Eberhard und Aschwin, Söhne des Ritters Eberhard von Lutter, im Paradiese des Domes vor ihnen allem Recht an zwei Hufen des Cyriacistiftes zu Braunschweig in Sossmar (oder Sorsum? Sutherem) entsagt haben. 1275 August 23 (in vigilia beati Bartholomei apostoli).*

Testes huius renuntiationis sunt Ekbertus camerarius, Ecbertus Niger de Tossem, Thidericus de Stokhem, Ekgehardus de Levenstede milites, Bertoldus scolasticus ecclesie sancte Crucis, Hugo de Vimelse, Bertoldus de Bruggem, Iohannes Scat, Hermannus Puntrogge, Mathias burgenses.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Cyriaci Nr. 16. Von den vier Siegeln nur kleine Reste der beiden ersten erhalten. Regest Doebner, UB. VIII, S. 851 Nr. 2.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**420.** Herzog Johann von Braunschweig überträgt dem Kl. Marienrode das Eigentum von fünfzehn Morgen in Wendhausen (Wenthusen), welche von ihm die Brüder Bruno, Gerhard und Wilhelm von Gustedt, Ritter, zu Lehn haben. Lüneburg 1275 Oktober 6 (die dominico post festum Michahelis).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 40. Siegelrest an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Marienroder UB. S. 68 Nr. 52. Die Resignation der Brüder Bruno und Gerhard aus demselben Jahre ohne Tagesangabe, Or. a. a. O. 41 mit dem beschädigten Siegel Brunos, das drei Kesselhaken (2:1) zeigt, gedr. a. a. O. Nr. 53, die Wilhelms d. d. Lüneburg Oktober 9 (die beati Dionisii martiris), Or. a. a. O. Nr. 42 mit gleichem Siegel, gedr. a. a. O. 54.*

**421.** Das Kl. Dorstadt bekundet, dass der Edele Bernhard von Hagen ihm mehrere Besitzungen übergeben hat zum Unterhalte seines Sohnes Hoier und zur Feier seines und seiner Angehörigen Anniversare. 1275 November 25.

Universis presens scriptum inspecturis Hillericus prepositus sanctimonialium in Dorstat totusque eiusdem loci conventus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noverint tam presentis temporis quam futuri,<sup>1)</sup> quod nobilis vir dominus Bernardus dictus de Indagine de consensu heredum suorum ecclesie nostre quindecim iugera et unam aream sita in magno Vlottedhe cum utilitate unius mansi tam in pratis quam in pascuis et in silvis ac etiam omni iure excepta decima perpetuo possidenda. Contulit etiam idem nobilis vir ecclesie nostre tres mansos sitios in parvo Lindedhen cum decima ac etiam omni iure. Quorum proprietatem venerabilis dominus Otto Hildensemensis episcopus ad instantiam et preces sepedicti nobilis ecclesie nostre perpetuo contulit et donavit. Pro quibus ecclesia nostra dabit filio suo Hogero annis singulis quatuor choros braccii triticei et chorum humuli pro potu, et etiam lignorum sufficientiam eidem ministrabimus, insuper lumen pro necessitate sua ipsi dabitur sufficiens tempore hiemali. Preterea sicut preposito dabitur ei cibus, tempore autem, cum bis in die comeditur, quatuor panes ipsi dabuntur singulis diebus, sed diebus ieiuniorum tantummodo tres

<sup>1)</sup> So das Or.

habebit. Si autem quinquies in die extraordinarie comedere voluerit, hoc sine perturbatione ipsius eidem ministrabitur. Si vero in supradictis Hogerus aliquod detrimentum habuerit, pro hoc dominus Fridericus et dominus Walterus fratres dicti de Dorstat fideliter respondebunt. Filio autem sepedicti nobilis decedente de hoc seculo agetur ipsius memoria sub hac forma. Ad altare beati Georgii dicentur tres misse pro defunctis exceptis sollempnitatibus in quolibet septimana. Dominabus dabuntur singulis annis tres masse de allecibus, quarum una dabitur in adventu, relique due in quadragesima ante pascha, ut sic singulis diebus quolibet domina percipiat unum allec, quod alternis diebus antea percipere consueverunt. Hii sunt anniversarii, qui agentur: tertia die post Ambrosii Benedicte matris domini Bernardi, Kiliani Ludegeri patris sui, in vigilia Bartholomei Ludegeri fratris sui, in vigilia Lamberti Hermendrudis uxoris sue, quarta die post epiphaniam Ghertrudis sororis sue. Anniversarius autem domini Bernardi et filii sui Hogeri agentur<sup>1)</sup> ut dominus ordinabit. In quolibet anniversario premissorum dicentur vigilie cum novem lectionibus atque missa et tunc etiam dabuntur fideliter centum cunei dominabus. Si quis autem in premissis quicquam obmiserit, domino super hiis in extremo examine respondebit. Ne autem aliquis successorum nostrorum premissa, que cum tanta deliberatione pro utilitate nostre ecclesie sunt provide ordinata, valeat immutare, presentem paginam nostri ac conventus nostri et nobilium virorum F(riderici) et V(alteri) fratrum de Dorstat sigillorum munimine fecimus roborari. Testes huius sunt Hillericus prepositus de Dorstat, nobiles viri Bernardus de Indagine, Burghardus de Mennersem, Fridericus et Walterus fratres de Dorstat, ordinis fratrum Minorum frater Salomon, frater Ludegerus et frater ipsius frater Hermannus, frater Tidericus de Ascharia. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxv<sup>o</sup>., in die beate Katherine.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Die drei Siegel, der Propstei, das gemeinsame der Brüder von Dorstadt und des Konventes gut erhalten. Ebenda die im Wesentlichen gleichlautende Urk Bernhards von Hagen von demselben Datum und mit denselben Zeugen; Siegel Bernhards und seines Schwestersohnes, senkrecht gerautet: † SIGIL . THEODERICI . STRVTIONIS . DE . PVOLE. Regest mit Zeugen v. Heinemann, Codex Anhalt. II, S. 335 Nr. 464.*

**422.** *Bischof Otto überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Johannisstift eine Hufe in Machtsum (Machtelsem), welche das*

<sup>1)</sup> So das Or.

*Stift von den Brüdern Heinrich und Lippold Hoyen gekauft und diese dem Aussteller aufgelassen haben. Hildesheim 1275 November 26 (vi. kalendas decembris).*

Testes sunt Volcquinus maior prepositus, Volradus Montis prepositus, Lippoldus cantor, Hogerus scolasticus, Arnoldus de Werberg, Wernerus plebanus, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Aschwinus de Stenberg, Thidericus de Stockem milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 26. Siegel des Bischofs und des Domkapitels. Gedr. nach Cop. Würdtwein, Nova subs. I, S. 334.*

**423.** *Dechant Konrad und das Kapitel des Stiftes st. Simonis et Judae in Goslar melden dem Bischof Otto, dem Dompropst Volquin, dem Domscholaster Hoier sowie den delegierten Richtern, Domkantor Lippold und Domherrn Volkmar, die Beilegung ihres Streites mit dem Pfarrer Konemann von st. Thomas daselbst. 1275 Dezember 21 (in die beati Thome apostoli, xii<sup>o</sup>. kalendas ianuarii).*

*Or. in doppelter Ausfertigung mit zehn bez. acht Siegeln im Stadtarchiv zu Goslar. Gedr. Bode, UB. II, S. 257 Nr. 222, Heineccius, Antiq. Goslar. S. 291.*

**424.** *Das Kreuzstift bekundet, dass der Kanoniker Ludolf von Braunschweig zwei Hufen in Kemme für die von ihm gegründete Vikarie gekauft hat. 1275.*

Thidericus<sup>1)</sup> dei gratia prepositus, Ludolfus decanus et capitulum sancte Crucis Hildensemensis omnibus presens scriptum in-tuentibus in vero salutari salutem. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos duos mansos litonum<sup>2)</sup> Kemme sites habentes quinquaginta iugera, quos dominus Ludolfus de Brunewich concanonicus noster pro viginti duabus marcis examinati argenti a domina Margareta vidua, Thiderico, Iohanne, Helwico, Ludolfo filiis necnon Margareta filia eiusdem redemit et exacta diligencia comparavit ad vicariam sacerdotis, quam idem dominus Ludolfus ad honorem dei in ecclesia nostra pro salute anime sue instituit, conferimus iure perpetuo possidendos. Huius empcionis, vendicionis necnon collationis testes sunt Thidericus<sup>3)</sup> prepositus, Ludolfus decanus, Waltherus custos, Iohannes Engelhardi, Leinhardus<sup>4)</sup> sacerdotes, magister Godefridus, Ludolfus de<sup>5)</sup> Brunewich, Bertoldus scolasticus, magister Lippoldus, Gerardus de<sup>6)</sup> Tekenneborch

*Die Ausfertigung B hat folgende Abweichungen: 1) Theodericus. 2) litonum fehlt. 3) Thid. prep. fehlt. 4) Leinhardus fehlt. 5) de Br. fehlt. 6) de Tek. fehlt.*



diaconi, Iohannes Parvus, Almarus,<sup>1)</sup> Balduwinus, Conradus, Thidericus de Stokem subdiaconi et canonici sancte Crucis, Henricus sacerdos primus vicarius et possessor bonorum eorundem, Iohannes Bernere senior, Iacobus de sancto Trudone, Burchardus et Bertoldus fratres ante Valuam orientalem, Iohannes Bernere iunior, qui<sup>2)</sup> promisit warandiam cum legitimis heredibus sepedictorum bonorum ad cautionem ecclesie in manus predicti domini Iacobi et Burchardi, Iohannes filius domini Eyzonis, Iohannes villicus in Dinkelere, Iohannes de Molhem, qui renunciaverunt eciam antedictis bonis nomine suarum coniugum. Ne igitur super hiis inposterum aliquod alicui dubium oriatur, presens scriptum super hiis confectum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxv<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 150. Siegel des Propstes erhalten, des Kapitels verloren. Eine zweite, kürzere Fassung Nr. 150a (B) mit gleicher Besiegelung. Regest Doebner, UB. I, S. 173 Nr. 357.*

**425.** *Propst Dietrich des Kreuzstiftes bekundet den Verzicht des Nantwich von Poppenburg und seines Sohnes auf eine Hufe in Achtem. Hildesheim 1275.*

Thidericus dei gratia prepositus ecclesie sancte Crucis Hildensemensis omnibus hoc scriptum visuris seu etiam audituris in vero salutari salutem. Constitutus in presentia nostra Nandewicus de Poppenborch cum filio suo Hermanno inpetiit mansum quendam situm in Achtem pertinentem ad ius et proprietatem ecclesie sancte Crucis (u. s. w. mit kleinen Abweichungen wie in der Urk. von 1265 Mai 3, oben Nr. 88 bis:) renunciaverunt eidem manso datis eidem duobus talentis et dimidio coram nobis promittentes fide data in manus comitis Widekindi de Poppenborch ad manus iam dicte ecclesie, quod super eo ipsam ammodo nullatenus molestabunt. Huic compositioni intererant Ludolfus decanus, Waltherus custos sacerdotis, Hugo, Gerardus subdiaconi et canonici sancte Crucis, Willehelmus nepos domini prepositi, comes Widekindus de Poppenborch, Baldewinus de Lapideo monte, Iohannes de Barenrod milites, Iohannes et Iohannes Hinzo servi prepositi et alii quam plures. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. v.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 134. Beschädigtes Siegel des Propstes.*

<sup>1)</sup> Alm.—orientalem fehlt, dafür: Balduwinus, Thidericus subdiaconi. <sup>2)</sup> Das folgende fehlt, dafür folgt hier: Iacobus de sancto Trudone, Burchardus ante Valuam orientalem, Hermannus Sapiens layci et alii complures. Actum anno domini m<sup>o</sup> c<sup>o</sup> lxxv<sup>o</sup>.



**426.** *Heinrich und Alberich von Burgdorf übertragen der Kirche in Dorstadt drei Hufen in Wedelingerode, die sie vom Reiche zu Lehn haben, und entschädigen dieses mit zwei Hufen in Dörnten. 1275.*

Nos Henricus et Alvericus dicti de Borchdorp universis presentem paginam visuris karitatis exhibitionem. Quoniam ea, que nostris aguntur temporibus, eternari solent memoria litterarum, ne in posterum attemptari possint calumpnia, noverint tam presentes quam posteri, quod de consensu heredum nostrorum contulimus tres mansos sitos in Wedelingerode ecclesie sancte Crucis in Dorstat perpetuo sine omni impedimento libere possidendos, quos a nobis possessos ab inperio iure recognoscimus feudali, pro quibus duos mansos nostre proprietatis sitos in Dornethen damus in restaurum. Huius rei testes sunt dominus Bernardus de Indagine, dominus Fredericus et dominus Woltherus de Dorstat, dominus Iohannes de Wethelemstede. Ut autem hec rata et firma permaneant, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine roboramus. Acta sunt hec anno incarnationis domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxv<sup>o</sup>.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Beschädigtes Siegel des Heinrich, das des Alberich verloren.*

**427.** *Die Grafen Hermann und Heinrich von Wohldenberch übertragen dem Vicedominus (des Mathiasstiftes) in Goslar, Aschwin, die Vogtei über das Allod in Harlingerode. O. D. (um 1275).*

Hermannus et Henricus comites de Waldenberch universis Christi fidelibus notum facimus, quod nos ius advocatie, quam habemus super allodium domini Ascwini Goslariensis vicedomini in Herlingeroth, tempore vite sue concessimus eidem, ita videlicet quod, si vicedominus permaneat sive non, quamdiu vivat nullum ei gravamen vel iniuriam in eodem iure faciamus. Quod ut firmum et stabile permaneat, presenti scripto sigilli nostri appositione signato confirmamus. Huius rei testes sunt Adhelghardus de Burchtorp, Wernerus de Lengehe, fratres vicedomini Conradus et Steppo, Bernardus de Sutbüch, Henricus de Badckenstede.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 365. An roten Seidenfäden das runde Siegel des Vicedominus, Brustbild des h. Mathias, die rechte Hand erhoben, in der linken ein Buch haltend: SIGILLV . VICEDNI . GOSL . S . MATHIAS. Datiert nach dem Vorkommen des Aschwin.*

**428.** *Bischof Otto beauftragt den Domscholaster und den Domkantor, die Klage des Kreuzstiftes gegen den Truchsess Gunzelin zu entscheiden. O. D. (1275—79).*

O(tto) dei gracia Hildensemensis episcopus scolastico et cantori Hildensemensibus salutem et paterne dilectionis affectum. Dilecti nostri prepositus et capitulum sancte Crucis conquesti sunt nobis, quod G(uncelinus) dapifer eos decima in Woltwisch contra iusticiam spoliavit et alias gravis et iniuriosus existat eisdem. Unde discrecioni vestre iniungimus, ut partibus convocatis ea, que ab ipsis coram vobis proposita fuerint, audiatis, et si vobis constiterit de spoliacione per probacionem legittimam vel per confessionem in iure factam, vos spoliatorem per censuram ecclesiasticam ad ablatorum restitutionem cogatis, et si quam dicti canonici contra eundem causam habuerint, eam similiter audiatis et fine debito terminetis facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui nominati fuerint, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili cogatis veritati testimonium perhibere. Et si ambo interesse non potueritis, unus vestrum nichilominus exequatur. Datum etc.

*Nach dem Formelbuch des Ludolf von Hildesheim, gedr. Quellen zur bayrischen und deutschen Gesch. IX, S. 385. Zeitlich angesetzt nach der Regierungszeit Ottos als Bischof.*

**429.** Propst Bertold des Stiftes auf dem Georgenberg (bei Goslar) und seine Brüder verkaufen dem Grafen Hermann von Wohldenbergr für sechs Mark anderthalb Hufen in Lochtum (Lochtenum), die sie mit dem Gelde des Pfarrers Ludolf in Lochtum, der den Niessnutz davon auf Lebenszeit haben soll, gekauft haben; nach dessen Tode sollen die Hufen an das Kl. Wöltingerode fallen. O. D. (1275—81).

Huius facti testes sunt Thidericus Wolfgrave et frater ipsius Hogerus.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts in Cop. VI, 115 S. 530 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Bode, UB, II, S. 282 Nr. 255.*

**430.** Bischof Otto überträgt mit Zustimmung des Domkapitels der Vikarie in Dome, welche der Priester Hoier Busing inne hat, eine Hufe in Bekum, welche der genannte Vikar und dessen Bruder Ludolf von dem Bürger Bernolf von Elze (Aulika) gekauft und dieser dem Bischof resigniert hat, zur Erleuchtung des Kronleuchters (ad lumen corone in medio monasterii . . procurandum). Hildesheim 1276 Februar 24 (vi. kalendas marcii).

Testes sunt Volcquinus maior prepositus, Volradus Montis prepositus, Lippoldus cantor, Hogerus scolasticus, Arnoldus de Werberge,

prepositus Cono canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Aschwinus de Stenberg, Ludolfus de Cramme, Thidericus de Stockem milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 250. Siegel des Bischofs und des Domkapitels gut erhalten. Gedr. Doebner, UB. I, S. 174 Nr. 358.*

**431.** *H(oier), Archidiakon in Nettlingen (Nitenlengen), erklärt einen Gütertausch zwischen dem Kl. Wienhausen und dem Pfarrer in Hoheneggelsen für nichtig. Hildesheim 1276 März 17 (tercia feria post Letare).*

*Nach dem Loccumer Copiar S. 87 Nr. 96 gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 229 Nr. 352.*

v. Bistergarve x sol. ad scattum, xv den. vinales et x den. wede, item xxx den. wede, pro ovibus x sol.

Iwingerothe i mansum, quem occupat dominus Siffridus de Rothen. i. Hilleka dedit unam trabem.

Altene. i. Gheroldus solvit v sol. et vi den. pro ordeo.

Senethe dedit xi sol. pro vacca.

ii. Seghehardus ii sol. dat, vaccam vel xi sol. et iiii den., item ix sol. pro quadam terra.

Wiringe xx iugera dant vi sol.

Hernem i mansus vi sol.

Puttenhusen i mansus ii sol.

Boccholte i mansus dat urnam mellis.

Muldinge v iugera urnam mellis.

Weminge de quadam terra ix sol., item de una area xii pullos et xviii den.

Oslevissen de quadam terra ii sol.

De Iltenem ii sol. soluti sunt.

Item anno primo.

Villicatio Soledhe habet sexaginta duos mansos et dimid.; de istis sunt x qui vocantur magni et solvunt quilibet eorum xii sol. et reliqui quilibet x sol. Item quilibet mansus de villicatione ii den. ad rogam, ii mansos Iohannes Wedekindes xx sol., et iiii den. stenvore.

i magn. Henricus villicus xii sol. et iiii den. sten. pro curio (?)  
 xv sol. iiii mansos Ludolfus Ekehardi ix sol. et viii den. stenvore,  
 item xxxi sol.

iii. Greta Alexandri xii sol. et vi den., item xvii sol.

ii. Iohannes Odilie xx den. et iiii den. stenvore, item viii sol.  
 et iiii den., item ii sol., item v sol., item iii sol.

i. Iohannes Sophie vii sol. et ii den. stenvore, item iii sol.

ii. Henricus Niger xxxii den. et iii den. stenvore, item vii sol.,  
 item v sol.; item v sol. et iiii den.

i magn. Iohannes Bruningi viii sol. et ii den. stenvore, item iiii sol.

i magn. Iutta xxii den. et ii den. stenvore, item ii sol., item  
 ii sol., item vi sol. et ii den.

i magn. Iohannes de Ekkelsem xxii den. et ii den. stenvore,  
 item x sol. et ii den.

i magn. Conradus frater villici ad scattum xvi den. et ii den.  
 stenvore, item xj sol. et ii den.

i magn. Henricus Volberti x den. et ii den. stenvore, item vii  
 sol. et iiii sol. et ii den.

i magn. Iohannes Dudinges iiii sol. et ii den. stenvore, item viii sol.

[S. 364.] i magn. Megenwardus xii sol. ii den. minus et ii  
 den. stenvore.

De Betenem ii. Wilhelmus solvit v sol., item xv sol. et iiii  
 stenvore.

ii. Gherardus ii sol. item vj sol. et iiii den. stenvore, item iiii  
 sol., item viii sol. ii den. minus.

i. Henricus Rikolfi viii sol., item xxvi den.

i. Henricus iuxta theatrum ii den. stenvore, x sol.

i. Henricus Rodolfi ii den. stenvore, viij sol., item xxx den.

i. Cruseka iiii sol. et i den. minus et ii den. stenvore, item vi sol.

ii. Iohannes Theghenhardi quidam, qui habet unum mansum  
 in Honeckelsem, qui pertinet Solede, dedit viii sol.

ii. Orlicus x sol. et iiii den. stenvore.

Hemstede i. Henricus villicus de Solede x sol.

iii. Orlicus de Lithinge ix sol. et iiii den. et viii den. stenvore,  
 item x sol., item xvi sol., item v sol. iiii den. minus.

ii. Thidericus Bernheidis ii sol., item iii sol. et iiii den. sten-  
 vore, item iii sol., item v sol., item vii sol.

iiij. Iohannes villicus solvit v den. stenvore, solvit xx sol. pro  
 porcis, item x sol., item xv sol.



ij. Olricus **xxi** den. et **iii** den. stenvore, item **xii** sol.

ij. Willehelmus **viii** sol.

i. Ludeke Duge **ix** sol. **ii** den. minus et **ii** den. stenvore.

Berbeke i. Conradus Sibolding i mansum, dedit **vi** sol.

i Conradus frater villici dedit **vi** sol.

Clawen. ii. Ludolfus de Clawen solvit dimidiam marcam denariorum, **x** sol., item solvit **iiii** den. stenvore.

Conradus in parvo Lafferde i mansum, Gherardus dimidium mansum, qui solvit **iii** sol., tantum **iii** sol., i den. stenvore.

Bonstede i. mansus puerorum solvit **ix** sol. et **iii** den., et **ii** den. stenvore.

ii. Henircus villicus solvit **vii** sol. et **vi** den. et **iiii** den. stenvore, item **xiiij** sol., item **vi** sol. pro quodam campo.

ii. Albertus Bunse i tal., **iii** den. stenvore, item **iiii** sol., item **vi** sol., item **xxvi** den.

Vidua Hermannii **iii** sol. **ii** den. minus et **ii** den. stenvore et **vi** sol.

i. Bodo.

Vermersen i mansus solvit **vi** sol.

In Stederdorpe i mansus **ii** sol.

In Dusnem **iii** mansi.

In Harwardissen i mod. siliginis Brunsv. mesure, pro quo dedit **iiiiij** sol.

#### Anno primo.

Bulten i Berteka **xxi** den. et bracium.

**iiiiij**. Tidericus villicus **iiiiij** sol. et bracium pro **iii** mansis.

i. Henricus Honstat **xxi** den. **v** sol. pro bracio et selenmolder.

i. Bruno **xx** den. et **iiiiij** pro bracio.

Conradus Wolbering **iiiiij** sol.

Sutbulten. i. Iohannes Etileri meierlen.

ii. Iohannes Florie **viii** mod. ordeï et **iii** sol. et **iiiiij** den., pro ovibus **iii** sol.

ii. Hermannus de Tilia.

Conradus Karoli meyerlen dabit . . . . <sup>1)</sup> **iii** sol.

Bekem. ii. Ludolfus de Berle.

Avenhessen. i. Quidam dabit **xviii** den. tantum.

Oberghe. j. Luderus dabit **iiiiij** sol.

ij. idem Luderus, Tidericus de Barem **vj** sol., pro ordeo **xxi** den., pro ovibus **iii** sol.

<sup>1)</sup> *Es scheint thoe oder choc mit Strich darüber zu stehen.*

j. Wernerus de Seledhe x den., x den. pro bracio, pro ove i sol.  
 Smedenstede i. Henricus Woldenber xxi den. v sol. pro bracio  
 et selemolder, pro ovibus xviii den.

Honstede ii. Hildebrandus xxi den. et iii mod. ordei, pro ove ii sol.

i. Olricus Thiderici ii sol. duobus den. minus.

ii. Eckehardus Rodolffi iiij sol., pro bracio vii sol. et iii den.,  
 pro ovibus iii sol.

ii. Hermannus filius Hermanni viii mod. ordei et iij sol. i den.,  
 pro ovibus iii sol., ii selemolder.

j. idem Hermannus meyerlen iii sol. dabit.

i. Ludolfus Tiderici Longi meyerlen x sol. dabit, xxi den. et  
 bracium et selemolder dedit, pro ove ii sol.

i. Thidericus Longus.

i. Ekkehardus filius villici iii mod. ordei et xxi den.

i. Bertoldus de Lobio<sup>1)</sup> xxi den., iiij ad bracium, pro ove ii sol.

Henricus filius Tiderici Longi iii mod. ordei, pro ove ii sol.  
 et xxi den. et selemolder.

Lafferde. i. Tidericus Danielis x sol. per omnia.

Thidericus de Clinte xxi den. et iii mod. ordei, pro ove ii sol.

[S. 365.] ii. Henricus Moysinch iii sol. et den. et viij sol. ad  
 bracium, pro o(vibus) iii sol.

ii. Iohannes Sigeri iii sol. et den. et viij sol. ad bracium, pro  
 ovibus iii sol.

i. Greta Lenderi xxi den. iii sol. pro bracio, sol. pro siligine,  
 xxx den. scattum.

ii. Iohannes Bertradis.

Olricus Dives iii sol. et den. et viii pro bracio et selemolder,  
 pro ovibus iii sol., item sol. pro vino.

In parvo Lafforde. i. Hermannus dabit iii sol.

Soleda. i. Bernhardus Eckehardi meyerlen x sol., i Conradus  
 meyerlen iii sol.

Godenstede. i. Ludolfus Woldradis xxi den. pro bracio et sele-  
 (molder), v sol. we(depen.), iii den. pro ovibus.

i. Iohannes Howardi xxi den., et v sol. pro bracio et selem(older).

i. Bernhardus Tidmari vi den. vinales, iii den. wedepen., sol.  
 pro ove,<sup>2)</sup> iii sol. pro bracio, pro ove ii sol., iii sol. avene.

i. Iohannes Cosal.

ii. Henricus de Monte vii sol., pro ove iii sol.

<sup>1)</sup> Cop. Libio.    <sup>2)</sup> Cop. ova.

i. Alheidis Degnesberg (?) viii den., wede vi den., pro<sup>1)</sup> bracio et selemolder  $\forall$  sol., pro ove ii sol.

i. Henricus de Smedenstede v sol. et iii den., item viii sol., item xiiii sol.

i. Idem Henricus mey(er)len pro ovibus vi sol.

i. Greta de Ty. sol. et vi den. vinales, vi den. wede, iiii sol. pro ovibus.

i. Mater Grete bracium dedit et selemolder  $\forall$  sol.

i. Iohannes in Bonstede xxi den., iiii mod. ordeï, pro ove ii sol. Summa bracii iii tal. et xvi sol.

Ludolfus de Adenstede dabit v sol. — Anne Evesen vii mansi, quorum quilibet solvit i sol. — Didersem allodium vi sol. dabit. — Allodium Vorden xxx sol. dabit. — Osdagessen iiii sol. dabit. — Gestene decima xii sol. dabit. — Haddendorp vii sol. — Oberge filii Conradi militis x mansi. — Haddendorp molendinum pasturam duorum porcorum et ii tal. — Arbeke dimid. mold. silig., molendinarius de Haddendorp x sol.

#### Scriptum ante penthecosten.

Th. de Smedenstede vi sol., item molendinarius de Haddendorp x sol. Item Hinric de Monte vii sol. et i sol. pro ovibus. Item Henning Howerdes vi den. ad scat. et ii sol. pro ovibus et iii den. wede. Item Ludolfus Walthardis ii sol. pro ovibus et xviii den. Alheidis de Ghirsberge ii sol. pro ovibus et xxx den. Item Eghehart de Bonstede i sol. pro ovibus villici filius. Item plebanus de Bonstede ii sol. pro ovibus. Item Henric Th. Longi ii sol. pro ovibus. Item Hermannus Hermanni filius iiii sol. pro ovibus. Item wete Eghart iii den., plebanus iii den., Hinric iii den., summa vi den. Item Hilbrant de Bonstede ii sol. pro ovibus. Item Werner de Selede i sol. Item Th. de Clinte ii sol. pro ovibus et iii den. wete. Item Brun de Bultem vi den. pro ove.

De Addenem adhuc dabuntur xxi sol. pro ovibus, de Muldinge xxii, de Bultem xxviii, de Algermissen i tal. et vi den.

#### Anno primo.<sup>2)</sup>

Villicatio Ysnem habet in ipsa villa xv mansos litonum, quorum quilibet dat ad scattum iiii sol. et iiii den. vinales et iii den. ad

<sup>1)</sup> Cop. et. <sup>2)</sup> Von diesem Abschnitte liegt das Or. vor mit späteren Nachrichten im Kgl. St.-A., Domstift Nr. 374, das ausser orthographischen Abweichungen mit dieser Abschrift übereinstimmt.

rogum, ovem et agnum vel tres solidos duobus annis et tercio i sol. ad bracium, iiii mod. ordeï Hildens. mesure, tres mod. silig. ad selemoldere, iiii ~~plaustra lignorum ad~~ braxatum, preposito i planst. lignorum. Habet in villa Harlessem xiii mansos lironum, quilibet dat ad scattum ii sol., vj mod. avene ad bracium Hildens. mesure. Alia omnia dant sicut illi de Isnem.

i. Luderus iii sol. pro lignis secandis, sol. pro ove.

ii. Thidericus Bok iiii sol., item iiii sol., pro ovibus iiii sol.

i. Henricus Eylem iiii sol., pro ove i sol.

i. Eilef.

i. Hermannus v sol.

iii. Ludolfus vi sol., item vi sol., pro ovibus vii sol.

ii. Henricus villice iii sol., item iiii, pro ii ovibus vi sol.

ii. Iohannes Hermanni iiii sol., pro ii ovibus vi sol.

ii. Conradus frater sacerdotis viii sol. ad scattum, pro ii ovibus vi sol.

Harlessem. ii. Theodericus Rikezem iiii sol., pro ii ovibus iiii sol.

iii. Ekehardus viii sol., pro iiii ovibus viii sol.

iii. Eilef iiii sol. ad scat, pro iiii ovibus viii sol.

i. Theodericus de Arbergen.

ii. Theodericus filius Eylevi ad scat vi sol., pro tribus ovibus vi sol.

i. Henricus Offenye ii sol., pro ove sol.

i. Teodericus Lutburgis.

ii. Henricus de Eynen.

i. Olum xiiii sol.

Speciales mansi. ii Winge xvi sol., i Levenstede ix sol., i Dusnem v sol., i Ingelemstede vii sol., i Here vi sol., i Dungen iiii sol., i Tidekissen vi sol., ii Wetemode x sol., i in novali iii sol., i Westvelde iiii sol., ii Almenstede iiii sol., i Goltorpe iiii sol., i Rago-dissem iiii sol., i Dicholtenssen iii sol., si modo det.

De Ysnem villicus dabit sex porcos coquine et iiii porcellos, de xv iugeribus tritici medietatem et de xv iugeribus ordeï medietatem.

Villicus de Harlessem iiii porcos et duos porcellos, de xii iugeribus tritici medietatem et de xii iugeribus ordeï [S. 366] medietatem<sup>1)</sup> v sol. iii den. rosepen., Moleber viii sol., Io(hannes) de

<sup>1)</sup> Hier folgt im Or. noch: De Dusnem recepi ix solidos. — De Hwinge xvi solidos (v solidos et iii de. rosepen.). — De Levenstede ix solidos. — (Moleber viii solidos). — Ludolfus de minori (?) Livenstede vii solidos. — (Io. de Sodhere xxvi denarios). — Schluss. Die eingeklammerten Worte sind spätere Nachträge.

Soddhere xxvi den., de scatto recepi vi tal. den., ovium iii tal. i sol. minus.

[www.libtoobooks.com](http://www.libtoobooks.com) **Annus primus prepositi Iohannis.**

De annona receptum in Beddinge lvi mod. silig., de Scawinge vi mod. tritici, iii plaustr. silig. xi mod. minus, ii mod. ord., viii mod. avene, de Blekenstede plaustr. silig. et iiiii mod., xiii mod. avene.

De Soledhe ii mod. trit., xxv mod. silig., xvi mod. avene, de Hemstede xvii mod. silig., xxiii mod. avene, de Bonstede xx mod. silig., xxiii mod. avene.

De Bulthem xix mod. trit., vi plaustr. silig. et v mod., xi mod. ord., ii plaustr. avene ii mod. minus, de Lafforde v mod. trit., xxii mod. silig., lvii mod. avene, de Stedehem ix mod. trit., xxxi mod. silig., xxi mod. ord., xxxi mod. avene.

De Addenem lvii mod. trit., xli mod. silig., lxxiii mod. ord., lxxxiii mod. avene, de Wenthusen xxxvi mod. trit., xxxvi mod. silig., xxxvi mod. ord., xxxvi mod. avene, de Sudherem xl mod. ord. et xx mod. avene.

De Algremissen ii plaustr. silig. et i mod., lix mod. ord., lxxiii mod. avene, de Luppenstede xix mod. silig., xi mod. orde, x mod. avene, de parva decima x mod. trit., vi mod. silig., iii mod. ord., v mod. avene.

De Muldinge xxxviii mod. trit., lxxiii mod. silig., ii plaustr. ord. et xiii mod., iii plaustr. avene et xxviii mod., de Dellenem xix mod. trit., l mod. silig., xxxi mod. ord., xix mod. avene, de Weminge xxxii mod. silig., xxvii mod. ord., xxii mod. avene, de Lulene xxxvi mod. silig., xxxvi mod. ord., xxxiii mod. avene.

De Hymdesdore xlviii mod. trit., iiiii plaustr. et x mod. silig. et xxvii mod. silig., iii plaustr. orde et xxiii mod., de Bevelde xiii mod. trit., iii plaustr. silig. tribus mod. minus, xxxviii mod. ord., lv mod. avene, decima Bevelte xii mod. silig. et ord. et avene, Esscherte v mod. trit., iii plaustr. silig. v mod. minus, xvii mod. orde, xlv mod. avene, decima in Machtelsem viii mod. trit., viii silig., xxiii ord., xxix avene, decima in Asle x mod. trit., lviii mod. silig., x mod. orde, xix mod. avene.

De Isnem xlviii mod. trit., iiiii plaustr. et x mod. silig., xlviii mod. orde, iii plaustr. avene xi mod. minus, de Harlessem lii mod. trit., lxix mod. silig., xiii mod. ord., lii mod. avene.

De Ledhe xv mod. trit., lx mod. silig., xviii mod. ord., xxi mod. avene, Leninghe x mod. trit., xxx mod. silig., xv mod. ord.,

xxxiii. mod. avene, de Eldagessen xxii mod. trit., iii plaut. silig. xii mod. minus, vi mod. ord., xi avene, de Alcvordhe xxv mod. sil. xxx mod. ord., xxviii mod. avene.

De Bulten recepi bracium de xiiii mansis, de quolibet manso iiiii mod. ord., uno plus, Addenem recepi de xxxvi mansis iii plaut. ord. x mod. minus.

Isnem de xiiii mansis de quolibet iiiii mod. ord., Harlessem de xiii mansis de quolibet manso v mod. avene et dimid., Bistergarve xvi mod. ordei.

Summa tritici x plaut. et x mod., summa silig. xlvii plaut. et xiii mod., summa ordei xxvii plaut. et v mod., summa avene xxx plaustr. et xii mod.

Hec sunt restituta domino cellerario: xl. mod. silig., xl mod. ord. et ii plaut. avene pro vii tal., que recepit de viii officiis. In prima circada dedi de Algremissen et Muldinge et Ledhe, Hymdesdore, Isnem, de istis dedi triticum de domo. In secunda circada dedi de Beddinghen, Soledhe, Bulthem, Addenem triticum de domo, de Algremissen, Muldinge, Ledhe de istis tribus emi triticum pro vii tal. sol. minus, pro istis den. dedi lx mod. silig. et tot ordei et avene. Iohanni tapetario dedi xix mod. ord. et ii plaut. avene et viii mod. ad bracium Hymdesdore et plaut. avene, item lxiiii mod. ord., xiiii mod. avene ad bracium Bultem, Addenem ad bracium iii plaustr. ordei et viii mod., iii plaustr. avene et viii mod. Isnem ad bracium lxiiii mod. ord. et xliiii mod. avene. Item vendidi ii plaustr. ord. pro tribus talentis, quos apposui ad vinales. Preposito misi in curiam suam iii plaustr. trit., xi plaut. silig., viii plaut. ordei et j plaut. avene. Villico de Addenem xxx mod. ordei, l mod. avene. Villico de Borsew xxx mod. avene. Villico de Hemstede plaut. avene et dimid. plaut. ord. Villico de Luppenstede xxx mod. avene, xx mod. ord. Villico de Bevelte xxx mod. avene. Villico de Stedem xxiiii mod. avene. Villico de Muldinge xxxii mod. ord. Thesaurario<sup>1)</sup> dimid. plaut. ordei et ix maldratas silig. claustralis mesure. Olrico Carpentario iii mod. silig. et dimid. Item vendidi Bocfel iiiii plaut. silig. pro x tal. et dimid., item iiiii plaut. pro x tal., item ii plaut. ord. et iiiii mod. pro v tal., item plaut. ordei pro ii tal., item xiiii mod. pro xiiii sol., item vi plaut. avene pro viii tal. Summa annone xxxvi tal. et iiiii sol. De istis

<sup>1)</sup> Cop. Thesaur.

dedi vi tal. et x sol. ad vinales, de istis solvistis<sup>1)</sup> habent xvi tal. et xiiii sol. et vi den. pro suis debitis.

In prima circada de Beddinge mansitis mihi debitus xlv sol. pro xxx mod. tritici, xiiii sol. ii den. pro iii dierum lacticiniis, in assumptione sancte Marie iiii porcos.

In prima circada de Soledhe i porcum et dimid. de Bultem, de Addenem ii porcos, de Muldinge porcum et dimidium, de Ledhe porcum, de Himdesdore porcum et dimid., de Hisnem porcum et dimid.

In secunda circada de Beddinge porcum, de Solde porcum et dimid., de Bulthen ii porcos, de Addenem porcum et dimidium, de Algremissen porcum, de Muldinge porcum, de Ledhe porcum, de Hymdesdore porcum et dimid., de Hisnem porcum et dimid. In quarta circada de Addenem porcum. Summa porcorum xxvii.

[S. 367.] In prima circada de Beddinge x porcos, in secunda v porcos. In prima circada de Solde v porcos, in secunda vii porcos et dimid. Bultem in prima septimana vii porcos et dimid., in secunda viii porcos. Addenem in prima septimana viii porcos, in secunda vii porcos et dimid., in quarta v porcos. De Algremissen in prima septimana v porcos, in secunda v porcos. In prima septimana Muldinge viii porcos et dimid., in secunda iii porcos. De Ledhe prima septimana v porcos, in secunda v porcos. Hymdesdore in prima septimana vii porcos et dimid., in secunda viii porcos. Isnem in prima septimana vii porcos et dimid., in secunda vii porcos et dimid. Summa porcorum centum et xxiiii et dimid.

Ad vestituram recepi xlv marcas examinati argenti, de istis cambiivi xxxiiii, quos dedi ad vestituram. Item cambiivi xi marcas, marcam pro xxvi sol. et vi den. novorum, illos dedi ad vinales. Item de integra decima Soledhe recepi xvi marcas argenti, de illis dedi cellerario i marcam, scholaribus unam. Item cambiivi viii marcas pro x tal. et x sol. Item cambiivi v tal. indativorum denariorum pro lvi sol., de istis dedi Iohanni Vrankeneberg iiii tal., Henrico de Essem v tal., Everhardo Gallen l sol., Danieli tal., Tiderico de Embrike xvi sol. Item cambiivi vi marcas, marcam pro xxvi sol. et vi den., quos dedi ad vinales. A Iohanne tapetario recepi lxx tal., a domino Hakone vi tal., in nova civitate v tal. iiii sol. minus, de Hasen iiii tal. et x sol., superfluum vestiture xiiii tal. et xi sol. et vi den., de decima in Soledhe viii tal. sol. minus, item

<sup>1)</sup> So das Cop. für solutis?

a Iohanne recepi in vigilia nativitatis sancte Marie viii tal. et viii sol., item iii tal., pro quibus dedi iii planstra ordeï. — Ista summa facit centum tal. et xix tal. et vi sol. et vi den.

In nativitate sancte Marie magnum servitium cum den.

In annunciacione magnum servitium cum den.

In die palmarum magnum servitium cum den.

In dedicatione magnum servitium cum den.

Hermannō dedi x sol., cellerario xiiii sol., ad concambium dedi pro xxi tal. xxiii sol., ad sartaginem dedi v sol. et iiii den. ad octo septimanas.

*Abchrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 11 Nr. 497a S. 351—67 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Die Abschrift nicht fehlerfrei, der Text nicht überall mit Sicherheit herzustellen.*

**485.** *Dechant Jakob, Scholaster Heinrich und das Kapitel des Marienstiftes in Halberstadt machen mit dem Kreuzstift eine Gebetsbrüderschaft. O. D. (1277—99).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 83. An roten Seidenfäden schönes Konventssiegel aus grünem Wachs. Zeitlich bestimmt nach dem Vorkommen des Dechanten Jakob.*

**486.** *Bischof Otto übereignet dem Kl. Neuwerk bei Goslar den halben Zehnten in Dörnten (Dhornete), den dieses von den Söhnen des Johann von Vallstedt (Veltstede) und des Widego von Astfeld, Bürgern in Braunschweig, gekauft hat und den diese dem Ekbert und Burchard von der Asseburg und diese wieder dem Bischof aufgelassen haben. Hildesheim 1278 März 26 (vii<sup>o</sup>. kalendas aprilis).*

Testes huius rei sunt Iohannes maior prepositus, Lippoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus de Dorstat, Wernerus plebanus, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Thidericus de Stockem, Aschwinus et Conradus de Stenberchge, Sifridus de Rutenberchge milites.

*Abchrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Kl. Neuwerk S. 35 im Stadtarchiv zu Goslar. Gedr. Boße, UB. II, S. 279 Nr. 250, Asseburger UB. I, S. 256 Nr. 391, UB. des Hist. Ver. für Niedersachsen I, S. 41 Nr. 38. Regest Hänselmann, UB. II, S. 128 Nr. 286, Doebner, UB. III. S. 649 Nachtr. Nr. 34.*

**487.** *Ritter Hildemar von Oberg verkauft dem Bischof Otto die Burg Hudha mit Zubehör und gelobt, den Hof in der Burg nicht ohne Wissen des Bischofs zu veräußern. Sarstedt 1278 April 14.*



Ego Hillemarus miles de Obergen presentibus recognosco et protestor firmiter, quod castrum meum Hudha cum agris adiacentibus, pascuis cultis et incultis et cum piscationibus, molendino necnon cum aliis attinentibus, sicut idem castrum tenui, venerabili domino Ottoni Hildessemensi episcopo et sue ecclesie vendidi iure perpetuo possidendum. De dicto castro cum suis attinentiis predictis videlicet agris, pascuis, tribus piscationibus, et molendino ipsum dominum episcopum et suam ecclesiam presentibus warando et veram warandiam presto et prestabo, quando et ubi sibi et sue ecclesie fuerit oportunum. Recognosco eciam eisdem presentibus, quod fide corporali prestita firmiter repromisi, quod curiam, quam dictus dominus episcopus michi iure hereditario in eodem castro contulit titulo castrensis mansionis, quod borechsathe vulgariter nuncupatur, nec ego neque mei heredes dimittere, vendere, obligare seu quocumque alio modo alienare debeamus, nisi de predicti domini episcopi vel suorum successorum Hildessemensium episcoporum bona fuerit voluntate. Ad hec promisi, quod, quando sepedictus episcopus vel sui successores cum eo, a quo castrum teneo, suam obtinere poterunt voluntatem, ego et mei heredes prefatum castrum resignabimus, quando super hoc fuerimus requisiti; medio autem tempore, quamdiu hoc efficere non poterunt, castrum cum suis attinentiis in nostra pheodali possessione ego et mei heredes tenere debemus. Actum Serstedhe anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>., in die sanctorum Tyburtii et Valeriani.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 252. Siegel des Ausstellers gut erhalten, zeigt Helm. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 56.*

**488.** *Graf Otto von Everstein bestätigt dem Kl. Amelunxborn den Besitz einer Scheune innerhalb des Hofes, auf welchem die Walkmühle des Klosters liegt. Holzminden 1278 April 28 (quarto kalendas maii).*

Huius rei testes sunt Otto canonicus Hildensemensis et Conradus filii nostri — — —.

*Nach dem Diplomat. I, fol. 100 v im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel gedr. v. Spilcker, Gesch. der Grafen von Everstein, UB. S. 171.*

**489.** *Bischof<sup>1)</sup> Otto überträgt dem Kl. Wienhausen den Zehnten in Ahnsbeck (Adensbeke) und den in Lachendorf (Lachtenthorpe), die es von den Brüdern Jordan, Balduin, Heinrich und Widekind von*

<sup>1)</sup> episcopus fehlt im Or.

*Harlingeburg und den Brüdern Balduin und Heinrich von Campe, und den Zehnten in Engensen (Engese), den es von Johann von Offensen (Offenhusen) und Walther von Oppershausen (Osbernshusen) gekauft und welche die Verkäufer dem Aussteller resigniert haben. Hildesheim 1278 April 29 (iii. kalendas maii).*

Testes sunt Iohannes maior prepositus, Lippoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus de Dorstad, Wernerus plebannus, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Aschwinus et Conradus de Stenberge, Thidericus de Stockem, Sifridus de Rutenberge milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wienhausen Nr. 3. Beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**490.** *Papst Nicolaus III. beauftragt den Abt von Eylwarhstorp, die Streitsachen des Kl. Heiningen mit dem Kl. Wöltingerode zu entscheiden. Rom 1278 Mai 7.*

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio . . abbati in Eylwarhstorp Halberstadensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Significavit nobis . . prepositus ecclesie de Heninge Hildensemensis diocesis, quod, cum . . prepositus ecclesie de Woltingerode predictae diocesis ipsum super quibusdam decimis, terris, pecunie summa et rebus aliis coram . . decano et . . scolastico Hildensemensibus, quibus venerabilis frater noster . . episcopus Hildensemensis causam huiusmodi auctoritate ordinaria commiserat terminandam, traxisset in causam, ex parte ipsius prepositi de Heninge fuit coram decano et scolastico prefatis excipiendo propositum, quod, cum idem prepositus de Woltingerode ipsum prius quibusdam possessionibus et rebus aliis suis contra iusticiam spoliasset, prout erat legitime docere paratus, respondere sibi super hoc nisi restitutione prehabita minime tenebatur. Et quia decanus et scolasticus prefati eum super hoc audire contra iusticiam denegarunt, ipse senciens ex hoc indebite se gravari ad nostram audienciam appellavit. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hincinde propositis quod iustum fuerit usuris cessantibus appellatione remota decernas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium

perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum nonas mail, pontificatus nostri anno primo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 36. Bleibulle an Hansschnüren.*

**491.** *Bischof Otto übereignet dem Blasiusstift in Braunschweig die Hälfte des Zehnten in Stederdorf bei Peine, die es von Ritter Bertold von Gadenstedt gekauft und die dieser den Edeln von Meinersen und diese wieder dem Bischof aufgelassen haben. Hildesheim 1278 Juni 10 (iiii. idus iunii).*

Testes sunt Iohannes maior prepositus, Lippoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus de Dorstad, Wernerus plebanus, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Aschwinus et Conradus de Stenberge, Ludolfus de Cramme, Thidericus de Stockem, Sifridus de Rutenberge milites.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Blasii Nr. 80. Die beiden Siegel (des Bischofs und des Domkapitels) mit der Befestigung verloren. In einer undatierten Urk. resignieren die Brüder B(urchard) und L(uthard) von Meinersen dem Bischofe den halben Zehnten, Or. ebenda.*

**492.** *Bischof Otto erteilt allen, welche das durch Feuersbrunst zerstörte Aegidienkloster in Braunschweig beim Neubau unterstützen, vierzig Tage Ablass und lässt zu, dass die ihm von anderer Seite gewährten Indulgenzien auch in seiner Diözese gelten. Hildesheim 1278 Juni 10 (iiii<sup>o</sup>. idus iunii, pontificatus nostri anno xiiii<sup>o</sup>).*

*Gedr. Rehtmeier, Kirchenhistorie II, Beilage S. 196. Regest HänseImann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 129 Nr. 289. Bischof Otto hat drei Zählungen seiner Regierungsjahre, einmal seit seiner Wahl 1265, ziemlich mit dem Kalenderjahr laufend (anni confirmationis), sodann seit seiner Bestätigung durch den Papst April 1274 (anni pontificatus) und drittens die Zählung seit 1265 als anni pontificatus, wie hier.*

**493.** *Das Johannisstift macht mit dem Kreuzstift eine Gebetsbrüderschaft. 1278 Juni 19.*

Viris dilectis et dominis suis in dei filio reverendis Th(eoderico) preposito, L(udolfo) decano totique capitulo ecclesie sancte Crucis Hildensimensis Olricus dei gratia decanus totumque capitulum sancti Iohannis in Damnone cum sincero karitatis affectu orationes in filio virginis gloriose. Quia iuxta sententiam sapientis quasi firma est civitas fratris, qui adiuvatur a fratre, et cum natura hominum

sit in se corruptilis et vita presens fragilis utpote vaporis similis ad modicum apparenti<sup>1)</sup>, cupientes nobis nostrisque predecessoribus necnon confratribus nostris successoribus utiliter providere participationem bonorum vestrorum et confraternitatem vestram nobis necessariam et perutilem adtendentes cum magno desiderio et affectu ipsam petivimus, et petita nobis, nostris predecessoribus nostrisque successoribus karitative a vobis liberaliter est collata. Proinde ne tanto beneficio existamus ingrati, vicissim vobis, ut rogastis, vestrisque beate memorie predecessoribus necnon successoribus vestris cum plena confraternitate participationem bonorum omnium, que in nostra ecclesia fieri dederit dominus Ihesus Christus, concedimus tenore presentium speciale parati studiosius adimplere, quicquid ordinatum est in confratrum vestrorum et nostrorum decedentium remedium animarum. In cuius rei certitudinem et confirmationem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum in robur perpetue firmitatis. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxviii<sup>o</sup>., xiii<sup>o</sup> kalendas iulii de consensu nostrorum unanimi dominorum. Hec sunt, que predicta confraternitas exigit et requirit. Discedente aliquo confratrum nostrorum celerarius statim omnibus nostris confratribus intimabit, qui subito trino sonitu campane premissa omnes diligenter convenient in propriis ecclesiis et confratri defuncto infra sollempnem compulsionem commendationem dicent et ei de vespere sollempnes vigiliis decantabunt, de nocte ad legendum ei psalterium omnes, qui possunt, convenient et qui legitime impeditus venire non poterit, mittet pro se ydoneum responsalem. Misse animarum et sepulture ipsius defuncti qualibet occasione postposita omnes intererunt. Per totum tricesimum cum collecta Quesumus domine in diebus profestis ad omnes horas memoriam sui agant, et primum suum anniversarium sollempniter debent peragere sicut ipsius obitum et xxx. peregerunt. Quilibet subdiaconus seu dyaconus eidem tria psalteria decantabit et sacerdos quilibet vii missas.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 152. Beschädigtes Kapitelsiegel. Die Gegenurkunde des Kreuzstiftes im Cop. des Johannisstiftes, Ms. 341 fol. 18v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, gedr. Würdtwein, Nova subs. I, S. 336.*

**494.** *Papst Nicolaus III. bestätigt dem Bartholomäistifte seine Freiheiten und Privilegien. Viterbo 1278 Juli 7 (nonas iulii, pontificatus nostri anno primo).*

<sup>1)</sup> *Or. apparentis.*

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Sältekl. Nr. 3. Blesbulle an roten und gelben Seidenfäden. Gedr. Doebner, UB. III, S. 649 Nachtr. Nr. 35.*

**495.** Die Äbte Ernst des Michaelis- und Dietrich des Godehardklosters, die Dechanten Heinrich des Moritz-, Ludolf des Kreuz-, Ulrich des Johannis- und Werner<sup>1)</sup> des Andreasstiftes und die Pröpste Ulrich des Bartholomäi- und der des Maria-Magdalenenklosters in Hildesheim und Propst (Eberhard) des Kreuzklosters in Braunschweig gewähren allen, welche zum Wiederaufbau des durch Feuersbrunst zerstörten Aegidienklosters in Braunschweig beisteuern, Anteil an ihren Gebeten und guten Werken. Hildesheim 1278 Juli 27 (in vigilia Pantaleonis martyris).

*Gedr. Rehtmeier, Kirchenhistorie I, Beilage S. 50. (R.) Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 130 Nr. 290.*

**496.** Bernhard Domherr in Hildesheim, Konrad Domherr in Halberstadt, Arnold Domherr in Magdeburg, Friedrich und Walther Ritter, Söhne des Konrad von Dorstadt, verkaufen dem Kl. Diesdorf Besitzungen in Hohendolsleben. 1278 August 3 (in die inventionis beati Stephani protomartiris).

*Gedr. Gerken, Dipl. II, S. 167, Riedel, Cod. dipl. Brandenburg. I, 16, S. 404.*

**497.** Papst Nicolaus III. beauftragt den Archidiakon in Wallensen, die von den Delegierten des Bischofs über den Propst von Heiningen verhängte Exkommunikation in Kraft zu erhalten. Viterbo 1278 August 11.

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio Volcmaro archidiacono de Wallenhusen in ecclesia<sup>2)</sup> Hildesemensi salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis . . prepositus et conventus monasterii de Woltingerode per prepositum soliti gubernari Cisterciensis ordinis petitione monstrarunt, quod, licet ipsi . . prepositum et conventum monasterii de Heninge ordinis sancti Augustini Hildesemensis diocesis super quodam aqueductu, terris, possessionibus et rebus aliis coram . . decano et . . scolastico ecclesie Hildesemensis, quibus venerabilis frater noster . . episcopus Hildesemensis auctoritate ordinaria huiusmodi causam commiserat, traxissent in causam dictique prepositus et conventus monasterii de Heninge citati legitime comparuerint coram dictis decano et scolastico in prefixo sibi termino

<sup>1)</sup> R: Unherus.    <sup>2)</sup> So das Or. statt diocesi.

peremptorio competenti, quia tamen ab ipsorum decani et scolastici presentia se contumaciter absentarunt, dicti subdelegati in ipsum prepositum de Heninge ~~propter~~ huiusmodi contumaciam illorum excommunicationis sententiam exigente iusticia promulgarunt, quam dicti prepositus et conventus de Woltingerode apostolico petierunt munimine roborari. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellacione remota inviolabiliter observari. Datum Viterbii iiii. idus augusti, pontificatus nostri anno primo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 46. Bleibulle an Hanfschädlern.*

**498.** *Bischof Otto überträgt vier Hufen in Rautenberg dem Martinsaltar im Kreuzstifte. Hildesheim 1278 September 10.*

In nomine sancte et individue trinitatis.<sup>1)</sup> Otto dei gratia Hildensemensis episcopus omnibus<sup>2)</sup> inperpetuum. Etsi ad beneficiendum sumus omnibus debitores, pocius tamen hiis<sup>3)</sup> tenemur benefacere, qui nobis magis familiares existunt. Hinc est, quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod, cum dilectus nobis in Christo magister Godefridus canonicus ecclesie sancte Crucis Hildensemensis quatuor mansos habentes<sup>4)</sup> centum et viginti iugera Rutenberge sitos a Roberto cive de Honovere dicto de Nova civitate cum omni integritate<sup>5)</sup> ad usum sacerdotis<sup>6)</sup> perpetui comparasset ad altare sancti Martini in ecclesia sancte Crucis, nos accepta<sup>7)</sup> resignatione ipsius Roberti et uxoris sue, qui eosdem a nobis in feodo tenuerunt, heredum suorum quorum intererat nichilominus accedente consensu predictos mansos cum proprietate necnon cum omni iure et utilitate in ipsa villa<sup>8)</sup> et in agris, in<sup>9)</sup> pascuis et in silvis memorate ecclesie sancte Crucis pro remedio anime nostre de consensu capituli nostri contulimus iure<sup>10)</sup> perpetuo possidendos. Ut autem hec nostra collatio firma et inconvulsa perpetuis temporibus irrefragabiliter<sup>11)</sup> perseveret, presens scriptum inde confectum sigillis nostro videlicet et capituli fecimus communiri. Testes huius<sup>12)</sup>

<sup>1)</sup> In — trinitatis *verlängerte Schrift A, fehlt B.* <sup>2)</sup> omn. inp. *fehlt B.*  
<sup>3)</sup> ten. benef. hiis *und hiis übergeschrieben B.* <sup>4)</sup> habentes — iugera *fehlt B.*  
<sup>5)</sup> utilitate et integritate *B.* <sup>6)</sup> perp. sac. *B.* <sup>7)</sup> acceptis *A.* <sup>8)</sup> villa *übergeschrieben. B.* <sup>9)</sup> et in *B.* <sup>10)</sup> iure *fehlt B.* <sup>11)</sup> irrefrag. *fehlt B.* <sup>12)</sup> huius *donat. fehlt B.*

donationis sunt Iohannes maior prepositus, Lippoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Wernerus plebanus, Bernardus de Dorstad, prepositus Cono, Bruno canonici Hildensemenses, Leonardus canonicus sancte Crucis, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Conradus marscalcus, Ascwinus et Conradus de Stenberge, Sifridus de Rutenberge, Ludolfus de Cramme milites, et alii conplures. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxviii<sup>o</sup>. iiii<sup>o</sup>. ydus septembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, in doppelter Ausfertigung, Kreuzstift Nr. 153 (A.) stark beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels an roten und gelben Seidenfäden, und Nr. 153 a (B.) beide Siegel scenig beschädigt an gleicher Befestigung.*

**499.** *Abt Konrad von Elewerdestorp erklärt die Appellation des Propstes von Heiningen an den apostolischen Stuhl für rechtmässig und dessen Exkommunikation durch den Bischof für nichtig. Querfurt 1278 Oktober 7.*

In nomine domini amen. Ego Conradus dei gratia abbas monasterii in Elewerdestorp Halberstadensis dyocesis, iudex unicus a sede apostolica delegatus, sentenciando pronunctio, Fredericum prepositum de Heninge Hildensemensis dyocesis super certo articulo in litteris apostolicis expresso legitime appellasse a decano et scolastico Hildensemensis ecclesie iudicibus a venerabili patre eiusdem ecclesie episcopo delegatis in causa, que vertitur inter prepositum et conventum de Woltingerode ex una et prefatum prepositum de Heninge suumque conventum ex parte altera super quodam rivo et rebus aliis, decernendo, dictum prepositum de Heninge excommunicationis sententia, quam in personam ipsius dictus episcopus post dictam appellationem de facto tulit, cum de iure non posset, non esse ligatum et quicquid aliud a quocumque contra dictam appellationem atemptatum est vel atemptari contigerit in futuro cassum, irritum et nullum esse apostolica autoritate michi commissa declaro, salva nichilominus questione expensarum et negocii principalis. Lata est hec sententia in Querenvorde anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>., in die Serii et Bachi martirum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 37. Kleiner Siegelrest an dem von der Urk. geschnittenen Pergamenstreifen.*

**500.** *Abt Konrad von Elewerdestorp erklärt die Appellation des Propstes von Heiningen für rechtmässig, dessen Exkommunikation durch den Bischof für nichtig und setzt einen neuen Termin in der*



*Sache gegen das Kl. Wöltingerode auf den 17. Januar bez. 25. Oktober an. Querfurt 1278 Oktober 7.*

Anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxx<sup>o</sup>viii<sup>o</sup> in die Sergii et Bachi martirum coram nobis Conrado dei gratia abbate in Elewerdestorp Halberstadensis diocesis iudice unico a sede apostolica delegato in causa appellationis, que vertebatur inter prepositum et conventum de Heninge ex una et prepositum et conventum de Woltingerode Hildensemensis diocesis ex parte altera, dictis partibus constitutis ex parte dicti prepositi et conventus de Heninge petitem fuit, ut appellationem suam ab honorabilibus dominis decano et scolastico Hildensemensis ecclesie quondam iudicibus in causa, quam dictus prepositus et conventus de Woltingerode super quodam rivo et rebus aliis movere ceperat preposito et conventui de Heninge supradictis, a domino Hildensemensi episcopo delegatis interpositam super eo, quod ipsum super exceptione spoliationis, quam se coram eis obtulit legitime probaturum, contra libellum obiecta audire noluerunt, pronuntiarem legitimum exitisse. Dictus autem prepositus de Woltingerode nitebatur memorate appellationis articulum aliquibus rationibus impugnare, que tamen carebant pondere veritatis. Nos autem auditis omnibus, que hedem partes hinc et inde proponere curaverunt, et cause meritis deligenter examinatis habito consilio assessorum et aliorum proborum virorum sentenciando pronuntiavimus in scriptis, sepedictum prepositum de Heninge legitime appellasse super articulo prenotato declarantes excommunicationis sententiam, quam dominus episcopus Hildensemensis post ipsam de facto tulerat in eundem, et quecumque alia in eiusdem prepositi preiudicium et gravamen attemptata forent sive attemptare contingeret in futuro, sepe dicto appellationis causam quomodolibet contingencia cassa fore et irrita ipso iure. Quo peracto rursus ex parte dicti prepositi de Heninge petitem fuit, quatenus prenominatum prepositum de Woltingerode in expensis in lite factis, quas esset paratus legitime declarare, iudiciali exactione prehabita condemnarem eidem et postmodum in causa principali ratione previa procedere curarem. Verum prefatus prepositus de Woltingerode ad respondendum istis duabus ultimis petitionibus concedi sibi competentes inducias postulavit. Nos igitur rursus habito consilio assessorum et aliorum bonorum virorum tam laicorum quam clericorum, qui dictas partes ad concordiam instancius invitabant, precibus inclinati dictis partibus earum ad hoc accedente consensu proximam feriam terciam post octavam



epiphanie domini pro termino assignavimus tali modo, quod medio tempore scilicet feria tertia post festum Galli personaliter ibimus earum expensis ad locum rivi, de quo contentio vertitur inter ipsas, et assumptis discretis viris utriusque ecclesie amicis visis instrumentis, quas utraque pars produxerit, et aliis earum auditis allegationibus et probationibus receptis, causam ipsam in amicitia, si possumus et partibus placuerit, terminemus, alioquin extunc scilicet feria tertia post octavam epiphanie domini comparebunt coram nobis in forensi ecclesia Querenvorde ad procedendum in causa, quantum de iure procedi poterit et debet. Acta sunt hec anno et die prenotatis in forensi ecclesia Querenvorde presentibus honorabilibus dominis Hinrico preposito de Niendorp, Hillebrando plebano de Walehusen, H. plebano de Enzinge, T(hiderico) plebano de Querenvorde et tribus confratribus nostris et pluribus aliis clericis et laicis fide dignis. Nos vero H(inricus) prepositus de Niendorp et H(illebrandus) plebanus de Walehusen supradicti loco tabellionis ad hoc electi et rogati hec acta conscribi fecimus et examinavimus diligenter. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus appendenda.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 38. Die drei Siegel stark beschädigt.*

**501.** *Das Kl. Dorstadt giebt dem Heinrich von Beinum eine Hufe in Beinum zu Lehn für 15 $\frac{1}{2}$  Mark, mit denen es die von Burchard von Meinersen gekauften Güter in Machtersen bezahlt. 1278 Oktober 18.*

H(ildericus) prepositus, G. priorissa totusque conventus sanctimonialium in Dorstat omnibus presens scriptum inspecturis orationes in filio virginis gloriose. Ad cautelam futuri temporis liqueat universis, quod nos unanimi consensu Henrico dicto de Benum et suis heredibus contulimus unum mansum in feodo situm in villa Benum pro xv marcis et dimidia absque omni censu iure feudali perhenniter possidendum. Prefatam autem pecuniam in usus nostre ecclesie convertimus persolvendo bona in Machtersen a domino Borchardo de Meynersem et suis heredibus comparata. Ne vero hoc factum ulli vertatur in dubium per lapsum temporis, sigilli nostri munimine presens scriptum duximus roborandum. Testes huius rei sunt Theodericus Hyzzeke, Iohannes de Halverstat, Conradus apud sanctum Iacobum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx. viii., in die beati Luce ewangeliste.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Konventssiegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**502.** *Die Klöster Wöltingerode und Heiningen einigen sich in der Streitfrage wegen eines Wasserlaufes. 1278 Oktober 20.*

Processu temporis dilabitur, quantumcumque rationabiliter aliquid negocium fuerit ordinatum, nisi accedat et confirmet illud tenor immobilis litterarum. Hinc est, quod nos Hildebrandus dei gratia prepositus sanctimonialium in Woltingerode, Elysa abbatisa et conventus ibidem Cystersiensis ordinis Hildensemensis diocesis tenore presencium recognoscimus puplice protestando, quod, cum inter nos ex una parte et Fridericum prepositum de Heninge, Adelheidem priorissam et conventum ibidem ordinis sancti Augustini eiusdem diocesis pro rivo, quem bone memorie dominus Otto inclitus Romanorum imperator prefato conventui in Heninge concesserat ad ipsius curiam de flumine, quod dicitur Ovekera, deducendum, prout in instrumento exinde confecto plenius continetur, ac quibusdam dampnis et rebus aliis suborta fuisset materia questionis, tandem mediantibus bonis viris inter nos talis compositio amicabile intercessit, videlicet quod idem rivus perpetuo defluet in locis actenus solitis et consuetis, verum eo loco, ubi primo emanat de Ovekera, spacium duorum pedum et dimidii dumtaxat usualis mesure in latitudine, profunditatem vero usque ad lignum in fundo ibidem positum ad signum evidens obtinebit. Non est licitum nobis de cetero, alveum predicti fluminis dilatare vel quoquo alio impedimento efficere, quominus de ipso aqua in rivum defluat memoratum. A quo rivo licet conventui de Heninge terram, lapides sive ligna acqueque meatum ipsius obstruencia quociens voluerit amovere. Eodem modo liberum nobis est alveum predicti Ovekere exocupare et purgare usque ad fundum debitum et antiquum, salvo tamen utroque ipsius littore et illeso. Ceterum concessum est etiam eidem conventui de Heninge, ut, cum litus prefati rivi ex aque inundatione effractum fuerit, ipsum reparet terre cespitibus adfacentis secundum iuris beneficium et patrie consuetudinem approbatam. Hanc igitur ordinationem communi consensu nostro tractatu prehabito diligenti provide factam ratam et gratam habentes promisimus fide data inviolabiliter observare, renunciantes omni actioni, que super dampnis et expensis in lite factis sive alia ex quacumque causa nobis contra sepe fatos prepositum et conventum competere videbatur. In cuius

rei testimonium ipsis presens scriptum dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius rei sunt Iohannes prepositus de Steterborche, Thidericus decanus ecclesie sancti Blasii in Brunewic, prout sigillorum suorum appensione apparet, preterea Rotgerus canonicus ecclesie sancti Cyriaci Brunewicensis, Olricus canonicus Embicensis, Albertus plebanus in parvo Dalim, Thidericus plebanus de Borsene, layci quoque Bertramus de Werle, Bertramus de Tzampeleve, Eylardus de Rothdorp, Albertus de Winniggestede, Conradus de Bywende, Henricus Spiring, Burchardus de Bywende milites et Hebertus de Borsene famulus et quam plures alii fide digni. Actum apud prenotatum rivum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>viii<sup>o</sup>. xiii<sup>o</sup>. kalendas novembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 39. Von den vier Siegeln die beiden letzten erhalten, aber stark beschädigt.*

**503.** *Das Domkapitel bestimmt, dass im Falle der Erledigung des Stiftes nicht früher zur Neuwahl geschritten werden solle, als bis jeder der Domherrn beschworen habe, falls die Wahl auf ihn falle, sich nicht eher in die weltlichen Angelegenheiten des Stiftes zu mischen, als bis die zu Gunsten des Bischofs und der Kirche gemachten Schulden bezahlt seien, es sei denn mit Willen des Domkapitels oder nach gütiger Einigung mit den Gläubigern. Hildesheim 1278 Oktober 27.*

Dei gratia Io(hannes) prepositus, L(ippoldus) decanus et capitulum Hildensemensis ecclesie. Ad supplicacionem venerabilis patris domini nostri Ot(tonis) Hildensemensis episcopi cavere volentes et sibi et eis, qui se pro ipso et ecclesia Hildensemensi fideiussorio nomine pro debitis obligarunt, maxime propter vitanda pericula, que exinde possent Hildensemensi ecclesie imminere, de consensu, voluntate et autoritate ipsius domini nostri episcopi decernimus et decernendo statutum capituli nostri esse volumus, quod, cum vacante Hildensemensi ecclesia per mortem dicti domini nostri episcopi seu per cessionem aliam qualemcumque, ut moris est, in unum conveniremus de substitutione futuri pontificis tractaturi, ad electionem episcopi non procedemus, quin singuli de capitulo iuramento firmemus, quod quemcumque ad regimen Hildensemensis ecclesie disponente domino vocari contigerit, de amministrazione temporalium videlicet de bonis episcopalibus, castris et municionibus, iuribus seu iurisdicionibus quibuscumque, quin prius solutis debitis pro eodem domino nostro episcopo et pro necessitate Hildensemensis ecclesie contractis, se

nullatenus per se vel per alium intromittet, nisi de consilio capituli se intromiserit vel super hoc in fideiussorum seu creditorum amicitia manserit et favore. Ad robur huius nostri statuti presenti littere sigillum capituli duximus apponendum. Actum anno domini millesimo cc. lxxviii., vi. kalendas novembris, pontificatus domini nostri Ot(tonis) episcopi Hildensemensis anno xiiii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 253. Beschädigtes Siegel des Domkapitels.*

**504.** *Das Stift Gandersheim überträgt dem Kl. Derneburg zwei ihm von den Grafen von Wohldenberg resignierte Hufe in Hachem und wird durch diese mit vier Hufen in Thseninge entschädigt. Gandersheim 1278 November 5.*

Margareta dei gratia abbatissa,<sup>1)</sup> Mechtildis preposita, Luckardis decana totusque conventus dominarum secularis ecclesie in Ganderseim omnibus Christi fidelibus presentem litteram inspecturis sinceram in domino caritatem. Que geruntur in tempore ne cum tempore labantur, scriptis et testibus merito commendantur. Noverint igitur universi tam presentis temporis quam futuri, quod dilecti nobis in Christo comes Heinricus iunior et comes Hermannus iunior de Woldenberch fratruales coram nobis positi duos mansos in Hagchem pheodales ecclesie nostre publice resignarunt renunciantes omni iuri, quod in ipsis habere videbantur. Nos quoque intuitu divino et intenta prece comitum eorundem proprietatem illorum mansorum ecclesie sanctimonialium in Derneburch perpetuo possidendam libera contulimus voluntate, idemque comites de Woldenberg quatuor mansos in Thseninge sitos, quos Bertoldus<sup>2)</sup> de Hoiersem civis in Hildensem hoc tempore in pheodo tenuit ab eisdem, in restaurum ecclesie nostre perpetuo retinendos iure proprio tradiderunt. Huius rei testes sunt Alheidis ecclesie nostre custos, Elysabeth de Halremunt, Sophia et Alheidis de Bilstein, Mechtildis et Greta de Bilstein, Mechtildis et Sophia de Eversteine nostre canonice cum ceteris nostris dominabus, Bruningus advocatus, Iohannes de Lengethe, Arnoldus de Wulfenchusen, Manegoldus et Albertus de Bruckem nostri ministeriales et alii quam plures. Ut autem ea perpetuum optineant firmitatem, nos presentem litteram nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus in testimonium roborari. Datum Ganderseim anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>.<sup>3)</sup> nonas novembris.

<sup>1)</sup> abbatissa fehlt im Or.    <sup>2)</sup> Bertoldus auf Rasur.    <sup>3)</sup> So das Or.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 23a. Siegel der Äbtissin und des Konventes wenig beschädigt an roten Seidenfäden. Regest Doebner, UB. I, S. 177 Nr. 364. Die betreffende Urk. der Grafen von Wohldenberg ist gedruckt Harenberg, Hist. Gandersh. S. 190 und S. 425, beide Male mit dem Datum m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>., nonas novembris. Hiernach dürfte auch das fehlerhafte Datum obiger Urk. dahin richtig zu stellen sein, dass man vii<sup>o</sup>. tilgt und viii<sup>o</sup>. zur Jahreszahl zieht.*

**505.** *Bischof Otto verleiht allen, welche zum Aufbau der durch Feuer zerstörten Kirche in Riechenberg beisteuern, vierzig Tage Ablass. Hildesheim 1278 Dezember 13 (idus decembris, pontificatus nostri anno xv<sup>o</sup>).*

*Or. im diplom. Apparat der Univers. Göttingen. Beschädigtes Siegel des Bischofs. Gedr. Heinneccius, Antiquit. Goslar. S. 297, Bode, UB. II, S. 281 Nr. 252.*

**506.** *Propst Volrad, Dechant Heinrich und das Kapitel des Moritzstiftes bestimmen zur Einschränkung der unnötigen Kosten, welche dem von den Scholaren zum Bischof Gewählten und dessen Eltern erwachsen, dass fortan der Gewählte auf Lucientag eine Mark zum Besten der Scholaren und drei Mark zur Vermehrung des Gottesdienstes und des Schmuckes an den Scholaster bez. Kantor zahle. 1278 Dezember 13 (ydus decembris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 41. Siegel des Propstes und beschädigtes des Kapitels und des Dechanten. Gedr. Doebner, UB. I, S. 178 Nr. 366, Sudendorf, UB. VIII, S. 88.*

**507.** *Bischof Otto überträgt dem Blasiistift in Braunschweig den Zehnten von acht Hufen in Burgdorf bei Lichtenberg (Borchthorpe ante Lichtenberge), den ihm die Edeln Friedrich und Walther von Dorstadt, Brüder, aufgelassen haben. Hildesheim 1278 Dezember 28 (xii. kalendas ianuarii).*

Testes huius rei Iohannes maior prepositus, Lippoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus de Dorstad, Wernerus plebanus, prepositus Cono, Iohannes cantor canonici Hildensemenses, Ebertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Aschwinus et Conradus de Stenberge, Sifridus de Rutenberge milites.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Blasii Nr. 81. Siegel des Bischofs gut erhalten, das des Domkapitels fast zur Hälfte verloren.*

**508.** *Ritter Heinrich Rasehorn bekundet, dass eine Wiese in Westenem nach seinem Tode an das Kl. Wöltingerode zurückfallen solle. Wohldenberg 1276 März 12.*

Ego Henricus Rasehorn miles omnibus, quos presentem litteram videre contigerit vel audire, notum esse volo, quod pratum curie mee in Westenem adiacens ad vite mee tempore possidendum ad manus ecclesie in Woltingerode me mortuo sine difficultate qualibet revertetur. In huius rei argumentum presentem litteram dedi ecclesie memorate. Presentes aderant et audierant dominus Baldwinus de Stenberge miles, Conradus et Aschwinus Suevi et Henricus de Elvedhe et alii complures. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>clxxviii<sup>o</sup>., datum Woldenberge premissis domini annis, dominica qua cantatur Letare Ierusalem.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 47. Es siegelt Balduin von Steinberg. Siegel gut erhalten.*

**509.** *Konrad von Dorstadt, Domherr in Halberstadt, übereignet dem Marienstift daselbst eine Hufe in Ydellenstede und eine halbe in Wedersleve mit Zustimmung seiner Brüder Bernhard, Domherrn in Hildesheim, Arnold, Domherrn in Magdeburg, Walther und Friedrich. 1279 Mai 12 (iiii. idus maii).*

*Gedr. Schmidt, UB. des Hochstiftes Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 423 Nr. 1343.*

**510.** *Bischof Otto übereignet dem Kl. Frankenberg bei Goslar den Zehnten in Mechtshausen (Mechtegeshusen), den Ritter Erembert von Bockenem und dessen Söhne Bernhard und Ludolf dem Ritter Engelbert von Hachem und dieser dem Aussteller aufgelassen hat. Hildesheim 1279 Juni 23 (in vigilia nativitatis Johannis baptiste).*

Testes — — sunt Iohannes maior prepositus, Lippoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Wernerus plebanus, Bernardus de Dorstad, prepositus Cono canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Iohannes Bok advocatus in Woldenberge, Henricus Rasehorn, Olricus de Herre, Henricus de Walmode milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Frankenberg Nr. 21. Siegel des Bischofs beschädigt, das des Domkapitels verloren. Gedr. Bode, UB. II, S. 284 Nr. 259.*

**511.** *Die Brüder Bernhard, Domherr, Burchard und Luthard von Meinersen verkaufen dem Propste Hilderich und dem Konvente des*

*Kl. Dorstadt für 80 Mark Silber fünf und eine halbe Hufen und sieben Hausstellen in Machtersen (Machtersem), welche ihnen ihre Schwester Lutgard, Frau des Ludolf von Wenden, resigniert hat. 1279 Juni 24 (in die beati Johannis baptiste).*

Huius rei testes sunt Conradus de Dorstat prepositus in Alsborch, comes Henricus de Blankenborch, Hermannus et Henricus et Hermannus eorum consanguineus comites de Woldenberch, Fredericus et Woltherus fratres nobiles de Dorstat, Borchardus marscalcus, de Asseborch, Ludolfus de Wenedhen.

*Or. im Archiv des Kl. Dorstadt. Von den sieben Siegeln das zweite, dritte und sechste, nämlich des Burchard und Luthard von Meinersen und des Grafen Hermann von Wohldenberch erhalten. Gedr. Asseburger UB. I, S. 257 Nr. 393.*

**512.** *Bischof Otto bestimmt über das Gnadenjahr verstorbener Domherrn. Hildesheim 1279 Juni 30.*

Otto dei gratia Hildensemensis episcopus universis, quibus presens scriptum videre contigerit vel audire, salutem in domino. Prudens decrevit antiquitas, ut que ab hominibus geruntur, ne simul cum lapsu temporis a memoria hominum labantur, scriptis autenticis commendentur. Hinc est, quod, cum dilecti in Christo . . prepositus, . . decanus et capitulum ecclesie nostre nobis humiliter supplicarint, quatinus redditus beneficiorum seu prelaturarum, que vel quas de manu nostra tenent, ipsis decedentibus uno anno post mortem integraliter cedant ad defunctorum debita persolvenda, quod, si defuncti debitorum onere gravati non fuerint, dicti redditus vel quicquid ultra solutionem debitorum excreverit pro ipsorum memoria peragenda per testatores in usus capituli convertantur, nos eorum piis supplicacionibus inclinati ipsorum desiderio duximus liberaliter annuendum, ita tamen quod si aliquem ex ipsis in die beati Iacobi mori contigerit, testamentarii ipsius fructus nostrorum beneficiorum vel prelaturarum primo anno ex consuetudine percipient approbata pariter et prescripta, secundo eciam anno iidem testatores predicta percipient integraliter ex hac nostra liberali concessione secundum formam superius annotatam. Si autem, quod absit, aliquem ex ipsis intestatum decedere contigerit, predicta omnia cum bonis defuncti mobilibus et immobilibus excepta curia sua per . . decanum et capitulum pro ipsius memoria peragenda in usus capituli convertentur. Illi autem, quibus beneficia vel prelature collata vel collate fuerint, iurisdicionem suam excercebunt et beneficiorum collacionem



liberam obtinebunt. Ad huius nostre concessionis evidenciam presens scriptum inde confectum sigillo nostro fecimus communiri. Actum in capitulo nostro Hildensem anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lxxviii., in commemoratione beati Pauli, pontificatus nostri anno quinto decimo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 254. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs.*

**513.** Propst Konrad von Einbeck bekundet, dass Lippold von Wetze (Wettessen), Ritter, und dessen Brüder Giselbert und Georg, Knappen, mit Zustimmung des Dietrich, Kanonikers des Kreuzstiftes und Sohnes des Giselbert, viertelhalb Hufen in Stöckheim (Stockem) dem Kl. Amelunxborn verkauft und ihn entschädigt haben. 1279 Juli 6 (in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli).

*Abchrift des 14. Jahrhunderts im Diplomatar des Kl. Amelunxborn I, fol. 125 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**514.** Domdechant Lippold, Domscholaster Hoier und Domkantor Johann gewähren dem Johannisstift ein zweites Gnadenjahr mit der Bestimmung, dass die Einkünfte dieses zur Bezahlung der Schulden des verstorbenen Stiftsherrn, oder, wenn solche nicht vorhanden, mit den Einkünften des ersten Jahres zur Memorie jenes und zum Nutzen der Kirche verwendet werden sollen. Hildesheim 1279 Juli 17 (xvi. kalendas augusti).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 28. Beschädigte Siegel des Domkapitels und der drei Aussteller. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: In crastino huius date que fuit tercia feria, fuit electus dominus Siffridus Magdeburgensis ecclesie decanus in episcopum Hildensemensem. Gedr. Würdtwein, Nova subs. I, S. 331 nach Cop., Doebner, UB. I, S. 179 Nr. 367 nach dem Or.*

**515.** Wahlkapitulation (des Bischofs Siegfried). O. D. (1279 Juli 17).

Redditus mense episcopalis non alienabit.

Item monetam conservabit sicut continetur in privilegio Adologii, et quando eam locare voluerit, advocabit prepositum et decanum et prelatos.

Item advocatiam civitatis non infeodabit.

Item officium dapiferatus non infeodabit.

Item turres castrorum sibi conservabit et faciet eas conservari per fideles ministeriales vel litones ecclesie.

Item advocatos non faciet in castris nisi ministeriales ecclesie.



Item si contigerit vacare feoda nobilium, si vult ea locare, faciet de consilio maiorum de capitulo et locabit ea comparibus curie.

Item archidyaconatus, capellas sive alios redditus, qui habentur de manu episcopi, extra capitulum non locabit.

Item feoda nobilium et ministerialium nulli ecclesie dabit sine consilio et consensu capituli.

Item ratum habebit quod fecit dominus episcopus Conradus et alii episcopi de thelonio Nove civitatis.

Item testamenta fratrum, que per se vel per alios fecerint, rata habebit.

Item pueris infra scholas non conferet prelaturas et beneficia, que curam habent animarum.

Item sententias antecessoris sui et capituli nisi prehabita satisfactione non relaxabit.

Item iura archidyaconorum in sententiis suis et in aliis iuribus fideliter conservabit.

Item privilegia ecclesie de rebus episcopi morientis in suo iure conservabit, et quicquid contra ea attemptatum est retractabit.

Item iura capituli et litonum et aliorum hominum, quando sunt in servitio minorum, ex parte consulum et civitatis non permittat infringi.

Item obligationem bonorum episcopalium factam capitulo et commutationem ratam et firmam habebit.

Item munitiones, quas ecclesia habuit et habet, fideliter ecclesie conservabit.

Item bona prepositure et alia bona nostra specialia tuebitur sicut sua et in eis exactionem per se vel per advocatos suos non faciet.

Item debita, in quibus tenetur capitulo, infra triennium confirmationis sue incipiet solvere vel in gratia capituli manebit.

Item ad alia debita, que rite contracta fuerint, tenebitur.

Item hec sigillo capituli sigillabuntur.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 362. Bruchstück des Kapitelssiegels. Gedr. Neues vaterländ. Archiv 1830 S. 351, im Auszug Doebner, UB. I, S. 180 Nr. 369. Bischof Otto starb am 4. Juli (vgl. das Todtenbuch des Michaeliskl., herausgegeben v. Mooyer im Vaterländ. Archiv 1843 S. 3), die Wahl Siegfrieds von Querfurt erfolgte bereits am 17. Juli mitten im Kampfe des Bistums mit Herzog Albrecht von Braunschweig, vgl. die Notiz auf der Rückseite der Urk. Johannisstift Nr. 28 (oben Nr. 514) und Bertram, Gesch. von Hildesheim I, S. 294.*

**516.** *König Rudolf ersucht das Domkapitel, den Erwählten Siegfried zur Beilegung des Streites mit den Herzögen von Braunschweig zu bewegen, wie er selbst ihn schon früher dazu ermahnt habe. O. D. (1279 nach August 15).*

Ex officii nostri debito Hildensemensis ecclesiae, praecellentis imperii Romani calumpniae, zelantes honorem, quietem et commodum et periculosus ipsius dispendiis et dispendiosis periculis, quibus ex guerrarum discrimine hinc inde concutitur, interno et pio compatientes affectu venerabilem vestrum electum litteris et nuntiis alias sollicitavimus, hortabamur et monuimus sano et utili consilio sibi nichilominus persuadentes, ut super tranquillando et serenando statu ipsius ecclesiae nostris nuntiis acquiesceret et cum clarae memoriae Al(berto) duce Brunswicensi, principe et praeside nostro dilecto, qui Hildensemensi ecclesiae et cuilibet conquerenti paratus erat, dum viveret, in curia nostra de iustitia respondere, ad unitatem karitatis intimae deveniret vel saltem ius, si quod sibi contra praedictum principem competeret, prosequeretur in iudicio coram nobis. Et quia praefati ducis heredes favore benigno prosequimur, ut tenemur, denuo ad eundem vestrum honorabilem virum providum et circumspectum N., nostrum familiarem et consiliarium, super eodem negotio cum regalibus apicibus transmittimus devotionem vestram rogantes et hortantes attente, quatenus ad parendum et acquiescendum votis regalibus et eiusdem N. monitis et exhortationibus circa ea, quae sunt pacis et concordiae vel iustitiae, ipsum vestrum electum continuis inductionibus excitetis, dirigatis ac etiam, prout expedire videbitis, inducatis, ut praeter inaestimabile commodum, quod ex hoc vobis et ecclesiae vestrae proveniet, serenitatem regiam in cunctis vestris agendis inveniat perpetuo prouorem.

*Gedr. Bodmann, Cod. epistolaris Rudolphi I., Leipzig 1806 S. 119. Danach wiederholt. Regest Böhmer-Redlich, Reg. imp. VI, 1, Nr. 1156. Herzog Albert starb am 15. August 1279. Bald darauf wird wohl der Brief geschrieben sein.*

**517.** *Das Kl. Wöltingerode überweist dem Priester Nantwig in Rimbeck gegen zwölf Mark die Rente einer halben Hufe ebenda, welche nach seinem Tode an die Kellerei zur Feier seiner Memorie fallen solle. 1279 November 25.*

Elysa dei gratia abbatissa, Hildebrandus prepositus totusque conventus sanctimonialium in Waltingerode omnibus salutem. Tenore

presentium protestamur, quod dominus Nantwicus sacerdos in Rinbeke in memoriam sui obitus contulit ecclesie nostre duodecim marcas Halberstadensis argenti, de quibus redemimus duos mansos et dimidium, qui fuerant graviter obligati. Nos vero considerantes pium eius circa nos affectum assignavimus eidem ad tempora vite sue reditus dimidii mansi ibidem, cum acceptare voluerit. Post mortem autem suam census idem cellerarie perpetuo deputabitur, ut exinde conventui nostro in anniversario suo servitium ministretur et eius memoria iugiter observetur. Huius rei sunt testes dominus Heinricus sacerdos in Mulbeke, Waltherus et Heinricus filii Iohannis Colith et alii quam plures. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxix<sup>o</sup>., in die Katerine virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 48. Beschädigtes Konventsiegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**518.** *Die Grafen von Wohldenbergh bestätigen die Schenkung von zwei Hufen in Wedem durch ihre Väter an Bernhard vom Hagen und deren Uebertragung an das Krankenhaus des Kl. Wöltingerode. 1279 Dezember 20.*

Nos Hermannus et Heynricus et Otto fratres, Burchardus et Hermannus et Heynricus fratres dei gratia comites de Woldenberg omnibus hanc litteram inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Universis Christi fidelibus cupimus esse notum, quod patres nostri pie memorie Burchardus et Heynricus comites de Woldeberg duos mansos, quos Iohannes de Wedem ibidem ab ipsis possidebat, domino Bernhardo dicto de Indagine donaverunt. Et licet predicti patres nostri huiusmodi donationem sine nostro perpetraverint assensu, nichilominus nos ob specialis dilectionis causam, quam idem dominus Bernhardus ad nos habuit, ac filiorum suorum Ludegeri et Hermanni fratrum Minorum petitionem huiusmodi donationem ratam habere volentes cum omnibus heredibus nostris una cum ipso clauastro in Woltincherode specialiter infirmarie deputantes cum omni iure tam in villis quam in pratis, in silvis et in pascuis donamus perpetuo possidendam pro subsidio anime prefati domini Bernardi, cuius anniversarius in vigilia beati Martini episcopi et confessoris peragetur, necnon aliorum, quorum ipse usus fuerat bonis et ex oblivione seu ignorantia dampnum ad plenum minime restauravit, atque pro omnium parentum suorum et nostrorum remedio peccatorum, ita quod, si prepositus seu abbatissa prefati claustri vel

quicumque alius contra hanc donationem quidquam attemptare presumpserit auferendo aut in alios usus commutando, ipso facto sit excommunicationis vinculo Hildensemensis episcopi innodatus. Huius autem rei firmitatem nostrorum sigillorum et sepedicti domini Bernhardi appensione duximus roborari. Testes vero huius sunt nobiles viri comes Heynricus de Blankenburg et comes Heynricus de Waldeberg ac nobiles dicti de Dorstat fratres Fredericus et Walterus, ordinis fratrum Minorum frater Ludegerus et frater Hermannus et frater Iohannes de Soderde conversus supradicti claustrii. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>ix<sup>o</sup>, in vigilia sancti Thome apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 49. Die fünf Siegel beschädigt.*

**519.** *Die von Escherde verzichten zu Gunsten des Kl. Derneburg auf alles Recht an zwei Hufen in Ottbergen. Hildesheim 1279.*

Nos Lippoldus et filius meus Thidericus, Iohannes et filius meus Thidericus, Iordanus, Ludoldus milites dicti de Escherte omnibus hoc scriptum visuris notum esse cupimus litteras per presentes, quod voluntarie et de pleno consensu renunciamus omni impetitioni et iuri, quod habuimus vel habere potuimus super duos mansos sites in Otberge, renunciantes eisdem mansis cum omni iure, quod nostrum intererat in predictis mansis, libere dimisimus sanctis monialibus in Derneborch deo servientibus in perpetuum possidendos. Ne vero aliquis nostrorum heredum nostrum factum in posterum valeat reclamare, predictae ecclesiae in Derneborch presens scriptum contulimus nostrorum sigillorum munimine roboratum. Testes huius facti sunt dominus Ernestus abbas ecclesiae sancti Michahelis in Hildensem, Sifridus de Rodhen, Iohannes Niger, Sifridus de Rutenberg, Iohannes de Stedere, Egkehardus de Levenstede milites, Iohannes Honhorst, Iohannes de Szerstede famuli, Albertus de Damone, Henricus Westvalus, Thidhericus Marcolfi, Hermannus Bocvel, Arnoldus de Mynda, Thegenardus de Indagine, Bernardus frater suus burgenses in Hildensem et alii quam plures. Datum in Hildensem in ecclesia sancti Michahelis anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 24. Siegel des Johann hängt an der Urk., das des Lippold liegt lose bei, die anderen beiden verloren. Regest Doebner, UB. I, S. 179 Nr. 368.*

**520.** *Ritter Balduin von Wenden und seine Frau Jutta kaufen für 85 Mark Silbers vom Bischof Siegfried ein Allod in Rosenthal mit Ausnahme des Gerichtes und des Schlossplatzes, das zu seinen Lebzeiten nicht zurückgekauft werden darf. O. D. (1279—87).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 257. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 298.*

**521.** *Die Grafen Meiner von Schladen und Otto von Everstein bekunden die Beilegung eines Streites des Bischofs mit dem Propst, Dechanten und anderen Verletzten. O. D. (1279—1310).*

Nos dei gracia Menerus comes de Sladen, Otto comes de Eversten, omnibus presentes litteras visuris tenore presencium protestamur, quod facta compositione inter dominum episcopum Hildensemensem ex una parte et dominos prepositum et decanum maioris ecclesie ceterosque lesos tam religiosos quam seculares ex parte altera hanc formam idem dominus episcopus ore pronuntiavit declarans, quod quitquit discordie, rancoris seu offense fuit inter ipsum et predictos, totum debet esse in bona et sincera amicitia complanatum et mortuum, ita quod inter eos numquam de cetero reviviscat et quod ipse dolet intime offensam istorum, et in quibuscumque offendit vel dampnificavit pro tempore favore et gracia compensabit et quod hec et hiis similia de cetero cavebit nec ulterius attemptabit, ymmo clerum in iure et libertate sua faciet permanere. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus presentibus apponenda.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 686 Nr. 1319 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Es läßt sich nicht feststellen, auf welche Ereignisse sich der Vertrag bezieht. Nach den Ausstellern gehört die Urk. in die Zeit des Bischofs Siegfried.*

**522.** *Die Herzöge von Braunschweig tauschen mit dem Grafen Hermann von Wohldenberch Ländereien. Braunschweig 1280 Februar 9.*

Henricus, Albertus, Wilhelmus dei gratia fratres duces de Brunswic omnibus presentem cartulam inspecturis salutem in omnium salvatorem.<sup>1)</sup> Presentibus publice protestamur, quod cum Hermanno comite de Waldenberch iuniori duos mansos in villa Dhinkelere situs, quorum ad nos proprietates pertinebat, pro tribus aliis in villa Ruden situs permutavimus, quorum proprietates sua sunt, ita quod nos illos tres in Ruden obtinebimus et ipse illos duos in Dhinkelere

<sup>1)</sup> So das Or.

obtinebit. Ne igitur super hiis contingat inposterum dubitari, presens scriptum super hoc confectum sigillo nostro roboratum dedimus ad cautelam. Datum in Brunswic anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>., v<sup>o</sup>. idus februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 156. Das Siegel von den roten und gelben Hanffäden verloren.*

**523.** *Das Kl. Dorstadt bestimmt eine Hausstelle in Ohlendorf und eine Rente von vier Schilling in Mullenstede zur Anschaffung einer Osterkerze. 1280 März 8.*

H(ildericus) prepositus G. priorissa totumque collegium sanctionialium in Dorstat omnibus in perpetuum. Quonium acta temporum, ne labantur cum tempore, scripture testimonio sunt confirmanda, noverint presens scriptum inspecturi, quod nos de communi consensu nostri capituli ad laudem et gloriam dei aream in Oldenthorp sex solidos solventem pro quadam area in Benem, quam dudum Helyas sacerdos inspiratione divina monitus contulit nostre custodie ad columpnam paschalem eundem censum solventem, que secundum nostre ecclesie consuetudinem triginta trium talentorum cere pondere conficitur, insuper in augmentum iam dicte columpne quatuor solidorum redditus in villa Mullenstede, que sita est trans aquam, assignavimus perpetuo possidenda. Ne vero prelibata a nostris successoribus calumpnientur, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>., feria sexta ante dominicam Invocavit, in generali capitulo dominarum.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Sehr wenig beschädigte Siegel der Kirche und der Propstei in Dorstadt.*

**524.** *Papst Nicolaus III. beauftragt den Bischof (Friedrich) von Merseburg, dafür zu sorgen, dass die der Hildesheimer Kirche entfremdeten Güter dieser wieder zurückerworben werden. Rom 1280 März 18.*

Nicolaus episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . . episcopo Merseburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii . . . decanus, . . . prepositus et capitulum Hildesemenses, quam predecessores eorum decimas, terras, domos, prata, pascua, nemora, molendina, iura, iurisdictiones et quedam alia bona ad ecclesiam ipsam spectancia datis super hoc litteris, interpositis iuramentis, factis renuntiationibus et

penis adiectis in gravem ipsius ecclesie lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super hiis confirmationis litteras in forma communi a sede apostolica impetrasse. Quia vero nostra interest lesis ecclesiis subvenire, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius ecclesie per concessionem huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, penis, iuramentis, renuntiationibus et confirmationibus suprascriptis ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie studeas legitime revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum xv. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tercio.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 259. Bleibulle an Hanfschnüren.*

**525.** *Domherr Bernhard von Meinersen genehmigt den Verkauf von sechsthalb Hufen und sieben Hausstellen in Machtersen durch seine Brüder Burchard und Luthard an Propst Hilderich und das Kl. Dorstadt. Hildesheim 1280 Mai 7 (nonas may).*

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Siegel des Ausstellers. Vgl. oben Nr. 511.*

**526.** *Die Grafen von Wohldenbergh übertragen dem Kl. Derneburg einen Mühlenplatz an der Nette. 1280 Mai 14.*

Dei gratia nos Borgardus et Hermannus comites de Woldenberg omnibus, quibus has litteras videre contingerit, in vero salutari salutem. Ea, que pro tempore coram nobis aguntur, ne oblivioni tradantur, expedit, ut in scripta puppica redigantur. Tenore igitur presencium notum esse volumus et constare, quod cum consensu fratris nostri Hinrici canonici maioris ecclesie in Hildensem renunciavimus omni iuri, quod habuimus et vendicare poteramus in quodam loco molendini ex utraque parte Nete, qui scilicet locus adiacet yndagini claustrum sanctimonialium in Derneborch, ex promotione et instancia domini Iohannis ibidem prepositi et contulimus iam dicto conventui sanctimonialium cum omni utilitate perpetuo possidendum. In evidens vero testimonium has litteras sigillorum nostrorum robore



iussimus confirmari. Testes huius facti sunt dominus Otto prepositus de Eversten, comes Ludolfus et Conradus et Iohannes nobiles et fratres de Woldenberg, dominus Heidhenricus de Heiershusen, dominus Grubo et dominus Boldewinus de Stenberg, Wolterus de Nette, Hoierus de Mandere, Conradus, Ascwinus, Nicolaus Suevi, Ascwinus de Holle, Olricus de Barem, Lippoldus, Thidericus, Andreas, Hermannus de Heiershusen<sup>1)</sup> et ceteri plures fide digni. Datum anno incarnationis domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>., ii. ydus magi.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Kl. Derneburg Nr. 9. Die Siegel der drei Grafen Burchard, Hermann und Ludolf gut erhalten.*

**527.** *Graf Gerhard von Holstein überlässt den Brüdern von Harlingeberg das Patronatsrecht der Kirche in Immenrode gegen zwei Hufen in Bansleben. Braunschweig 1280 Juli 6.*

Nos dei gratia Gherhardus comes de Holtceten recognoscimus per presentes publice protestando, quod de bona voluntate et maturo habito consilio ius patronatus ecclesie in Ymmenrodhe cum omni iure domino Iordano et Heynrico et Widekindo fratribus dictis de Harligerberch in proprium dedimus, in cuius donacionis restaurum predicti fratres de Harligerberche nobis duos mansos sites in Batesleve reddiderunt. Huius rei testes sunt dominus Iohannes de Adenoys, comes Heydhenricus de Luterberche, comes Hermannus de Woldenberch, Iohannes de Goltorn, Ludolphus de Goltorn milites, dominus Alf de Holte, Heyno de Bardeleve, dominus Bertoldus de Reten, Iohannes de Adenoys, dominus Ericus et dominus Ludolfus dicti de Esebeke. In huius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum Brunswic anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>., in octava apostolorum Petri et Pauli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 51. Beschädigtes Siegel des Ausstellers, Reitersiegel, an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**528.** *Ritter Johann von Escherde verkauft dem Abt Albert, Prior Johann und dem Konvente des Kl. Marienrode acht Hufen in Bemeroode (Bevingerodhe) mit der Nutzung genannt colinge im Rodherebrok, welche Ritter Jordan von Ilten von ihm zu Lehn hatte, mit Zustimmung seiner Söhne Dietrich und Jordan und seiner Ver-*

<sup>1)</sup> Dahinter ist Trobo getilgt.



wandten Ritter Jordan und Ludold von Escherde. 1280<sup>1)</sup> Juli 25 (viii<sup>o</sup>. kalendas augusti).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 43. Die drei Siegel, des Johann von Escherde an grünen und roten, des Dietrich von Alten und des Jordan von Escherde an roten Seidenfäden, wenig beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 69 Nr. 55. In einer Urk. von demselben Datum gelobt der Verkäufer die Zustimmung seines minderjährigen Sohnes später beizubringen, Or. a. a. O. Nr. 45 mit beschädigtem Siegel des Johann von Escherde an roten Seidenfäden und dem stark beschädigten des Dietrich von Alten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen; gedr. a. a. O. 71 Nr. 57. In einer undatierten Urk. verkauft auch Jordan von Ilten die acht Hufen dem Kloster, Or. a. a. O. 44 mit dem beschädigten Siegel des Dietrich von Alten, gedr. a. a. O. S. 70 Nr. 56.

**529.** Johann Pfarrer in Schladen unter den Zeugen der Urk. der Brüder Burchard, Ekbert und Hermann von Wolfenbüttel für Kl. Isenhagen. Schladen 12(80) September 1 (in die Egidii).

Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen. Gedr. Asseburger UB. I, S. 262 Nr. 401, nach Cop. Lüneburger UB. V, S. 18 Nr. 40.

**530.** Bischof Siegfried überträgt auf Bitten des Domdechanten Lippold, des Domscholasters Hoier und des Domkantors Johann dem Johannisstift das Eigentum des halben Zehnten in Lotingessen. Hildesheim 1280 Oktober 10 (in die Gereonis).

Testes huius nostre donationis sunt Arnoldus de Wereberge, Otto de Eversten, Bernardus de Meynersen canonici Hildensemenses, Ernestus pincerna, Aswinus de Stenberge, Ludolfus de Cramme milites.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 29. Beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels. Gedr. nach Cop. Würdtwein, Nova subs. I, S. 340. Regest Doebner, UB. I, S. 181 Nr. 370.

**531.** Bischof Siegfrieds Ablassbrief für Kirche und Kloster st. Georgen in Glaucha. 1280 Oktober 18.

Nach dem Regest bei v. Dreyhaupt, Saalkreis I, S. 804 Nr. 39 wiederholt v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. III, S. 128 Nr. 324; das. S. 132 Nr. 336 ein undatiertes Indulgenzbrief Siegfrieds für das Marienknechtst. Kloster in Halle.

**532.** Bischof Siegfried bekundet, dass bei der Beilegung eines Streitiges zwischen den Kanonikern des Cyriacistiftes in Braunschweig und den Brüdern Eberhard und Aschwin von Lutter wegen zweier

<sup>1)</sup> Or. m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>, doch ist das i mit dunklerer Tinte später nachgetragen.

*Hufen in Sossmar (Sutherland) die Brüder auf alle Ansprüche verzichtet haben. Hildesheim 1280 Oktober 31 (in vigilia omnium sanctorum).*

— — presentes fuerunt ~~Arnoldus~~ Arnoldus de Wereberge, Bernardus de Meynersem canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Aschwinus de Stenberge, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenberge, Egkehardus de Levenstede milites, Albertus et Conradus fratres de Dampmone, Bernardus de Hoyersem, Heyno de Gustede, Brendeko Storm, Ludolfus Rufus burgenses.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Cyriaci Nr. 17. Siegel des Bischofs verloren, das des Eberhard von Lutter am Rande beschädigt.*

**533.** *Ludolf von Borsum entsagt nach Empfang von sechs Mark durch das Kreuzstift allen Ansprüchen an eine Hausstelle und 14 Morgen in Kemme. 1280 November 5.*

Ludolfus filius Ludolfi militis dicti de Borseum singulis et universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Tenore presentium innotescat, quod omne ius, quod michi vendicavi in area et xiiii iugeribus sitis in Kemme, resignavi et mee actioni in perpetuum renunciavi. Recepti tamen ab ecclesia sancte Crucis vi marcas et ei prestabo ab omnibus impotentibus warandiam. In huius rei testimonium sigillo meo feci roborari. Testes huius sunt dominus Ar(noldus) de Wereberge et Ber(nardus) de Dorstat canonici Hildensemenses, Aswinus de Lapideo monte et Ernestus pincerna milites. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>, nonas novembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 157. Siegel des Ausstellers schildförmig, zeigt sechs Eisenhüte, 3: 2: 1: † SIG(IL)LVM LVD . . . CTI DE . . . EM, kleiner Rest des Siegels der A. v. Warberg und spitzovales beschädigtes der B. von Dorstadt.*

**534.** *Ekbert, Burchard und Hermann von Wolfenbüttel genehmigen in Gegenwart des Grafen Meiner von Schladen den Verkauf einer Hufe in Dorstadt durch Burchard von der Asseburgh an das Kl. Dorstadt, das ihnen dafür drei und ein halbes Pfund entrichtet. 1280 November 18 (in octava sancti Martini episcopi).*

Huius rei testes sunt milites Volcmarus de Goslaria, Bertoldus et Anno de Gowische,<sup>1)</sup> Henricus Wifgrove, Henricus Friso, Henricus de Hornhusen, Iohannes de Gosa.

<sup>1)</sup> *Or. Howische.*

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel des Grafen und des Burchard von der Asseburg. Gedr. Asseburger UB. I, S. 265 Nr. 404. Regest Bode, UB. II, S. 291 Nr. 271.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**535.** *Die Grafen Burchard und Hermann von Wohldenberg verkaufen dem Kl. Dorstadt die Vogtei über sechs Hufen in Wedeliggerode. 1280 November 27.*

Ut gesta hominum maneant illibata, litteris et testibus munitur. Hinc est, quod notum facimus intuentibus presens scriptum, quod nos Burchardus et Hermannus comites dicti de Woldenberc vendidimus advocatiam sex mansorum in Wedeliggerode ecclesie sanctimonialium in Dorstat, quod Ludolfus Pluder et sui legitimi heredes a nobis in feodo<sup>1)</sup> tenuerunt, sub titulo proprietatis quiete et libere perpetuo possidendas.<sup>2)</sup> Ut autem hec inconvulsa permaneant, sigillorum nostrorum munimine presentem paginam duximus roborandam. In reconpensam vero huius donationis assignamus duos mansos nostre proprietatis sitos in Harige cum nostrorum heredum consensu ac omnium, quorum est consensus requirendus. Testes vero huius sunt comes Hermannus de Woldenberc, comes Ludolfus et frater suus de Insula, Iohannes miles de Wetelemenstede, Heidenricus miles de Hedershusen, Iohannes Trobe, Arnoldus de Elvede et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>, quinto kalendas decembris.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel des Burchard stark beschädigt, des Hermann gut erhalten an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**536.** *Herzog Heinrich von Braunschweig, Graf Meiner von Schladen, die Klöster Wöltingerode, Neuwerk bei Goslar und Ringelheim, die Ritter Volkmar von Goslar und Heinrich von Burgdorf und Konrad von Wehre übertragen das ihnen bisher gemeinsam zustehende Patronatsrecht der Kirche in Beuchte (Bokede) dem Deutschen Hause in Goslar. 1280 Dezember 1 (prima dominica adventus).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Weddingen Nr. 3. Sieben Siegel, aus denen allein die Namen der Berechtigten, die in der Urk. nicht genannt werden, zu ersehen sind. Gedr. Bode II, S. 292 Nr. 272.*

**537.** *Das Stift Gandersheim gibt dem Bischof Siegfried und dessen Kirche das Eigentum von neun Hufen in der Rodung bei*

<sup>1)</sup> Or. feodo.    <sup>2)</sup> So das Or.

*Woldenberg und erhält dafür als Ersatz den Zehnten des Drostehagens und den des Nienhagen bei Heckenbeck. Gandersheim 1280 Dezember 25.*

Margareta dei gratia Gandersemensis ecclesie abbatisa omnibus hanc litteram inspecturis sinceram in domino caritatem. Ad universorum noticiam presentium testimonio cupimus pervenire, quod nos in Christo venerabili patri domino Sifrido Hildensemensi episcopo et ipsius ecclesie cum consensu nostri capituli proprietatem novem mansorum in novali apud Woldenberge contulimus libera voluntate perpetuo possidendam recipientes in restaurum ab ipso domino S(ifrido) Hildensemensi episcopo ex beneplacito et consensu sui capituli proprietatem decime indaginis que dicitur Drocethenhagen, quam decimam dominus Hermannus de Hardenberge et fratres sui ab eodem domino episcopo et ecclesia Hildensemensi in pheodo tenuerunt. Et ad hec proprietatem decime indaginis que dicitur Nienhagen apud Hekenbeke in supradicte proprietatis videlicet novem mansorum ad novale perpetuam accepimus recompensam. In cuius rei testimonium nos prefato domino episcopo et ecclesie Hildensemensi dedimus presentem litteram nostri et ecclesie nostre sigillorum munimine roboratam. Datum Ganderseim anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>., viii<sup>o</sup>. kalendas ianuarii. Huius facti testes sunt Mechtildis ecclesie nostre preposita, Luckardis decana, Alheidis custos, Mechtildis de Bilsteine, Mechtilt de Eversteine nostre canonice, cappellanus noster Thidericus sancti Georgii plebanus, Otto de Eversteine, Otto de Plesse nobiles, Lippoldus de Vrethen, Hermannus de Gandersem, Bruningus noster advocatus milites et plures alii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 260. Beide Siegel sehr gut erhalten. Gedr. Wolff, Gesch. der Fam. v. Hardenberg I, UB. S. 18.*

**588.** *Bischof Siegfried gestattet dem Propst des Bartholomäistiftes als Archidiacon in Lühnde, die Synode in den einzelnen Kirchen des Archidiaconates abzuhalten, doch ohne den Pfarren dadurch Kosten zu verursachen. Hildesheim 1280.*

Sifridus dei gratia Hildessemensis ecclesie episcopus. Ex officii nostri debito ad providendum utilitati et quieti ecclesiarum, que nobis sunt commisse, nos obligatos esse cognoscentes ea, que dampnorum et incommodi poterunt esse occasio, extirpare cupimus et in melius salubri mutare consilio affectamus. Cum itaque ex relatione dilecti filii in Christo prepositi Hermanni ecclesie sancti Bartholomei apud Hildessem et archidiaconi in Lulene intellexerimus, quod rigor

et ius spirituale defluat et infirmetur propter diversitatem villarum et multitudinem populi ad synodum in Lulene pertinentium, qui una die diiudicari et discuti necnon et corrigi minus valent et ad Christianam religionem sicut fides catholica exigit informari, unde nos bona intentione dicti prepositi considerata necnon et fidelium salutem, que in rudibus et simplicibus de facili deficit et exorbitat, consulere cupientes iam sepe dicto preposito suisque successoribus indulsumus et indulgemus, ut in singulis ecclesiis ad bannum Lulene pertinentibus singulis diebus synodo presideant, secundum quod preposito memorato pro loco et pro tempore videbitur expedire, ita tamen ne sacerdotes qui in ecclesiis fuerint pro tempore per prepositum aut suos nuncios in expensis aliquibus pregraventur. Ne autem hec nostra ordinatio preposito sancti Bartholomei et sue ecclesie de maturo facta consilio ab aliquo imposterum infringatur aut immutetur, presentem ei litteram conscribi fecimus et sigilli nostri munimine communiri. Datum Hildessem anno domini millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>lxx<sup>o</sup>.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Stltek. Nr. 2. Kleiner Siegelrest. Gedr. nach Cop. Lüntzel, Ältere Diözese S. 408.*

**539.** *Ritter Johann von Salder verkauft der Kirche in Dorstadt eine Hausstelle und drei Morgen ebenda. 1280.*

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**540.** *Die Ritter Jordan und Ludold von Escherde übertragen das Eigentum von zwei Hufen und einem Hofe in Klein-Escherde, die der Bürger Heinrich Westfal von ihnen zu Lehn hat, und zwei Hufen und einen Hof in Wennerten dem Kl. Escherde. 1280.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 61. Die Urk. durch Wasser beschädigt. Die beiden Siegel an weissen geflochtenen Hanfschnüren gut erhalten. Regest Doebner, UB. I, S. 180 Nr. 371.*

**541.** *Bischof Heinrich von Havelberg verheisst allen, welche die Kirche (in Heiningen) am Dedikationstage und dessen Oktave und am Tage der Patrone (Peter und Paul) besuchen, vierzig Tage Ablass. 1280.*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Klosters, beglaubigt i. J. 1713, Ms. 546 S. 124 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**542.** *Die Brüder von Rautenberg bekunden den Verzicht des Thedolf von Klauen auf allen Schadenersatz gegenüber dem Incendiarus des Kreuzstiftes. O. D. (um 1280).*

Nos Sifridus et Basilius fratres de Rutenberk presentibus publice protestamur, quod Thedolfus de Clowen homo noster et villicus canonicorum ecclesie sancte Crucis Hildensemensis in capitolio eiusdem ecclesie renuntiavit omni actioni et dampno, quod se dicebat habuisse a Conrado Otmaringe predictorum canonicorum incendiario, coram nobis, et ipsi ex gratia sola et non ex iure ad petitionem nostram quatuor libras Hildensemenses predicto villico de censu retento et debito remiserunt, ita tamen, quod nec idem villicus nec aliquis heredum suorum sepe dictis canonicis super predicto dampno ullam moveat questionem. Ne igitur super hiis contingat inposterum dubitari, presens scriptum inde conscriptum sigillo nostro fecimus consignari. Datum . . .

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 222. Beschädigtes Siegel Siegfrieds an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Datirt nach der Schrift.*

**543.** *Bischof Siegfried verbietet dem Kl. Wöltingerode, Verheiratete bei sich zu beherbergen, und untersagt die Bestrebungen, welche auf Absetzung des Propstes hinzielen. Hildesheim o. J. (1280—1310) August 5.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus preposito, abbatisse totique conventui in Wöltingerode salutem in domino sempiternam. Quoniam non decet diversarum professionum homines insimul habitare, vobis inhihemus districte, quatinus nullos coniugatos in curia vestra habitare de cetero permittatis. Quod si secus feceritis, volumus et mandamus, ut tam diu divinis careatis officiis, quam diu tales vobiscum permiseritis commorari. Audivimus insuper, quod quidam ansu temerario ad depositionem prepositi vestri laborent modis omnibus quibus possunt. Cum igitur hoc ad nostrum pertineat officium, precipimus sub pena excommunicationis omnibus vobis et singulis, ut nullus vestrum talibus presumptoribus in aliquo suffragetur auxilium vel consilium impendendo scituri, quod, si contrarium perceperimus de aliquo, ipsum graviore pena secundum quod ius dictaverit puniemus. Valet in Christo. Datum Hildensem in die Oswaldi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 50. Das eingenähte Siegel zerbröckelt.*

**544.** *Das Kreuzstift findet den Heinrich von Elbe mit einer Summe Geldes ab. O. D. (1280—1300).*

Notum sit omnibus presens scriptum inspicientibus, quod ecclesia sancte Crucis Hildensemensis<sup>1)</sup> compositionem fecit cum Henrico de Elvede dicto Burmestringe dans<sup>2)</sup> ei triginta solidos Hildensemensis monete et viginti solidos Brunswicenses. Ut compositio facta firmiter observetur, huius facti testes sunt dominus N(icolaus) plebanus sancte Katerine in Brunswic, dominus Iohannes Engelhardi, dominus Hugo canonici sancte Crucis in Hildensem, Bertoldus, Tidericus et Hermannus sacerdotes et capellani sancte Katerine in Brunswic, Iohannes et Alexander conversi sancte Marie Magdalene in Hildensem, Henricus dictus de Solecen et Hermannus filius Lodewici burgenses et alii quam plures, qui presentes fuerunt. Et quod rationabiliter facta sit hec compositio, dominus N(icolaus) plebanus sancte Katerine in<sup>3)</sup> Brunswic sigillo suo publice protestatur.<sup>4)</sup>

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 228. Siegel des Pfarrers in grünem Wachs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest mit Zeugen Hänseleermann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 218 Nr. 448, gedr. ebenda S. 551 Nr. \*448 zu zweite Hälfte des 13. Jahrhunderts.*

**545.** *Bischof Siegfried bestätigt der Stadt ihr hergebrachtes Recht, erkennt bei Streitigkeiten die eidliche Aussage der zwölf Ratsherrn als zu Recht bestehend an und verspricht ihr seinen Schutz. Peine 1281 Januar 6 (octavo idus ianuarii).*

Istis eciam placitis interfuerunt Vulradus Montis prepositus, Arnoldus de Wereberge canonici Hildensemenses, Burchardus nobilis de Querenvorde frater noster dilectus, Gevehardus miles de Bortvelde, und Bürger.

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 28. Siegel des Bischofs. Gedr. zuletzt Doebner, UB. I, S. 181 Nr. 372, wo die älteren Drucke angegeben sind.*

**546.** *Johann (von Salder) Marschall, Dietrich von Wallmoden, Burchard von Cramme und Andreas von Lutter, Ritter, Burgmänner in Lichtenberg, bekunden die Beilegung eines Streites zwischen den Söhnen des Hoier (von Salder), Hoier, Aschwin und Burchard, und dem Propste Johann des Kl. Steterburg wegen einer Mühle bei Grossmahner (apud manus Mandere). Lichtenberg 1281 Januar 20 (xiii. kalendas februarii, die videlicet sanctorum Fabiani et Sebastiani).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Die Siegel verloren.*

<sup>1)</sup> Hild. über der Zeile. <sup>2)</sup> Verbessert aus dautes. <sup>3)</sup> Vor in scheint etwas getilgt zu sein. <sup>4)</sup> Or. protestatur.



**547.** *Bischof Siegfried genehmigt die Uebertragung des Patronatsrechtes der Kirche in Beuchte durch die dazu Berechtigten an das Haus des Deutschen Ordens in Goslar. Hildesheim 1281 Januar 26 (septimo kalendas februarii).*

*Nach Cop. gedr. Bode, UB. II, S. 296 Nr. 279. Wegen der Berechtigten vgl. oben Nr. 536.*

**548.** *Graf Burchard von Wohldenbergr verkauft dem Kl. Lamspringe einen Weg vor dem Hofe in Ammenhusen. 1281 Februar 24.*

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos Burgardus comes de Waldenberg de consensu et beneplacito fratris nostri comitis Hermanni vendidi domino Gotfrido preposito totique conventui sanctimonialium in Lammespringh communem stratam ante curiam Ammenhusen, ut nichil excedere possent arando, fodiendo, sepem faciendo, sed quicquid utilitatis in ea facere possent, libere et absque ulla inpetitione, data nichilominus pro ea alia via in agris ipsorum, ideo ut ipsorum curia in latum possent extendi. Ne igitur factum nostrum inposterum maliciose ab aliquo revocetur, presentem paginam inde confectam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum et actum anno incarnationis dominice m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>., in festo sancti Mathie apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 39. Das abgefallen gewesene, beschädigte Siegel des Ausstellers ist verkehrt an der Urk. befestigt.*

**549.** *Der Rat der Stadt Hildesheim bekundet, dass Hermann Bokvel einen Keller und ein kleines Haus für 20 Mark dem Kreuzstift verkauft hat. 1281 März 18 (xv<sup>o</sup>. kalendas aprilis).*

Testes — — sunt Bruno, Bertoldus, Conradus clerici ecclesie sancte Crucis — —

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 36a. Bruchstück des älteren Stadtsiegels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 181 Nr. 373.*

**550.** *Die Grafen Ludolf, Konrad und Johann von Wohldenbergr, Brüder, übertragen der Domkirche in Goslar ihr Allod in Harlingerode. Hildesheim, im Dom 1281 März 25 (octavo kalendas aprilis).*

Testes sunt dominus Lippoldus decanus, Iohannes cantor canonici Hildensemensis ecclesie maioris, Borchardus et Hermannus fratres comites de Woldenberghe, Theodericus miles dictus de Piscina, Borchardus de Wildenstein, Lippoldus de Rottinge.



*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Die drei Siegel an roten Seidenfäden erhalten. Gedr. Leuckfeld, Antiquit. Poeld. S. 298, Bode, UB. II, S. 297 Nr. 280 und unvollständig Harenberg, Hist. Gandersh. S. 190.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**551.** *Bischof Siegfried erteilt allen, welche zur Aufbesserung des langen Dammes bei Vechelde beisteuern, vierzig Tage Ablass. Hildesheim 1281 März 26 (pontificatus nostri anno secundo, vii<sup>o</sup>. kalendas aprilis).*

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig. Siegelbruchstück an weisser Seidenschnur. Gedr. Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 138 Nr. 302.*

**552.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Wienhausen das Eigentum von sieben Hufen im Alten Dorfe bei Rosenthal (in Veteri villa apud Rosendale) und den Zehnten über vierzehn Hufen ebenda mit Zustimmung des Domkapitels. Hildesheim 1281 März 26 (vii<sup>o</sup>. kalendas aprilis).*

Testes huius sunt Lippoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Arnoldus de Wereberge, Bernardus de Dorstad, prepositus Otto de Eversten, Hermannus de Dasle canonici Hildessemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marchalcus, Conradus de Elvede et filius<sup>1)</sup> suus Conradus, Sifridus de Rutenberge, Aswinus de Luttere, Hermannus Lepel, Theodericus de Prome milites.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 92. Wenig beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels an roten Seidenfäden.*

**553.** *Domdechant Lippold vermietet zugleich mit dem Scholaster des Johannisstiftes und Verweser des Hospitalis zwei Hausstellen in Harber dem Kl. Wienhausen. Hildesheim 1281 März 26.*

Nos dei gratia Lippoldus Hillensemensis ecclesie decanus universis Christi fidelibus notum esse cupimus per presentes, quod una cum Iohanne scolastico ecclesie sancti Iohannis procuratore hospitalis nostri locavimus duas areas dicti hospitalis sitas in Hertbere . . . abbatisse et conventui sanctimonialium in Winhusen pro sex solidis legalium denariorum Hildensemensis monete in festo Michaelis hospitali nostro omni occasione postposita annis singulis persolvendis. Facta est collatio ex consensu tocuis ecclesie nostre capituli. Testes huius rei sunt venerabilis pater dominus S(ifridus) Hildensemensis episcopus, Wolradus sancti Mauricii prepositus,

<sup>1)</sup> *Or. filius.*

Thidericus prepositus sancte Crucis, layci Ecbertus camerarius, Asgninus de Lapideo monte et alii quam plures. Ut autem hec locatio firma et perpetua maneat, ecclesie nostre capituli sigillo fecimus roborari. Acta sunt hec in Hildensemensi capitulo anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxxi<sup>o</sup>, vii<sup>o</sup>. kalendas aprilis.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 91. Stark beschädigtes Kapitelssiegel.*

**554.** *Bischof Siegfried entscheidet einen langen Streit zwischen den Domherrn in Goslar und den Pfarrern daselbst über das Glockengeläute in den Pfarrkirchen vor oder nach dem im Dome, über die Beteiligung der übrigen Pfarren an den Prozessionen des Domes und über die Rangverhältnisse der Domherrn und der anderen Pfarrer. Goslar, im Dom 1281 April 5 (nonas aprilis).*

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Siegel des Bischofs. Gedr. Leuckfeld, Antiquit. Pold. S. 299, UB. des hist. Ver. für Niedersachsen I, S. 43 Nr. 40, Bode, UB. II, S. 297 Nr. 281.*

**555.** *Bischof Siegfried bekundet die Gründung einer Vikarie in der Kreuzkirche durch den Kanoniker Ludolf von Braunschweig. Hildesheim 1281 April 7.*

Sigfridus dei gratia Hildesimensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Officii nostri debitum exigit et requirit, ut ea, que ad cultum divinum a fidelibus in domo domini ordinantur, perpetuo robore confirmemus. Proinde notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod dominus Ludolfus de Brunshwig canonicus ecclesie sancte Crucis et noster clericus specialis pia motus intentione ad honorem dei et salutifere Crucis pro remedio anime sue et parentum suorum vicariam perpetuam sacerdotis instituit nostra fultus autoritate in ecclesia sancte Crucis eo modo videlicet, quod eiusdem vicarie sacerdos in conventu de quarta et sexta feria celebret missas, et si in eisdem feriis occurrit aliquod festum habens vigiliam cum missa sua, eandem vigiliam similiter observabit. Idem etiam diebus aliis a predictis canonicis si rogatur pro eis celebrare, si aliquo modo potest, erit benevolus et paratus. Ad debitum quoque chori ipse tanquam alii vicarii sancte Crucis erit perpetuo obligatus. Quia vero propter collationem talium beneficiorum ad capitulum spectantium nonnunquam propter vota dissidentium graves dissensiones in capitulis oriuntur, idem dominus Ludolfus ad futuras controversias precavendas provida deliberatione perhabita collationem

predicte vicarie absolute confert decano, scholastico et custodi, ut ipsi habentes deum pre oculis ecclesie sancte Crucis et predicto beneficio super animas suas provideant idonea de persona. Nos igitur considerantes prefati domini Ludolfi statutum omnimodis esse pium, ipsum auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra presentibus in nomine domini confirmamus precipientes sub pena excommunicationis, ne aliquis ullo unquam tempore ipsum presumat ausu temerario violare. Volumus preterea, ut bona ad predictam vicariam conquisita vel procedente tempore conquirenda eadem sententia, quam premisimus, sint defensa. Ne etiam super hoc contingat a quoquam imposterum dubitari, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum Hildesem anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lxxx. primo, vii. idus aprilis, pontificatus<sup>1)</sup> nostri anno secundo.

*Abschrift des 18. Jahrhunderts in Ms. 185 S. 67 im Museum zu Hildesheim.*

**556.** *Propst und Konvent des Maria-Magdalenenklosters bestimmen über die Verwendung der Spende des Johann von Luthzingeworden. 1281 April 26.*

Henricus dei miseracione prepositus et conventus sanctimonialium in Hildensem ordinis sancte Marie Magdalene penitencium omnibus hoc scriptum visuris orationes in Christo devotas. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod elemosinam illam, que vulgariter dicitur spenda, quam dominus Iohannes de Luthzingeworden bone memorie in anniversario patris et matris sue fieri ordinaverat in ecclesia nostra in die Vitalis et Severi, cum consensu conventus nostri et domini Lippoldi decani maioris ecclesie commutavimus in hanc formam, videlicet quod in diebus predictis a conventu nostro sollempnis fiet memoria predictarum personarum in vigiliis et in missa et a tribus sacerdotibus aliis cantabuntur tres misse, ad quas missas invitabuntur duo sacerdotes, quibus fiet consolacio in comendo et in solidis duobus, tercius capellanus nostris, quartus Predicatoribus, quintus Minoribus fratribus, sextus infirmis in hospitali et insuper honesta procuratio conventui nostro fiet. In huius rei testimonium presens scriptum sigillo nostri conventus et sigillo domini decani prefati fecimus communiri. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>., vi<sup>o</sup>. kalendas mayi.

<sup>1)</sup> *fehlt im Cop.*

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Klosters, Ms. 357 fol. 41v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Beitr. zur Hildesh. Gesch. III, S. 43.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**557.** *Ritter Ludolf von Cramme gesteht dem Bischof das Rückkaufsrecht der Güter in Söhlde (Soleda) zu, die er für 44 Mark gekauft hat. 1281 Mai 9 (vii. idus maii.<sup>1</sup>)*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 265. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Scheidt, Vom Adel, Mantiss. S. 438.*

**558.** *Die Brüder Ludolf und Burchard von Cramme, Ritter, kaufen von Bischof Siegfried Güter in Söhlde unter Vorbehalt des Rückkaufes. O. D. (zu 1281 Mai 9).*

Nos Ludolphus et Borchardus fratres milites dicti de Cramme presentibus protestamur, quod a reverendo domino Sifrido Hildensemensi episcopo cum consensu sui capituli bona in Soleda nobis et nostris heredibus comparavimus pro ducentis marcis examinatis Hildensemensis ponderis et valoris cum omni iure et utilitate, quam dictus episcopus habuit in eisdem. Memorata bona dicto<sup>2</sup>) domino nostro vel eius successori sive capitulum<sup>3</sup>) liberum erit et licitum pro dicta summa pecunie reemere dicta bona,<sup>4</sup>) quandocumque id posse habuerint faciendi, ita tamen ut dicta pecunia semper inter festum nativitatis domini et dominicam qua cantatur Invocavit dicta pecunia nobis fuerit persoluta. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis nostris fecimus communiri.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 256. Siegel des Ludolf beschädigt, das des Burchard gut erhalten, zeigt drei (2:1) Lilien.*

**559.** *Graf Meiner von Schladen bekundet, dass die Hinterbliebenen des Ludolf Pluther dem Kl. Dorstadt sechs Hufen in Wedeligerothe unter angegebenen Bedingungen übertragen haben. 1281 Mai 14.*

Meynerus dei gratia comes in Sladem omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, eternari solent memoria litterarum, innotescat presentibus et sciant posteri, quod in nostra presentia constituti prepositus in Dorstat et superstites Ludolfi Pluther videlicet Cesarius filius suus

<sup>1</sup>) Der Monat fehlt im Or., ergänzt nach dem Drucke. <sup>2</sup>) Or. dicta mit Rasur, die sich auch hinter domino und nostro findet. <sup>3</sup>) So das Or. <sup>4</sup>) So das Or.

cum Margareta noverca sua conventionem factam de sex mansis sitis in Wedeligerothe, quos ecclesie cum silvis, pratis et pascuis et omni utilitate ad ipsos spectantibus assignaverunt sub hac forma, quod iam dicta ecclesia recepit filiam in consororem, que a prelo procurabitur in necessariis usque ad obitum matris; qua decedente percipiet ii choros siliginis. Filius procurabitur in victu et vestitu secundum formam familie in Nienrothe. Vidua autem percipiet singulis annis de duobus mansis iiii choros siliginis et ii avene et dimidium tritici, iiii sexagenaria lignorum et sexagenam straminum. Ea vero decedente in suis exequiis a prelo dabuntur iii marce argenti nigri ad conventus consolationem et debitorum suorum per solutionem. Si debita fuerint ampliora, ecclesia manebit indemnis. Ut autem hec inconvulsa permaneant, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Acta sunt hec anno gratie m<sup>o</sup>. d<sup>o</sup>.<sup>1</sup>) lxxx. i<sup>o</sup>., ii<sup>o</sup>. idus maii.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Bruchstück des Siegels des Ausstellers.*

**560.** *Graf Ludolf vom Werder (de Insula) überträgt dem Kl. Derneburg 34 Morgen und zwei Hofstellen in Sottrum (Sutherum apud Woldenberge), die es von Heinrich von Elbe gekauft hat. 1281 Mai 19 (xiiii. kalendas iunii).*

Huius rei testes sunt Burchardus et Hermannus comites cognati nostri, Henricus de Walmode, Erembertus de Bokenem, Henricus de Barkenvelde milites, Ascwinus de Holle, Tydericus dictus Schayt, Iohannes Wrighe de Bokenem.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 25. Die beiden runden Siegel wenig beschädigt, zeigen den Helm mit Flug; in dem des Ludolf der Helm aus schwarzem Wachs, sonst aus gelbem.*

**561.** *Die Ritter Ludolf und Burchard von Cramme verkaufen dem Stift st. Georgenberg bei Goslar die Hälfte des Zehnten in Hachem, stellen den Kämmerer Ekbert, den Schenken Ernst und Siegfried von Rautenberg als Bürgen, welche in die Hände des Domscholasters Hoier von Hohenbüchen garantieren. Hildesheim 1281 Juni 6 (feria vi<sup>a</sup>. septimane pentecostes).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Stift Grauhof Nr. 26. Von den beiden Siegeln fehlt das erste. Gedr. Bode, UB. II S. 300 Nr. 283. In einer undatierten Urk. resignirt Graf Hermann von Wohlenberg den halben Zehnten dem Bischof Siegfried, Or. in der Beverinischen Bibl. zu Hildesheim, gedr. a. a. O. S. 300 Nr. 284.*

<sup>1</sup>) So das Or.

**562.** *Bischof Siegfried überträgt dem Stifte st. Georgenberg bei Goslar den halben Zehnten in Hachem, den ihm die Grafen Hermann und Heinrich von Wohldenberg und diesen die Ritter Ludolf und Burchard von Cramme, Brüder, aufgelassen haben. Hildesheim 1281 Juni 7 (septimo idus iunii).*

Testes huius nostre collationis sunt Iohannes maior prepositus, Lippoldus decanus, Wolradus Montis prepositus, Arnoldus de Werberge, Hoyerus scolasticus, Iohannes cantor, Bernardus de Meynersen canonici Hildessemensis, Ecbertus camerarius, Conradus marchalcus, Ernestus pincerna, Aswinus de Stenberge, Sifridus de Rutenberge, Aswinus de Luttere milites.

*Or. in der Bevertnischen Bibliothek zu Hildesheim. Siegel des Bischofs, ein zweites verloren. Gedr. Bode, UB. II, S. 301 Nr. 286.*

**563.** *Bischof Siegfried erteilt allen, welche die Kirche des Cistercienserklosters Altenberg am Dedikationstage und dessen Oktave besuchen und sie unterstützen, einen vierzigjährigen Ablass. Hildesheim 1281 Juni 9 (v. idus iunii, in die beatorum martirum Primi et Feliciani).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Düsseldorf, Abtei Altenberg Nr. 151. Siegel des Bischofs. Erwähnt Lacomblet, UB. für die Gesch. des Niederrheins II, S. 444 Nr. 750, Anm. 1.*

**564.** *Bischof Siegfried nimmt die Kongregation der Schwestern des Hauses Meienberg in seinen Schutz und sichert ihr die Habe der austretenden Schwestern zu. Hildesheim 1281 Juni 12 (in die beatorum Basilidis, Cirini, Naboris).*

*Or. im Stadtarchiv Nr. 399 a. Siegel des Bischofs. Gedr. Doebner, UB. I, S. 182 Nr. 374.*

**565.** *Papst Martin IV. nimmt das Kl. Marienrode mit allen Besitzungen in seinen Schutz. Orvieto 1281 Juni 13 (idus iunii, pontificatus nostri anno primo).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 46. Bleibulle an roten und gelben Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 72 Nr. 58. Regest Potthast, Reg. pont. 21763.*

**566.** *Papst Martin IV. bestätigt dem Kl. Marienrode seine Freiheiten und Immunitäten. Orvieto 1281 Juni 13 (idus iunii, pontificatus nostri anno primo).*

*Abschrift des 17. Jahrhunderts in Cop. III, 148 fol. 156 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 73 Nr. 59. Regest Potthast, Reg. pont. 21764.*

**567.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Escherde zwei Hufen in Bekum (Bekem) mit Zustimmung des Domkapitels und in der Erwartung, dass es seine Memorie feiern werde. Hildesheim 1281 Juni 15 (xvii<sup>o</sup>. kalendas iulii).*

Testes huius nostre collationis sunt et presentes fuerunt Iohannes maior prepositus, Wolradus Montis prepositus, Arnoldus de Wereberge, Hogerus scolasticus, Bernardus de Dorstad, Bernardus de Meynersem canonici Hildessemenses, Conradus marchalcus, Ernestus pincerna, Aswinus et Conradus fratres de Stenberge, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenberge milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 62. Siegel des Bischofs und des Domkapitels beschädigt.*

**568.** *Bischof Siegfried teilt dem Rate mit, dass er bei seiner Wahl geschworen habe, die Befestigungen und die Türme der Burgen zu erhalten und in den Burgen nur Ministerialen der Kirche als Vögte einzusetzen mit Genehmigung des Domkapitels. Hildesheim 1281 Juni 15 (xvii. kalendas iulii).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 517. Beschädigtes Siegel des Bischofs. Gedr. Doeßner, UB. I, S. 183 Nr. 374.*

**569.** *Herzog Heinrich von Braunschweig tauscht mit dem Kreuzstift Hörige. 1281 Juni 29.*

Nos Henricus dei gratia dux de Brunswic omnibus presens scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod nos cum consensu omnium fratrum nostrorum Eyleken propriam feminam nostram cum quinque pueris suis, uxorem Iohannis Fredherzinge civis in Lafferde, que nobis pertinebat iure litonico, dominis et ecclesie sancte Crucis in Hildensem eo iure, quo ad nos et fratres nostros spectabat, dedimus liberam et solutam hoc modo, ut econverso prelibati domini beate Crucis Adhelheydem uxorem Tiderici de Betmere commorantis in Bultem cum quinque pueris suis iure litonico, quo ad eosdem canonicos pertinebat, in signum commutationis solutam et ab ipsis liberam nobis tradant. Igitur ne aliquis nobis succedens hoc factum a nobis ex utraque parte actum temptet infringere, presentem paginam prefate Eyleken ac suis quinque heredibus sigillo nostro roboratam tradimus in munimen. Huius rei testes sunt dominus Bertramms miles de Werle tunc temporis advocatus in Asseburg

et Henricus de Smerdeshusen suus subadvocatus. Anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. hec facta sunt in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 159. Regest Asseburger UB. I, S. 269 Nr. 413. Siegelrest. A. a. O. Nr. 160 die unbesiegelte Urk. (Konzept) des Propstes Dietrich, Dechanten Ludolf und des Kreuzstiftes über denselben Tausch (actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>l., vi<sup>o</sup>. idus iulii). Danach wurden dem Herzog überlassen die Kinder der Adelheid Heinrich, Dietrich, Adelheid, Gertrud und Margarete, während die andern, Johann, Friedrich und Ludolf, sich das Stift reserviert.*

**570.** *Graf Meiner von Schladen bekundet, dass Elias namens seiner Frau dem Kl. Dorstadt eine jährliche Rente von fünf Schilling verkauft hat. 1281 Juni 29.*

M(einerus) dei gratia comes de Sladam omnibus in perpetuum. Innotescat presentibus et sciant posteri, quod de nostro consensu Helyas ex parte sue uxoris, que possedit v solidorum redditus singulis annis in ecclesia Dorstat, eosdem cum consensu sue matris ac heredum pro vii fertonibus argenti examinati iam dicte ecclesie vendidisse<sup>1)</sup> perpetuo possidendos. Ut autem hec inconvulsa permaneant, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. l<sup>o</sup>xxx<sup>o</sup>i<sup>o</sup>., in die sanctorum apostolorum Petri et Pauli.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Gut erhaltenes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**571.** *Graf Meiner von Schladen überträgt mit seiner Frau der Domkirche die Güter der Obedienz in Winnigstedt mit Vorbehalt des Niessnutzes zu ihren Lebzeiten. 1281 Juni 29.*

M(einerus) dei gratia comes de Scladem omnibus presens scriptum inspecturis salu(tem in domino). Nos cum uxore nostra Adelheydha presentibus protestamur et universis ac si(ngulis) notum esse cupimus, quod bona obediencie maioris ecclesie in Hildensem sita in Vinnigenstede quoad usumfructum ad tempora vite nostre recepimus sub hac forma. Dicta bona a quolibet detentore expediemus et ab advocatia absolvemus nostris laboribus et expensis, ut sic expedita et absoluta post obitum utriusque nostrum predicta bona ad pre-nominatam ecclesiam libere revertantur, nulli heredum nostrorum recognoscentes aliquod ius aut petitorium aut possessorium in eisdem.

<sup>1)</sup> So das Or.



In cuius rei evidenciam presens scriptum sigilli nostri appensione duximus roborandum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>xi<sup>o</sup>., in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 261. Die Schrift stellenweise verschwunden. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zerbrochen, zeigt aufgerichteten gekrönten Löwen.*

**572.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Steterburg mit Zustimmung des Domkapitels den Zehnten von fünfzehnteil Hufen (in Stedere), den ihm Ritter Siegfried Scadewalt aufgelassen hat. Hildesheim 1281 Juli 27 (vi<sup>o</sup>. kalendas augusti).*

Testes sunt et presentes fuerunt Iohannes maior prepositus, Lippoldus decanus, Arnoldus de Werberge, Bernhardus de Dorstat, Bernhardus de Meinerseim canonici Hildensemenses, comes Otto de Eversten, Ekbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Hillemarus de Oberge, Aschwinus de Stenberche, Ludolfus de Kramme, Sifridus de Rutenberge milites.

*Nach dem Chron. Steterburg. S. 198 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**573.** *Dechant und Kapitel des Kreuzstiftes übertragen dem Heinrich von Linden Land daselbst auf Lebenszeit. Hildesheim 1281 August 9.*

L(udolfus) dei gratia decanus et capitulum ecclesie sancte Crucis Hildensemensis omnibus presens scriptum videntibus salutem. Publice protestamur, quod nos honorabilium militum dominorum Thiderici de Walmeden et Thiderici de Gudenstede et Gevehardi iunioris de Borvelde necnon Andree de Luttere precibus inclinati Henrico de parvo Lindete et <sup>1)</sup> filio fratris sui sedecim iugera non decimalia et aream in parvo Lindete sita et quinque maldratas pure siliginis in festo Michahelis solventia dimisimus temporibus vite eorundem. Quibus mortuis et defunctis ecclesia nostra si voluerit eorum legitimis heredibus quinque talenta Brunwicensia refundet et predicta bona ad ipsam sine omni questione libere revertentur. Testes huius rei sunt Bertoldus scolasticus et Almarus de Boymenborch custos bonorum eorundem. Ne igitur super hoc contingat inposterum dubitari, presens scriptum inde confectum sigillo ecclesie nostre fecimus insigniri. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>., v<sup>o</sup>. ydus augusti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 161. Beschädigtes Konventsiegel an von der Urk. geschnittenem Pergamentstreifen.*

<sup>1)</sup> Die Lücke auch im Or.

**574.** *Abt Dietrich des Godehardiklosters gibt dem Katharinenaltare im Dom zwei und einen halben Morgen in der Feldmark der Neustadt und erhält dafür von jenem zwei Morgen ebenda. 1281 August 25 (octavo kalendas septembris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 262. Siegel verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 183 Nr. 376. Die Gegenurk. des Dompropstes Johann von demselben Tage im Cop. des Godehardikl. im Stadtarchiv Or. 1368d Nr. 5, erwähnt Doebner a. a. O. Anm.*

**575.** *Bischof Siegfried überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Katharinenhospital vor der Stadt das Eigentum zweier Hufen in Eddessem, welche ihm der Schenk Ernst resigniert hat, sodass die Hälfte der Einkünfte dem Priester und die Hälfte den Kranken zugute komme. Hildesheim 1281 September 3 (tercio nonas septembris).*

Testes sunt Wolradus Montis prepositus, Arnoldus de Wereberge, Wernerus plebanus, Bernardus de Dorstad, prepositus Cono, Bernardus de Meynersem canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marchalcus, Aswinus et Conradus fratres de Stenberge, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenberge milites, und Bürger.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Katharinenhospital Nr. 3. Stark beschädigte Siegel des Bischofs an roten, des Domkapitels an weissen Wollfäden. Gedr. Doebner, UB. III, S. 650 Nachtr. Nr. 37.*

**576.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Dorstadt das Eigentum des halben Zehnten in Dorstadt. Hildesheim 1281 September 9 (quinto idus septembris).*

Testes sunt huius nostre collationis Io(hannes) maior prepositus, Lippoldus decanus, Wolradus decanus, Volradus Montis prepositus, Arnoldus de Warberge, Bernhardus<sup>1)</sup> de Dorstat, Burchardus de Meinersem canonici Hildensemenses, Eggebertus camerarius, Conradus marschalcus, Ernestus pincerna, Aschwinus de Steinberge, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Ruttenberge milites.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Kl. Dorstadt zu Dorstadt fol. 12, der die meisten Zeugen und die Datierung fehlen; ergänzt nach der Abschrift Krätz's in Ms. 545a fol. 50 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**577.** *Ritter Johann von Gladebeck überträgt dem Bischof Siegfried das Eigentum einer Hufe in Gladebeck, die er von ihm zu Lehn erhält,*

<sup>1)</sup> Cop. Burehardus.

als Ersatz einer dem Kl. Mariengarten übertragenen Hufe in Schnee.  
Hildesheim 1281 September 30.

Nos **Iohannes miles** dictus de Gladebeke tenore presentium recognoscimus et protestamur, quod nos de consensu et beneplacito heredum nostrorum proprietatem unius mansi in Gladebeke siti, qui Walbackesse hove dicitur, ecclesie Hildensemensi dedimus et eundem a venerabili domino nostro S(ifrido) Hildensemensi ecclesie episcopo in feodo recepimus iure ministerialium in restaurum cuiusdam mansi in Snehen, qui dicitur Cothen hove, quem ad petitionem nostram iam dictus episcopus dominus noster de consensu sui capituli claustro sive cenobio in Garden proprietavit, prout in eorum litteris super hoc confectis continetur. Ut autem iam dicti mansi in Gladebeke hec nostra donatio a nullo nostro herede cum tribus areis ibidem sitis in posterum revocari possit seu infringi, super hoc presentem litteram Hildensemensi ecclesie dedimus nostro sigillo roboratam. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>., pridie kalendas octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 263. Beschädigtes Siegel des Ausstellers, Schild geteilt, oben rechts schreitender Hund, unten drei Wolkenbalken.*

**578.** *Bischof Siegfried übereignet mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Mariengarten eine Hufe genannt Cothenhove mit einer Hausstelle in Gross-Schneen (Snehen), welche ihm Johann von Gladebeck resigniert hat. Hildesheim 1281 September 30 (pridie kalendas octobris).*

Testes autem huius rei sunt dominus Ar(noldus) de Wereberg, Ot(to) de Eversten, B(ernardus) de Meynersem canonici Hildensemenses et dominus Asc(winus) et C(onradus) fratres milites de Lapideo monte et S(ifridus) de Ruthenberg.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mariengarten Nr. 43. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**579.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Steterburg den Zehnten von fünfzehn Hufen in Stedere nach der Resignation des Grafen (Bernhard) von Wölpe, dem sie Ritter Siegfried Scadewalt aufgelassen hat. Hildesheim 1281 Oktober 22 (xi<sup>o</sup>. kalendas novembris, die videlicet sancti Severini, in nostra synodo maiori).*

Testes huius rei sunt Iohannes maior prepositus, Lippoldus decanus, Wlradus prepositus Montis, Thidericus prepositus sancte

Crucis, Hoyerus scolasticus, Heydenricus cellerarius, Arnoldus de Werberche, Bernhardus de Dorstat, prepositus Cono, Iohannes de Medem cantor, Otto prepositus dictus de Eversten, Hermannus de Dasle domini et canonici ecclesie nostre, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Conradus marscalcus, Aschwinus de Stenberche, Ludolfus de Cramme, Gevehardus de Bortvelde senior et iunior, Henricus de Campe, Hillemarus de Oberche, Iohannes de Wetelemestede milites, Conradus et Henricus dicti Holticker, Ludolfus Mathie, Iohannes Elye, Herbordus Clericus, Wedekindus de Gandersem burgenses.

*Aus dem Chron. Stederburg. S. 199 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 141 Nr. 305. In einer undatierten Urk. a. a. O. S. 179 resigniert Graf Bernhard von Wölpe obigen Zehnten dem Bischof auf Bitten des Ritters Hildemar von Oberg.*

**580.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Loccum das Eigentum von vier Hufen und einer halben Mühle in Helmersen (Melmere) und eine Hufo in Garmissen (Germerdessen), welche ihm Gottfried von Varsveldhe mit seinen Söhnen und Johann von Hameln mit Sohn Heinrich resigniert haben. Braunschweig 1281 Oktober 31 (ii. kalendas novembris).*

Testes sunt et presentes fuerunt Wolradus Montis prepositus, Arnoldus de Wereberge, Bernardus de Dorstad, Bernardus de Meynersen canonici Hildessemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marschalvus, Aswinus de Stenberge, Iohannes de Wetelemstedhe, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenberch, Aswinus de Luttere, Albertus Bock, Iohannes de Stedere milites, Heitwicus de Peyna filius Iohannis de Peyna burgensis in Brunswich.

*Or. im Archiv des Kl. Loccum. Siegel des Bischofs an roten Seidenfäden zur Hälfte fort. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 254 Nr. 406.*

**581.** *Ritter Willikin von Gustedt bekundet, dass Bischof Siegfried ihm die Vogtei in Baddeckenstedt verpfändet hat. Braunschweig 1281 November 8.*

Ego Willekinus miles dictus de Gustedhe omnibus presens scriptum visuris cupio fieri manifestum, quod venerabilis dominus meus Syfridus Hildensemensis episcopus accedente capituli sui unanimi consensu advocatiam in villa Badekenstedhe michi et iustis heredibus meis pro viginti et septem marcis puri argenti Brunswi-

censis ponderis obligavit cum omni iure, quo eandem advocatiam dominus episcopus et capitulum antedictum hactenus habuerunt, ea conditione adiecta, quod, si dominus episcopus aut capitulum prelibatum advocatiam iam dictam ad usus suos proprios, quia ad usum alterius cuiuscumque, si forte ipsam alii obligare seu vendere intenderent, redimere non poterunt nec debebunt, a me aut a meis heredibus redimere decreverint, cum memoratam pecuniam videlicet viginti et septem marcas puri argenti Brunswicensis ponderis michi seu meis heredibus sepe dictis persolverint, sepefatam advocatiam liberam rehabebunt. Ne autem contractus huiusmodi a me aut a meis posteris violari valeat aut infringi, presens scriptum sigilli mei robore communivi. Datum Brunswic anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxi<sup>o</sup>, ipso die quatuor coronatorum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 264. Das wenig beschädigte Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt drei (2:1) Kesselhaken.*

**582.** *Bischof Siegfried bekundet, dass die Brüder Hugo und Hermann von Dinklar allen Ansprüchen an eine halbe Hufe in Oedelum entsagt haben. Hildesheim 1281 November 9 (quinto idus novembris).*

Testes sunt et presentes fuerunt Wlradus Montis prepositus, Arnoldus de Wereberge, Bernardus de Meynersen canonici Hildesemenses, Iohannes noster notarius canonicus sancte Crucis, Aswinus de Stenberch, Sifridus de Rutenberch, Albertus Bock milites.

*Or. im Archiv des Klosters Loccum. Siegel des Bischofs von den roten Seidenfäden verloren. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 255 Nr. 407.*

**583.** *Bischof Siegfried gibt allen, welche das Predigerkloster in Halberstadt an gewissen Festtagen besuchen, vierzig Tage Ablass. Hildesheim 1281.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Magdeburg. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs. Gedr. im Auszug Schmidt, UB. der Stadt Halberstadt I, S. 135 Nr. 157.*

**584.** *Bischof Siegfried überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Loccum vier Hufen und eine halbe Mühle in Helmersen (Melmere) und eine Hufe in Garmissen (Germerdessen), die ihm Jutta, Frau des Johann von Hohenhameln, Bertha, Frau des Johann Lenkener, und Bertha, Frau des Johann von Adenstedt, mit ihren Kindern resigniert haben. Hildesheim 1281.*

Testes sunt et presentes fuerunt Lippoldus decanus nostre maioris ecclesie, Arnoldus de Wereberge, Bernhardus de Dorstat, Bernhardus de Myenersen (!), Cono prepositus de Olsborg canonici maioris ecclesie nostre, Iohannes de Herkenvelde et Hermannus de Thinglare famuli.

*Or. im Archiv des Kl. Loccum. Siegel des Bischofs an roten Seidenfäden. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 256 Nr. 409. Auf die Güter verzichteten auch Heinrich Kegel und die von seiner verstorbenen Frau, der Tochter des Otto von Schwanebeck, geborenen Söhne, gedr. a. a. O. Nr. 408, vgl. auch Nr. 421. In einer ferneren Urk. mit derselben Datierung bekundet der Bischof den Verzicht des Gottfried von Varsfelde und des Johann von Hohenhameln auf dieselben Güter, Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. III, 130, S. 27 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**585.** Der Rat der Stadt tauscht mit Bruno von Hardessem, dem Scholaster (Bertold) des Kreuzstiftes und mit Balduin von Elbe (Elvede), Kanoniker desselben Stiftes, Grundstücke zur Erweiterung und Geradlegung der Strasse. 1281.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 158. Zerbrochenes älteres Stadtsiegel. Gedr. Doebner, UB. I, S. 183 Nr. 377.*

**586.** Ritter Engelbert von Hachum (Hachim) überträgt dem Kl. Frankenberg bei Goslar eine Hufe in Mahlum (Maldym), welche Konrad von Betheln dem Kloster verkauft hat. 1281.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 40. Siegel des Ausstellers, wenig beschädigt, zeigt Turnierkragen schräg links. Gedr. Bode, UB. II, S. 305 Nr. 291 nach dem Kopiar des Kl. Lamspringe.*

**587.** Das Kl. Wienhausen bekundet, von dem Michaeliskloster eine Hausstelle mit neun Morgen in Harber gegen einen jährlichen Zins erhalten zu haben. 1281.

Henricus dei gratia prepositus, Elisabeth abbatisa totusque conventus sanctimonialium in Winhusen omnibus presentem cedula inspecturis salutem in Christo Ihesu. Quia solet oblivio novercari rerum noticie, quedam decrevimus propagare in posteros et ad successorum noticiam prorogare. Noverit igitur omnium Christi fidelium discretio, quod nos aream et novem iugera in villa Hertbere sita ecclesie sancti Michaelis in Hildensem libere pertinentia recepimus ab eadem ecclesia sub annua octo solidorum pensione hospitalario memorate ecclesie in festo sancti Michaelis perpetuo solvenda. Hunc vero censum expeditum et sine dilatione qualibet persolvi a nobis cupientes presens scriptum sigillis nostris commu-

nitum dicto dedimus monasterio futurorum ad cautelam. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxi<sup>o</sup>.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. VI, 75 fol. 50 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Die Gegenurk. des Abtes Ernst und des Konventes im Archiv des Kl. Wienhausen, Or. Nr. 90 mit gut erhaltenem Siegel des Abtes und Bruchstück des Konventssiegels.*

**588.** *H(einrich) Propst von Riechenberg, mag. P(etrus) Domherr in Hildesheim und D(ietrich) Propst von Neuwerk bei Goslar bekunden gehört zu haben, dass Propst Wit(ekind) von Georgenberg dem Priester H. in Wartjenstedt für den zugefügten Schaden Ersatz geboten, dieser aber das Anerbieten zurückgewiesen habe. O. D. (um 1281—95).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Grauhof Nr. 17. Die drei Siegel nebst Befestigung verloren. Datiert nach dem Vorkommen der genannten Dignitare.*

**589.** *Bischof Siegfried befiehlt auf die Beschwerde des Domdechanten und Domkapitels in Goslar der Geistlichkeit der dortigen Stadtkirchen, den von ihm früher genehmigten Vergleich über die Prozessionen zu halten. Hildesheim O. J. (1281—1310) in die cinerum.*

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Stark beschädigtes Siegel des Bischofs. Gedr. Bode, UB. III, S. 115 Nr. 161. Vgl. oben Nr. 554, woraus sich die Datierung ergibt.*

**590.** *Johann Strutz teilt dem Ritter Gebhard von Bortfeld mit, dass er ihn mit den Gütern in Weddem und Heerte zu Unrecht belehnt habe. Magdeburg O. J. (vor 1282) nach September 22.*

Iohannes dei gratia dictus Strutz strenuo militi domino G(evehardo<sup>1)</sup>) de Bordveld ceterisque militibus castellanis in Lechtenberge salutem et omne bonum. Meminimus, quod accessistis ad nos in Peina rogantes una cum dilecto nostro cognato domino Ar(noldo) de Werberge Hildensemensi canonico in hac forma, ut quedam bona, que nobis vacare non possent, videlicet duos mansos in Wedem et in Herte dimidium, quem Iohannes de Weddem a nostro dilecto avunculo possidebat, vobis porrigeremus iure feudali. Quod de facto fecimus, non de iure, nam respicientes diligentius literam bona predicti nostri avunculi continentem illic annotata bona non invenimus supradicta, nam idem noster avunculus adhuc vivens, sicut didicimus, bona ipsa restituerat comitibus de Woldenberg, quorum patres ea sibi donaverant iure proprio sine heredum consensu. Unde vobis<sup>2)</sup>

<sup>1)</sup> Cop. C.    <sup>2)</sup> Cop. nobis.



et universis, ad quos hec litera pervenerit, protestamur, vos iure predicte nostre collationis bona non<sup>1)</sup> posse possidere supradicta, quia vobis<sup>2)</sup> bona conferre non potuimus aliena. Et quia sigillum proprium non habemus, sigillo fratris nostri presentem literam fecimus roborari. Datum Magdeburg feria quarta post Mauritii.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts in Cop. VI, 115, S. 721 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Datiert nach dem Jahr, in dem Arnold von Warberg zuerst als Domdechant erscheint.*

**591.** *Bischof Siegfried vertauscht den Brüdern vom Werder die Kapelle in Schulenburg mit der in Bodenburch und entschädigt für letztere das Domkapitel mit der Kirche in Detfurth. 1282 Januar 26.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Sifridus dei gratia Hildensemensis episcopus. Et si in temporabilibus potius in spiritualibus dampnum pro cultu divini nominis ampliando non immerito toleratur, per quod duplex aut forte multiplex utilitas generatur, igitur, cum pro utilitate ecclesie nostre immo pro tocius terre comodo, quod in hoc prospeximus, capellam in Sculenborch Mindensis dyocesis cum Lippoldo et Wlvero fratribus militibus dictis de Insula, ad quos ius patronatus ipsius capelle spectabat, pro capella nostra in Bodenborch, que ex antiqua et honesta et hactenus servata consuetudine infra capitulum conferri solebat, de consensu capituli nostri ex deliberato consilio commutaverimus et ad hoc capitulum pro consensu nobis adhibito affectuosum invenerimus et paratum, nos affectum huiusmodi grata vicissitudine compensantes et proinde ipsum capitulum in partem melioris commutationis ponentes ecclesiam in Detforde eidem capitulo nostro eo iure, quo capellam in Bodenborch tenuit, liberaliter contulimus in restaurum, ita quod per nos et successores nostros Hildensemenses episcopos, qui pro tempore fuerint, ipsam ecclesiam ex nunc in antea inperpetuum infra capitulum conferri debeat, ordinatione seu procuratione iam dicte ecclesie ei, cui pro tempore collata fuerit, in omnibus semper salva. Ut autem hec nostra collatio firma et inconvulsa perpetuis temporibus perseveret, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine roboratum capitulo nostro duximus conferendum. Nulli ergo omnino *u. s. w.* Si quis autem *u. s. w.* Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx. secundo, vii. kalendas februarii.

<sup>1)</sup> non fehlt im Cop.    <sup>2)</sup> Cop. nobis.



*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 266. Beschädigtes Siegel des Bischofs. Auszug Lüntzel, Ältere Diözese S. 409.*

**592.** Propst Johann und das Domkapitel geben dem Johannis-hospital, das in Verfall geraten, eine neue Hausordnung. Hildesheim 1282 Februar 11 (in die cinerum).

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 629 Nr. 1203 im Kgl. St.-A. zu Hannover und des 15. Jahrh. im Cop. des Johannisstiftes im Stadtarchiv zu Hildesheim, Museum Nr. 180 fol. 1 und fol. 6. Nach beiden gedr. Doebner UB. I, S. 184 Nr. 378.*

**593.** Ludolf von Cramme bekundet, dass Bischof Siegfried ihm und seinem Sohne Burchard die Hälfte des Hofes in Ahrbergen auf Lebenszeit überlassen hat. Hildesheim 1282 Februar 26.

Universis presens scriptum inspicientibus Ludolfus de Cramme salutem in domino. Tenore presentium protestor, quod dominus noster Sifridus Hildensemensis episcopus dimisit michi et filio meo Burchardo medietatem curie sue in Areberge vite nostre temporibus liberaliter possidendam. Post mortem vero meam et iam dicti filii mei B(urchardi) ad dominum nostrum episcopum vel successores suos eadem bona omni cessante impedimento libere revertentur. Nullus etiam heredum meorum vel mei filii B(urchardi) in eisdem bonis sibi iuris aliquid vendicabit. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>ii., iii<sup>o</sup>. kalendas martii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 266a. Beschädigtes Siegel des Ausstellers.*

**594.** Bischof Siegfried überträgt die Vogtei in Söhlde dem Domkapitel für 240 Mark und verzichtet auf die Abgabe von elf Hufen in Söhlde, Himstedt und Bonstede. 1282 März 7.

In nomine sancte et individue trinitatis. Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus imperpetuum. Licet omnibus ecclesiis nobis subiectis ex officii nostri debito teneamur, plus tamen ecclesie nostre, a qua dignitatis nostre tenemus insignia, tamquam matri speciali prerogativa dilectionis districtius obligamur. Hinc est, quod, cum litones villicationis in Soleda solutis a capitulo et ab eis ducentis quadraginta marcis puri argenti advocatiam villi-cationis eiusdem a nobis emptionis tytulo absolvissent, nos pro gloriose dei genitricis reverentia necnon et pro capitulo nostri

dilectione sincera dictam advocatiam et omne ius, quod nobis ex ea competeat, prefato capitulo nostro iure perpetuo contulimus in hunc modum, videlicet ut in dicta villa nec in viis nec in domibus nec in areis nec in agris nec in pascuis nec in silvis aliquod ius nobis de cetero advocacie nomine ascribamus. Homines eciam eiusdem villicationis, sive in dicta villa sive alias ubicumque fuerint, sive mansos litonum habeant sive non habeant, nullam exactionem, nullam petitionem nomine suarum personarum aut rerum, utpote ab omni onere advocacie exempti advocacie nomine sustinebunt. Omnes eciam excessus, quos ratione advocacie iudicavimus, . . . prepositus nostre Hildessemensis ecclesie, qui pro tempore fuerit, iudicabit. Preterea pro undecim mansis de tribus allodiis capituli in Soleda, Heymstede, Bonstede recepimus annis singulis pro omni iure advocacie plaustratam tritici, pro qua sepedictum capitulum in predicta emptione solvit nobis viginti duas marcas puri argenti, ideoque dicta allodia pronunciamus ab omni advocacie et advocatorum onere specialiter absoluta. In cuius rei testimonium presens scriptum inde confectum sigillo nostro duximus roborandum. Testes sunt Iohannes maior prepositus, Wlradus Montis prepositus, Heydenricus celerarius, Hoygerus scolasticus, Iohannes cantor canonici Hildessemenses, comes Otto de Eversten, Ecbertus camerarius, Conradus marchalcus, Ernestus pincerna, Aswinus de Stenberch, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenberch milites et alii complures. Actum et datum anno domini millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>xl<sup>o</sup>. secundo, nonas marci.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 258. Siegel des Bischofs wenig beschädigt. Gedr. Deductio jurisdict. meyerding. (Hildesheim 1758) S. 60.*

**595.** *Bischof Siegfried überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Loccum vier Hufen in Helmersen (Melmere) und eine in Garmissen (Germerdessen), welche ihm Gottfried von Varsfelde resigniert hat. Hildesheim 1282 März 7 (nonas marci).*

*Or. im Archiv des Kl. Loccum mit dem Siegel des Bischofs und des Domkapitels an roten Seidenfäden. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 262 Nr. 416.*

**596.** *Bischof Siegfried überträgt dem Domstift zu Goslar die Hälfte des Zehnten in Klein-Lengde (in parvo Lengede), welche Ritter Johann von Sudburg, Burgmann in Harzburg, dem Grafen Konrad*

von Wernigerode und dieser dem Bischof aufgelassen hat. 1282 März 9 (vii<sup>o</sup>. ydus marcii).

Testes huius nostre collationis sunt Iohannes maior prepositus,  
 1) decanus, Vulradus Montis prepositus, Arnoldus de Wereberge, Hogerus scolasticus, Iohannes cantor Ber(n)hardus de Menersem canonici Hildensemenses, Ecbertus kamerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Aswinus de Stenberge milites.

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Gedr. Leuckfeld, Antiq. Poeld. S. 300, nach dem Or. UB. des histor. Vereins für Niedersachsen I, S. 44 Nr. 41, Bode, UB. II, S. 314 Nr. 295.*

**597.** Bischof Siegfried überträgt dem Domkapitel den Zehnten in Haimar, den es vom Bürger Bernhard von Heyersum und dessen Frau gekauft und den diese ihm resigniert haben. Hildesheim 1282 März 23.

In nomine domini amen. Sifridus dei gratia Hildessemensis ecclesie episcopus omnibus inperpetuum. Licet omnibus ecclesiis nobis commissis et subiectis ex officii nostri debito teneamur, plus tamen ecclesie nostre, a qua dignitatis nostre tenemus insignia tamquam matri speciali prerogativa<sup>2)</sup> dilectionis districtius obligamur. Ad perpetuam igitur memoriam notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod, cum capitulum nostrum comparasset pro septuaginta marcis examinatis a Bernardo de Hoyersem burgense nostro Hildessemense et uxore sua Lucchardi decimam in Kerecheynbere, nos recepta a dicto Bernado et uxore sua dicta libera et voluntaria resignatione prefatam decimam cum proprietate ipsius et omni iure tam in villa quam in campis contulimus capitulo nostro ad usus ipsius pro salute anime nostre et pro gloriose dei genitricis reverencia inperpetuum possidendam. Ut autem hec nostra collatio capitulo nostro a nobis liberaliter facta perpetuis temporibus firma permaneat et inviolabiliter observetur, presens scriptum inde confectum sigillo nostro in evidens testimonium fecimus roborari. Testes sunt Iohannes maior prepositus, Wolradus Montis prepositus, Heyndericus cellerarius, Arnoldus de Wereberch, Wernerus plebanus, Ber-

<sup>1)</sup> Im Or. Lücke für den Namen, wohl nicht ohne Grund, da wahrscheinlich die Stelle noch erledigt war, denn Arnold von Warberg, der hier und in der folgenden Nr. noch als Domherr erscheint, ist im April (vgl. Nr. 599) bereits Domdechant. Sein Vorgänger Lippold wird zuletzt 1287 (Nr. 584) genannt.

<sup>2)</sup> Or. progativa.

nardus de Dorstad, Hoyergerus scolasticus, Iohannes cantor, Bernardus de Meynersem canonici Hildessemenses, Arnoldus de Empne sacerdos noster et capellanus, Aswinus<sup>1)</sup> de Stenberch, Ecbertus camerarius, Sifridus de Rutenberch milites et alii quam plures. Actum et datum Hildessem anno domini millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>x<sup>o</sup>. secundo, decimo kalendas aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 267. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs an roten Seidenfäden. Regest Doebner, UB. I, S. 185 Nr. 379.*

**598.** *Das Domkapitel in Goslar verspricht dem Grafen Konrad von Wernigerode dafür, dass er dem Bischofe Siegfried den halben Zehnten in Klein-Lengde resigniert und dadurch den Dank des Stiftes erworben hat, die Feier der Memorie für ihn und seine Gemahlin. 1282 April 2 (iiii. nonas aprilis).*

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. II, S. 318 Nr. 298.*

**599.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Propst Johann von Steterburg einen Hof, zwei Hausstellen und drittehalb Hufen in Dusnem von Ritter Johann von Salder gekauft und dem Kloster zur Feier seiner Memorie übertragen, nach Jahresfrist aber diese Güter mit solchen in Alosse (Alvedessen) vertauscht habe. 1282 April 19 (xiii<sup>o</sup>. kalendas maii).*

Testes huius rei sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus de Dorstat, Hoyergerus scolasticus, Iohannes cantor canonici Hildensemenses, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Iohannes marscalcus, Bodo frater suus, Iohannes dictus Lenkener, Bertoldus et Thidericus fratres de Godenstede milites.

*Nach dem Chron. Stederburg. S. 204 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Vgl. oben Nr. 361.*

**600.** *Propst Johann, Dechant Arnold und das Domkapitel überlassen dem Bischof Siegfried den Raum zwischen der Kurie des Ludolf von Hallermund und der des (†) Heinrich Reimfredi neben der Papenbrücke unter der Bedingung, dass der Platz nicht bebaut, sondern als Garten benutzt werde. Hildesheim 1282 Mai 7 (secundo nonas maii).*

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Domstift Nr. 13. Beschädigtes Kapitelsiegel. Gedr. Doebner, UB. III, S. 651 Nachtr. Nr. 38.*

<sup>1)</sup> *Or. Awinus.*

**601.** *Bischof Siegfried bekundet, dass der Domherr Bernhard von Meinersen auf drei Hufen in Klein-Mahner (in parvo Mandere), welche seine Brüder und Oheime dem Kl. Steterburg verkauft haben, verzichtet hat. Hildesheim 1282 Juni 13 (idus iunii).*

Testes sunt Robertus patruus noster canonicus Magdeburgensis, Ernestus pincerna, Aschwinus de Stenberche milites.

*Nach dem Chron. Stederburg. S. 195 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. In einer besonderen Urk. mit denselben Zeugen und gleichem Datum bestätigt obiges Bernhard von Meinersen selbst, a. a. O. S. 196.*

**602.** *Bischof Siegfried erteilt allen Besuchern der Kirche der Predigerbrüder in Warburg einen vierzigtägigen Ablass unter Vorbehalt der Bestätigung des Bischofs Otto von Paderborn. 1282 Juni 20 (sabbato ante festum beati Iohannis baptiste).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Münster, Dominik. in Warburg Nr. 10, Siegel ab. Gedr. Westfäl. UB. IV, S. 793 Nr. 1685.*

**603.** *Propst Dietrich des Kreuzstiftes schenkt demselben Stift 12 Morgen und eine Hausstelle in Essem zu seiner Memorie, der seines Vorgängers und des verstorbenen Domkantors Hermann von Paderborn. Hildesheim 1282 Juni 22.*

Thidericus dei gratia prepositus ecclesie sancte Crucis<sup>1)</sup> Hildensemensis omnibus presens scriptum cernentibus salutem in omnium salvatore. Cum secundum apostolum hic manentem civitatem nullatenus habeamus, sed futuram sollicitè inquirere debeamus, nobis est sumopere satagendum, qualiter hic in presenti miseria temporalia seminemus, ut in futuro cum multiplicato tenore eterna metere valeamus. Hinc est, quod nos, ut post hanc exiciabilem et erumpnosam vitam bravium eterne salutis adipisci feliciter mereamus, duodecim iugera cum area Essem sita cum omni iure ad ea pertinentia nobis per mortem Iohannis de Essem et Iohannis filii sui necnon per resignationem Vibperti similiter filii sui vacantia de consensu capituli nostri conferimus et donamus ecclesie sancte Crucis iure perpetuo possidenda, statuentes irrefragabiliter, ut quicumque pro tempore fuerit scolasticus sancte Crucis annonam iugerum eorumdem tamquam obedientarius colligat et custodiat diligenter et de pretio eiusdem in anniversario nostro<sup>2)</sup> quinque solidos et in anniversario prepositi Alberti predecessoris nostri quinque solidos

<sup>1)</sup> Crucis von anderer Hand übergeschrieben. <sup>2)</sup> nostro verändert aus meo.

necnon in anniversario magistri Hermanni de Paderburna quondam cantoris Hildensemensis ecclesie quinque solidos vigiliis et misse animarum tantum interessentibus fideliter amministret. Testes huius donationis ac institutionis sunt Leonardus decanus, Iohannes Engellardi, Bruno de Hardsesem sacerdotes, Ludolfus de Brunsworth, Bertoldus scolasticus, Gerardus custos diaconi, Almarus, Balduwinus de Elvede subdiaconi et canonici sancte Crucis. Ne igitur factum nostrum aliquis imposterum<sup>1)</sup> aliquo modo valeat violare, presens scriptum inde confectum sigillis nostro videlicet et capituli sancte Crucis duximus roborandum. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>., x<sup>o</sup>. kalendas iulii. Servantibus pax et gaudium in domino, infrangentibus sit anathema maranatha.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 162. Siegel des Propates beschädigt, des Kapitels zur Hälfte abgefallen. Bischof Siegfried genehmigt diese Schenkung am 3. August (tercio nonas augusti), Or. a. a. O. Nr. 164, stark beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**604.** *Bischof Siegfried bekundet die gerichtliche Entscheidung in einem Streite des Michaelisklosters mit Aschwin von Steinberg wegen Güter in Salzdetfurth zu Gunsten des Klosters. 1282 Juni 25.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus universis ac singulis presentem paginam inspecturis sinceram in domino caritatem. Quoniam temporalia tamquam pulvis ante faciem venti a memoria hominum transeunt, expedit ea scripturarum auctenticarum robore ac testium ydoneitate firmiter perhennare. Hinc est, quod omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, volumus fore notum, quod, cum nuper strenuus miles Assvinus de Stenberghe moverit honorabili domino domino Ernesto abbati monasterii sancti Michaelis in Hildensem questionem, nobis presentibus quadam die, que vulgariter utelegede dach dicitur, valido milite Alberto dicto Bok nomine nostro iudicio presidente super quodam iure advocatie fontis ac bonorum dicti monasterii sitorum in Saledetforde, que vulgariter Paustadel dicuntur, in dicti domini abbatis ac monasterii preiudicium minus iuste, igitur dominus abbas antedictus proponi fecerat, ut aliquociens etiam proposuerat, quod dictum suum monasterium eadem bona cum advocatia eorundem a multis temporibus iusto possessionis tytulo possedisset et donacionem eorum legitime suscepisset ac fructus et proventus inde provenientes absque omni inpeticionis

<sup>1)</sup> im am Rande nachgetragen.

occasione percepisset. Unde per sentencias, sicut ministerialium ac vasallorum nostrorum protunc presencium exstitit diffinitum, domino . . . abbati prefato super possessione retinenda delatum fuerat iuramentum. Cum etenim possessio temporis tam longevi iuxta tenorem legum omnem actoris probationem funditus excludat, Assvinus supradictus penitus nichil petere seu requirere haberet et deberet in iure advocatie supradicte. Iuramento quoque per sepe dictum dominum . . . abbatem prestito pretactum advocatie ius ipsi ac monasterio suo exstitit adiudicatum et Assvino pretacto ac suis . . . heredibus super antedicta inpeticione perpetuum silencium inponebatur, velud communes et publice astancium sententie docuerunt. In huius facti testimonium presentem litteram nostro sigillo fecimus communiri. Testes huius rei geste sunt Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Ecbertus de Tossem, Sifridus de Rutenbergh, Iohannes de Stedere, Grubo de Stenbergh milites, Theodericus de Rothinge famulus et complures alii fide digni. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>, in crastino beati Iohannis baptiste.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 73. Beschädigtes Siegel des Bischofs. Gedr. Sudendorf, UB. IX, S. 222.*

**605.** *Herzog Otto von Braunschweig bestätigt den Brüdern Hoge das Eigentum von drei Hufen in Dinklar, die ihnen einst ihr Vater übertragen hat. Celle 1282 Juni 29.*

Nos Otto dei gratia dux de Brunswich omnibus inperpetuum. Noverint universi presentes ac posteri, quod nos Hinrico et Lippoldo fratribus dictis Hoge proprietatem trium mansorum sitorum in villa Dinkelere ac ipsorum iustis heredibus collatam a patre nostro Io(hanne) quondam duce Brunswichcense ratam et firmam dictis fratribus volumus observare, illorum videlicet mansorum, quos a Conrado de Dinkelere emerant fratres memorati. In cuius rei testimonium presens scriptum eisdem ad cautelam duximus concedendum. Datum Tsellis anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. secundo, die apostolorum Petri et Pauli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 163. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zur Hälfte abgefallen.*

**606.** *Bischof Siegfried überträgt dem Johannisstift elf Hufen und den Zehnten einer Hufe in Schellerten, die ihm Ritter Brand von Linde resigniert hat. Im Kapitel zu Hildesheim 1282 Juli 9.*



In nomine sancte et individue trinitatis. Sifridus dei gratia Hildensummensis episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam omnium habere memoriam potius est divinitatis quam humanitatis, conscribi facimus ea que coram nobis aguntur, ne oblivioni tradantur. Igitur notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod, cum canonici sancti Iohannis in Dampmone Hildensemensi et hospitale nostre Hildensemensis ecclesie ibidem xi mansos in Scelerthe sitos, quorum quinque indecimales cum duobus allodiis et tribus areis, et preterea decimam de uno manso in ipsa villa a domino Brant milite de Lindethe fidei nostro, qui dicta bona a nobis iure tenuit feudali, de consensu iustorum heredum suorum, filiorum suorum Conradi et Hildebrandi, et omnium heredum suorum tam presentium quam futurorum necnon de collaudatione Conradi, Hildebrandi et Henrici filiorum fratris sui cum omni iure et utilitate, prout ipse tenuit in eadem villa et extra in agris et in pascuis et in silvis, procurante domino Arnolde de Werberch decano Hildensemensi datis c et xv marcis puri argenti comparassent, nos accepta resignatione dicti militis et renunciatione fratrum predictorum, qui coram nobis positi renunciaverunt omni iuri, quod ipsis in eisdem bonis competere videbatur, credentes nichil esse actum, cum quid superesset agendum, predicta bona cum omni iure et utilitate necnon cum proprietate eorundem de consensu capituli nostri pro remedio anime nostre ecclesie sancti Iohannis in Dampmone ad communes usus et canonicorum et hospitalis ibidem ad devotam supplicationem memorati decani contulimus in perpetuum possidenda. Ut autem hec nostra collatio firma et inconvulsa perpetuis temporibus perseveret, presens scriptum inde confectum sigillis nostro et nostri capituli fecimus communiri. Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Heydenricus cellerarius, Wlradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Volcmarus de Monte, Hermannus de Dasle, Iohannes cantor, Bernardus de Meynersen canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Asscuinus de Stenberch, Ludolfus de Cramme, Tidericus de Stockem, Sifridus de Rutenberch milites et alii quamplures. Actum et datum in capitulo Hildensemensi anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>. idus iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 30a. Beschädigtes Siegel des Bischofs und Bruchstück des Kapitelsiegels. Gedr. nach Cop. Würdtwein, Nova subs. I, S. 342. In einer besonderen Urk. von demselben Tage und mit den-*



selben Zeugen resigniert Ritter Brand von Linds dem Bischof die elf Hufen, Or. a. a. O. Nr. 30, Siegel des Ausstellers, geteilt, im unteren Felde drei Kesselhaken neben einander: S. BRANDI DE LINDEDE, und des Grafen Heinrich von Wohl- denberg, gedr. nach Cop. Würdwein, Nova subs. I, S. 341.

**607.** Bischof Volquin von Minden überträgt dem Kl. Marienrode zwei Hufen und eine Mühle in Jeinsen (Geinhusen) auf Bitten des Edeln Johann von Adensen, welcher der Mindener Kirche dafür zwei Hufen und eine Mühle in Adensen (Adenoys) übergiebt. Minden 1282 Juli 19 (xiii. kalendas augusti).

Or. im Kgl. St.-A. in Hannover, Marienrode Nr. 50. Siegel des Bischofs an roten und gelben Seidenfäden, das des Domkapitels verloren. Gedr. Marienroder UB. S. 76 Nr. 63. Regest Westfäl. UB. VI, S. 401 Nr. 1257. Die Tauschungs- urk. Johanns von Adensen mit der Mindener Kirche von demselben Jahre ohne Tagesangabe, Or. a. a. O. Nr. 49 mit dem Siegel des Johann an weissen Hanf- fäden, gedr. a. a. O. S. 75 Nr. 62, Regest Doebner, UB. I, S. 188 Nr. 384, Westfäl. UB. a. a. O. Nr. 1258.

**608.** Bischof Siegfried, Propst Johann, Dechant Arnold und das Domkapitel bekunden den Verzicht des Ritters Gerhard von Gandersheim auf drei Hufen des Michaelisklosters in Essem, welche dessen Schwester bereits dem Kloster resigniert hat. Hildesheim 1282 Juli 24 (nono kalendas augusti).

Testes sunt Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Ecbertus de Tossem, Sifridus de Rutenberch, Iohannes de Stedere, Grubo de Stenberch milites, Theodericus de Rottinge.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 74. Bruchstück des Siegels des Bischofs und beschädigtes Kapitelsiegel.

**609.** Ritter Heinrich von Barienrode überträgt dem Kl. Escherde, in das seine Tochter getreten, Besitzungen in Havekhorst und Eber- holzen. Escherde 1282 Juli 25.

Henricus dei gratia miles dictus de Beringerothe<sup>1)</sup> et Hilde- gundis uxor sua omnibus presentem paginam visuris salutem et beatitudinem sempiternam. Notum esse volumus tam posteris quam presentibus, quod, cum dominus Henricus prepositus, priorissa totusque conventus sanctimonialium in Escherte cum communi consensu filie<sup>2)</sup> nostre prebendam contulissent propter deum, nos moti paterne pie- tatis affectu eidem ecclesie cum consensu filiorum nostrorum Sifridi, Iohannis, Lippoldi et Sifridi duodecim iugera cum iure silve qui<sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Berningerothe B.    <sup>2)</sup> duabus filiabus nostris.    <sup>3)</sup> So A, B.

echtward dicitur in silva Havekhorst et unum<sup>1)</sup> mansum cum area in Elberholthusen cum omni iure et proprietate prati et nemoris contulimus propter deum! Pro<sup>2)</sup> filiis autem nostris fidem dedimus cum avo ipsorum Thiderico de Rothingge, quod idem facient, cum ipsos ad annos discretionis contigerit devenire. Contulimus etiam sepe dicte ecclesie in Escherte in eadem villa Elberholthusen aream cum echtwardo et sex iugeribus cum omni proprietate et iure, que a nobis Conradus et Ascwinus fratres dicti Svevi in feodo tenuerunt. Testes huius rei sunt Bodo de Betenem, Iohannes de Rethen, Luderus<sup>3)</sup> plebanus de Escherte, Rothmannus de Menstede, Hermannus<sup>4)</sup> de Elbere, Eylardus de Domo, Thidericus de Rethen milites, Henricus de Monte, Iohannes de Sutherem,<sup>5)</sup> Henricus de Betenem, Hermannus Suriggus,<sup>6)</sup> Henricus dictus Buzhardus et alii quam plures. In cuius rei testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Actum et datum in ecclesia Escherte anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>., in die beati Iacobi apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Escherde Nr. 63, (A). Das stark beschädigte Siegel an weissen geflochtenen Hanfschnüren zeigt zwei rechtschräge Fische: S · DMI · H . . . . CI · DE · . . . . RODE, und Nr. 64, Siegel von derselben Befestigung verloren.*

**610.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Ritter Heinrich Kegel von Susa allen Ansprüchen an fünf Hufen in Helmersen (Elmere), welche das Kl. Loccum von Ritter Gottfried von Vorsfelde gekauft hat, entsagt habe. Hildesheim 1282 August 31 (pridie kalendas septembris).*

— — presentibus amicis nostris Meynrico comite de Sladhem, domino Volrado preposito Montis, domino Bern(ardo) de Dorstat, Syffrido de Rutenberg, C(onrado) de Elvede militibus, Hartmano et Willikino monachis in Lucka.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. III, 130 S. 26 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Erwähnt von Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 265 Nr. 421 zum Druck der Resignationsurk. des Heinrich Kegel von August 27.*

**611.** *Erzbischof Johann von Colocza und neun andere Bischöfe erteilen allen, welche das Johannishospital unterstützen, vierzig Tage Ablass. Orvieto 1282 August.*

<sup>1)</sup> duos mansos cum duabus areis B. <sup>2)</sup> Pro—devenire fehlt B. <sup>3)</sup> Lud. — Esch. fehlt B. <sup>4)</sup> Hier folgt in B: Hermannus de Elberenholtusen sacerdos, Sifridus de Rutenberche, Thid. de Rethen, Eylardus de Dotessen milites. <sup>5)</sup> Suthem A. <sup>6)</sup> Suringgus B.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. 180 fol. 7v im städtischen Museum in Hildesheim. Gedr. Doebner, UB. I. S. 185 Nr. 380.*

**612.** *Ritter Gerhard Ziegenbart und Sohn verzichten auf alle Ansprüche an eine Hufe in Achtum, die dem Kreuzstift gehört. 1282 September 20.*

Gerardus dictus Ciegenbart miles et Gerardus filius suus notum esse cupimus omnibus presens scriptum cernentibus, quod, cum nos super manso quodam Achtem sito pertinente ab antiquo ad ius et proprietatem ecclesie sancte Crucis movissemus eiusdem ecclesie capitulo questionem, tandem, cum evidenter appareret, quod nichil iuris haberemus penitus in eodem, mediantibus amicis nostris domino Ekberto camerario et Bernardo dicto Heydenen in presentia venerabilis patris ac domini nostri Hildensemensis episcopi Siffredi renunctiavimus ore et manu eidem manso et promisimus in manus predicti camerarii fide data, quod numquam de cetero super predicto manso nec super aliquo infestabimus antedictam ecclesiam sancte Crucis. Quod videntes decanus et capitulum sepe dictum non pro iure aliquo sed pro bono pacis et amicitie nobis marcam et dimidiam contulerunt. Testes huius renuntiationis sunt<sup>1)</sup> Leonardus decanus, Iohannes et Bruno sacerdotes, Bernardus de Meynersem canonicus maioris ecclesie, Bertoldus scolasticus, Gerardus diaconi, Balduwinus, Iohannes de Roden subdiaconi et canonici sancte Crucis, Ekbertus camerarius miles, Bernardus dictus Heydene famulus et alii quam plures. Ne igitur super hoc contingat inposterum dubitari, presens scriptum inde confectum sigillo nostro duximus sigillandum. Actum anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>., xii<sup>o</sup>. kalendas octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 165. Siegel abgefallen.*

**613.** *Ritter Andreas von Lutter übergibt dem Kl. Derneburg drei Hufen in Gustedt zu seinem und seiner Eltern Anniversar und zur Unterstützung seiner im Kloster lebenden Schwestern. 1282 Oktober 1.*

In nomine domini amen. Ego Andreas miles dictus de Luttere publice protestor paginam per presentem, quod de consensu filiorum meorum Lippoldi, Conradi, Ludolfi, Hatberti videlicet et Andree necnon et Alberti tres mansos Gustede sitos pio favore motus pariter et inductus ecclesie in Derneburch contuli cum omni utilitate tam

<sup>1)</sup> sunt über der Zeile.

in campis quam eciam pratis et silvis iure perpetuo possidendos eo videlicet modo, ut anniversarius meus et uxoris mee post mortem nostram et parentum meorum in vigiliis et missarum celebracionibus devocius celebretur et peragatur et sororibus meis in claustro degentibus viginti solidi et unus annis singulis persolvantur, et quicquid de curia in pullis et ovis temporibus vite provenerit earumdem eis sine obstaculo presentetur. Ne igitur aliquis heredum meorum huic facto tam rationabiliter ordinato in posterum valeat reclamare, predicte ecclesie in Derneburgh presens scriptum contuli sigilli mei munimine roboratum. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>., kalendas octobris, venerabilis patris domini Sifridi Hildensemensis episcopi anno tercio.

*Abschrift des 13. Jahrhunderts in Cop. VI, 105 S. 22 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**614.** *Papst Martin IV. beauftragt den Dechanten des Blasiusstiftes in Braunschweig, der über genannte Adelige durch Bischof Siegfried wegen Zerstörung von Itzum und Himmelsthür verhängten Exkommunikation Geltung zu verschaffen. Montefiascone 1282 Oktober 13.*

Martinus episcopus servus servorum dei dilecto filio . . decano ecclesie sancti Blasii in Brunswic Hildesemensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii . . decanus et capitulum ecclesie Hildesemensis petitione monstrarunt, quod, cum nobiles viri Ludolfus de Insula, Hermannus et Burgardus de Waldenberg comites, Burgardus de Barbuge ac Hildemarus de Oberg milites Hildesemensis diocesis de Isnim et de Hemdesdore villas et quedam alia bona ad dictam ecclesiam pertinentia per incendias et rapinas nequiter devastassent, venerabilis frater noster Sifridus episcopus Hildesemensis in dictos nobiles et milites, quia ab eo moniti diligenter predictis decano et capitulo super hoc satisfacere contumaciter non curarunt, cum nichil rationabile proponerent, quare id facere non deberent, et id esset ita notorium, quod nulla poterat tergiversatione celari, auctoritate ordinaria excommunicationis sententiam exigente iustitia promulgavit. Quare prefati decanus et capitulum nobis humiliter supplicarunt, ut eandem sententiam robur faceremus firmitatis debitum obtinere. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem

condignam appellatione remota inviolabiliter observari. Datum apud Montemflasconem iii. idus octobris, pontificatus nostri anno secundo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 268. Bulle nebst Befestigung verloren.*

**615.** *Bischof Siegfried bekundet den Verzicht des Ritters Gerhard Ziegenbart (Ceghenbart) und dessen Sohnes Gerhard in die Hand des Kämmerers Ekbert auf eine Hufe in Achtum, die dem Kreuzstift gehört, nach Empfang von anderthalb Mark. Hildesheim 1282 Oktober 15 (ydus octobris).*

Huic compositioni intererant Leonardus decanus, Johannes, Bruno sacerdotes, Bernardus de Meynerseym canonicus sancte Marie, Bertoldus scolasticus, Ludolfus diaconi, Baldewinus et Iohannes de Roden subdiaconi et canonici sancte Crucis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 166. Kleiner Siegelrest.*

**616.** *Propst Hilderich, Priorin Elisabeth und der Konvent des Kl. Dorstadt verkaufen dem Ludolf Münzer in Braunschweig für 26 Mark Silber drittheil Hufen in Lehndorf (Lendorpe). 1282 Oktober 18 (in die beati Luce ewangeliste).*

Huius rei testes sunt Wernerus, Bruno et Albertus conversi claustrii nostri, Iohannes de Wetelmestede miles, Conradus et Luderus dicti de Helmestede, Heyno Boneko, Iohannes Monetarius, Heyno Hakelenberch.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Siegel an roten Seidenfäden. Gedr. Braunschweig. Anzeigen 1745 Sp. 1824, Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 148 Nr. 319.*

**617.** *Graf Siegfried von Blankenburg übereignet dem Kl. Wöltingerode zwei und eine halbe Hufe mit einem Walde (in Lengde), die ihm Detlef von Wehre resigniert hat. Blankenburg 1282 November 2.*

Nos Sifridus dei gratia comes in Blankenburch recognoscimus et presentibus protestamur, quod ex consensu filiorum nostrorum scilicet Hinrici comitis in Blankenburch et Hermanni portenarii Halberstadensis et Burchardi canonici in Magdeburg et Sifridi canonici Hildensemensis et Iohannis duos mansos et dimidium cum silva una continente mansum dimidium, quos Dhetlevus de Werre de manu nostra iure tenuit feudali et nobis eosdem cum silva resignavit, libere contulimus conventui sanctimonialium in Woltingerode in

perpetuum proprietatis tytulo possidendo. In cuius rei evidens testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborari. Datum Blankenburch anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. ii<sup>o</sup>. , iii<sup>o</sup>. nonas novembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltlingerode Nr. 52. Beschädigtes Siegel des Ausstellers. Auf der Rückseite von moderner Hand Lengede.*

**618.** *Bischof Siegfried hebt mehrere durch seinen Vorgänger für das Moritzstift erlassenen Bestimmungen auf. Hildesheim 1282 November 28.*

Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus presens scriptum intuentibus salutem in domino. Quia non est reprehensibile iudicandum, si secundum varietatem temporum statuta quandoque humana variantur, hinc est, quod venerabilium virorum Volradi prepositi, Ludegheri decani tocusque capituli montis sancti Mauricii nostre civitatis precibus inclinati quandam ordinacionem sive arbitrium presenti tempore minime conveniens confirmatum a felicitis recordacionis domino Ottone predecessore nostro, quod erat super villicacionum locationibus et collacione duarum ecclesiarum et extraordinariis obventionibus et ceteris in prefata ordinacione et arbitrio comprehensis et arbitrium et confirmacionem iam dictam de maturo nostrorum prelatorum consilio auctoritate diocesana presentibus infirmamus et totaliter revocamus mandantes sub anathemathis interminatione districtius inhibendo, ne aliquis huius nostre infirmationis et revocationis tenorem infringere audeat veniendo contra in aliquo articulo predictorum, que nostra auctoritate de tam proborum virorum consilio sunt cassata. In huius rei testimonium presentem litteram nostro sigillo fecimus communiri. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. secundo, iii. kalendas decembris.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 22 v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**619.** *Das Moritzstift verfügt, dass der jedesmalige Propst die Meiereien entweder zur Verwaltung durch ihn zurückbehalten soll oder nur innerhalb des Kapitels nach eigenem Ermessen und niemals mit einem Laien besetzen darf. Hildesheim 1282 Dezember 4.*

Dei gratia Volradus prepositus, Ludhegherus decanus totumque capitulum montis sancti Mauricii in Hildensem universis tenorem presentium inspecturis cum sinceritate veram in domino karitatem.

Cum enim congregato, ut moris est, nostro capitulo varia et diversa de ecclesie nostre honore et utilitate communiter tractarem, tandem invenimus inter cetera, nostram ecclesiam de villicationum suarum locatione extraneis maxime laicis facta enormem hactenus incurrisse et adhuc cottidie gravem incurrere lesionem. Cui nisi cautela<sup>1)</sup> celeri in quantum possumus obviamus, non solum nobis, sed et nostris successoribus erit quam plurimum onerosum. Quia igitur pericula preterita precavere nos ammonent in futurum, idcirco de communi et unanimi nostro consilio et assensu sic provide duximus ordinandum, ut ab hac hora inantea nos Volradus nunc prepositus nostrique legitimi successores, qui pro tempore fuerint, plenum arbitrium et meram habeamus de cetero potestatem ecclesie nostre villicationes iam vacantes vel in futurum vacaturas apud nos, si voluerimus, libere retinere et si nobis apud nos retinere non placuerit, ex tunc infra nostrum capitulum tantum cuicumque voluerimus fideliter commitemus, et iterum sic commissas ab hiis, quibus commisimus, prout utilitas temporis id exposcit quancumque voluerimus sine contradictione cuiuslibet poterimus revocare. Sic vero revocatas villicationes ab ipsis ex eodem arbitrio et ex eadem potestate apud nos, si maluerimus, retinebimus libere et quiete, vel si nobis retinere non placuerit, tunc tantum infra nostrum capitulum cuicumque nobis placuerit, ut predictum est, sine alicuius iniuria secundum providenciam a deo nobis datam diligentissime commitemus, sic tamen ut laicis nullo modo locemus vel aliquo modo committamus, hac potissima adiecta conditione, ut de sepedictis villicationibus secundum antiquam nostram consuetudinem hactenus observatam census et debita prebendarum servicia nobis de cetero prebeantur, sicut iuris et equitatis ratio bene postulat et requirit. Ut autem huius nostre provisionis ordinatio magis firma et illibata valeat custodiri, presens scriptum inde confectum sigillis nostro videlicet et capituli ad perhennem memoriam fecimus roborari. Datum et actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. secundo, ii<sup>o</sup>. nonas decembris, indictione decima.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Moritzstift Nr. 45, Siegel des Propstes und beschädigtes des Kapitels an roten und grünen Hanffäden, und Nr. 46 (B), beide Siegel beschädigt an gleicher Befestigung. Bischof Siegfried bestätigt obige Bestimmung am 11. Dezember (iii. idus decembris), Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 23 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

<sup>1)</sup> celeri cautela B.



**620.** *Die Grafen von Wohldenbergh verzichten gegenüber dem Kl. Escherde auf drei Hufen in Reden. Hildesheim 1282 Dezember 8.*

Dei gracia Hermannus et Heinricus comites de Woldenberg omnibus presentes litteras inspecturis seu eciam auditoris salutem in omnium salvatore. Tenore presencium publice notum esse volumus et constare, quod actionem a nobis intemptatam minus iuste contra prepositum et conventum sanctimonialium in Eskerte Hildensemensis dyocesis pro tribus mansis in Redhen propter deum et iusticiam liberaliter postposuimus iuris peritorum necnon<sup>1)</sup> amicorum nostrorum consilio plenius expediti, quod prefatum claustrum impeteremus super hiis tribus mansis minus racionabiliter et iniuste adicientes, quod nos comes Hermannus et filii nostri Iohannes, Heinricus et Hermannus et nos comes Heinricus cum filiis nostris Heinrico et Ludolfo prefato clastro de sepedictis tribus mansis in Redhen, pratis, pascuis, silvis et omni iure libere plenariam prestamus warandiam ubicumque et quancumque a quolibet preposito dicti claustris fuerimus requisiti. Ceterum publice protestamur, quod nos sepe dicti comites una cum fratre nostro Ottone pro nobis et heredibus nostris et quolibet eorumdem coram domino nostro Hildensemensi episcopo omni iuri renunciavimus, quod nobis et prenomatis heredibus in sepedictis tribus mansis in Redhen et eorum attinenciis excogitata et excogitanda occasione cuiuslibet competere videbatur. Testes huius facti sunt dominus Arnoldus de Werbergh decanus, Bernardus scolasticus, Volradus montis sancti Mauricii prepositus, Otto de Eversten, Gevehardus frater domini nostri episcopi, Ludolfus de Halremunt canonici Hildensemenses, Hermannus et Borchardus fratres de Blankenburg canonici Halberstadenses, Iohannes de Roden, Arnoldus de Empne capellani domini nostri episcopi, Aschwinus de Lapideo monte, Ernestus pincerna, Conradus marscalcus, Ecbertus camerarius, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenbergh, Albertus Ircus milites et ministeriales Hildensemensis ecclesie cum aliis compluribus fide dignis. Ut autem presens factum pie confectum inconvulsum et inturbatum perpetuis temporibus perseveret, presens scriptum publice super hoc confectum vel datum sigillis nostris duximus roborandum. Datum Hildensem anno dominice incarnationis m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. secundo, sexto ydus decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 65. Beschädigte Siegel der Aussteller an weissen geflochtenen Hanfschnüren.*

<sup>1)</sup> Or. necnen.



**621.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass Degenhard vom Hohen Wege und Heinrich von Hüddessum, Bürger und Provisoren der Bruderschaft des h. Andreas, eine Rente aus einem Hause beim Kirchhofe des Andreasstiftes gekauft haben. 1282.*

*Erhalten als Transsumt des Rates von 1435 Februar 14 (Valentii) im Stadtarchiv zu Hildesheim, Or. Nr. 1670. Gedr. Doebner, UB. I, S. 186 Nr. 381.*

**622.** *Graf Hermann von Wohldenbergh überträgt dem Maria-Magdalenenkloster fünf Morgen in (Ding-?) Elbe (Elvede), die es von Hartmann Pludere gekauft hat. Hildesheim 1282.*

Testes huius rei sunt plebanus sancti Lamberti dominus Iohannes, milites dominus Ernestus pincerna, Iohannes de Wilwingge, Thidericus de Stockem, burgenses Conradus de Valva, Bertramms de Quercu.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 102. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest Doebner, UB. I, S. 186 Nr. 382.*

**623.** *Verzeichnis der Einkünfte und Verpflichtungen des Johannis-hospitals. 1282.*

Anno incarnationis<sup>1)</sup> dominice m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxxxii. Iohannes sacerdos scolasticus sancti Iohannis in Hildensem et procurator ex parte<sup>2)</sup> capituli Hildesemensis hospitalis ibidem conscribi fecit redditus hospitalis, quos ibidem invenit et tunc temporis cum diligencia investigare potuit.

In Maghedevelt tres mansos, in Bennekessen unum mansum, in Volcrimissen unum mansum, in Doteberghe octo mansi, in Lone duo mansi in Lameste iiiii<sup>3)</sup> mansi, in Lettere unus mansus. Hec prescripta sunt in dyocesi<sup>4)</sup> Mindensi.

In Bodeke tres mansi et una area et iiiii<sup>5)</sup> iugera, que habet quidam lito hospitalis, in Wetsende duas curias et septem mansos, in Algremissen<sup>6)</sup> duos mansos, in Hertbere duas curias et parvam aream et novem mansos, in Bethmare tres mansos, in Wennerde unum mansum, Westvelde<sup>6)</sup> unum mansum, Embrike duos mansos, in parvo<sup>7)</sup> Esscherte viginti duo iugera, in Aulica dimidium mansum, Bethenem unum mansum, Hymdesdore<sup>8)</sup> unum mansum, Asenstede dimidia decima, in Lottingessen<sup>9)</sup> sex mansos.

<sup>1)</sup> dom. incarn. B. <sup>2)</sup> experte B. <sup>3)</sup> quatuor B. <sup>4)</sup> diochesi B. <sup>5)</sup> Algrimisse B. <sup>6)</sup> Westfelde B. <sup>7)</sup> parve B. <sup>8)</sup> Himdestore B. <sup>9)</sup> Lothingesse B.

Isti mansi qui sequuntur<sup>1)</sup> solvunt censum in denariis: Wallede apud Brunswig<sup>2)</sup> unum mansum, Lodoldeshen unum mansum, Zibbessen<sup>3)</sup> quadraginta iugera.

Iste est census hospitalis de areis: in lusca platea de tribus areis undecim solidos; tres aree contiguae inter sanctam Crucem et urbem xvi solidos; a valua sancti Panthaleonis sursum versus urbem sex aree solvunt triginta unum solidum; stupa ante pontem et proxima area solvunt xvi solidos; secunda domus a stupa versus pontem solvit viginti solidos et iiii solidos; <sup>4)</sup> proximam domum et casam ante pontem locabit singulis annis procurator hospitalis; duodecim aree a curia sancti Iohannis sursum versus Montem solvunt hospitali prima apud valuam ix solidos, secunda ix solidos, tertia ix solidos, quarta iii solidos, quinta iii solidos et sex denarios, sexta iii solidos, septima iii solidos, octava i<sup>5)</sup> solidum, nona i<sup>5)</sup> solidum, decima iii solidos, undecima iii<sup>6)</sup> solidos, duodecima v solidos; transversus meridiem habet iiii<sup>4)</sup> areas, inferior versus pontem septem<sup>7)</sup> solidos, secunda vii<sup>8)</sup> solidos, tertia triginta denarios, quarta, que est superior versus Montem, iiii solidos et sex denarios; in Villa montis habet duas areas, quarum una solvit v solidos, altera iiii<sup>4)</sup> solidos; in villa Honersheym<sup>9)</sup> de decem iugeribus iii<sup>10)</sup> solidos ad lumen hospitalis; de Levede quatuor solidos ad mandatum; in villa Hertbere de duabus areis dabit claustrum de Winthusen<sup>11)</sup> Michaelis sex solidos; Maghedevelde area una solvit sex solidos; consules de Damhone pro fossato solvunt Michaelis duos<sup>12)</sup> solidos. In moneta viginti quinque solidis.

Iste sunt aree<sup>13)</sup> in villa Lotingessen: in via<sup>14)</sup> qua itur ab oriente versus occidentem ad dexteram manum quatuor areas, iste<sup>15)</sup> quatuor dicuntur Ackeshove;<sup>16)</sup> in fine eiusdem vie ad sinistram manum molendinum, quod solvit talentum et modium papaveris et octo pullos; in villa media contra meridiem magnam aream, proxima apud<sup>17)</sup> villam versus occidentem, que dicitur area virginum; ante pomerium monachorum aream, que dicitur acuta area; aream apud viam, qua itur versus Lutzingeworden apud<sup>17)</sup> illam parvam aream; in eadem via magnam aream, quam diu habuit Meinardi,<sup>18)</sup> et<sup>19)</sup> campum apud<sup>17)</sup> aquam, qui est hospitalis et canonicorum sancti

1) secuntur B. 2) Brunswig B. 3) Zibbessen B. 4) quatuor B.

5) unum B. 6) tres B. 7) vii B. 8) septem B. 9) Honersheim B. 10) tres B.

11) Winchusen B. 12) ii B. 13) aree hospitalis B. 14) villa B. 15) isti A.

16) atkeshove A. 17) apud B. 18) Meynardi B. 19) de B.

Iohannis. Iestas areas predictas consuevit procurator hospitalis seminare vel locare, prout sibi melius visum fuerit expedire singulis annis. In anniversario Gerwici decani de Blekenstede septem<sup>1)</sup> solidos.

Hec sunt bona obediencie: in Suinghe quatuor mansi, qui decimantur; in Aulica tres mansi cum decima; in Heisede<sup>2)</sup> tres mansi cum decima.

Hec sunt servicia, que dantur de istis bonis: in festo sancte Marie Magdalene magnum servicium dominis maioris ecclesie in refectorio et canonicis maioris et canonicis sancte Crucis, quod servicium redimi debet ex gracia istis denariis dominis de summo; quadraginta octo solidos et candelas circa chorum vel duas libras cere custodi, canonicis sancti Mauricii decem et septem solidos, canonicis sancte Crucis quindecim solidos; servicium coquinale dominis de summo in vigilia assumptionis sancte Marie eodem die, que dies est anniversarius fundatoris hospitalis, candelam de libra cere ecclesie sancti Iohannis, que accendetur ad vigiliis et ardebit usque post missam animarum; ipsa die panem pauperibus de talento, karitatem<sup>3)</sup> in octava assumptionis beate Marie, superflua candelarum vel xii<sup>4)</sup> libras cere ecclesie sancti Iohannis.<sup>5)</sup>

Hec sunt que dantur canonicis sancti Iohannis de curia hospitalis ibidem: in festo Egidii de bonis Meghedhevelde quatuor solidos, de campo, qui situs est apud aquam, duodecim solidos, in vigilia assumptionis de anniversario Reynaldi episcopi consolacionem ex gracia.

Isti sunt anniversarii, qui ministrantur pauperibus de obedienciis in summo: de obediencia in Blekenstede viij solidos, quorum iiii solidi iiii denariis minus dantur in anniversario Gerwici decani, qui obiit in cathedra sancti Petri, et iiii solidi iiii denariis minus dantur in anniversario Margarete sororis Gherwici decani, que obiit in festo vincula Petri; item in anniversario Ludigeri sacerdotis, qui obiit in vigilia Gregorii, iiii solidos, et in anniversario Ludigeri sacerdotis quondam provisoris hospitalis, qui obiit pridie kalendas aprilis, iiii solidos; isti octo solidi dantur de quodam beneficio summi prepositi, quod hovenen dicitur. Habent eciam dicti pauperes vi solidos redditus in Nova civitate de quadam area et domo, qui pertinent ad spensam ipsorum in cena domini.

1) vii B. 2) Heysede B. 3) caritatem B. 4) duodecim B. 5) Ende von B.

Isti sunt homines, qui pertinent hospitali curie sancti Iohannis: de Herdbere Hinricus villicus et duo pueri, Thidericus Swartemeyger et sex pueri, Ghertrudis ~~soror istorum~~ et sex pueri, uxor Olves, item soror istorum et v pueri, uxor Rotsers et quatuor pueri, de Heysersche et sex pueri, Tidericus Berberinge et duo pueri, Henricus Bere filius istius Heydeke, item frater et duo pueri, Hanne soror eorum et v pueri, uxor Iohannis Roders et quatuor pueri, uxor Wegheners et quatuor pueri, Meynerd, Henricus filius eius et pueri eorum, uxor Lindemannes et v pueri, Luderus Luderhinghe et Alheidis soror eorum, Tidericus Everdingk in Rosendale et soror eius, Henricus Faber in Hamelen et iii pueri, Mechildis soror eius et iii pueri, Olricus in Bodekem, Elizabeth, Berteke Krubenhower in Arberghe, Beteman et pueri eius. In Oslevessen Kyperotghe de Hertbere et vii pueri.

Istis festivitatibus dabuntur servicia super hospitale ad gratiam: in festo pasche, penthecosten, Martini, in nativitate domini, in epyphania, in quatuor festivitatibus beate virginis Marie etc.

Hec sunt que expenduntur ad mandatum in refectorio maioris ecclesie in Hildensem in bona: quinta feria scolariibus de dormitorio cuilibet i denarium et i semellam et i allec, aliis extra dormitorium cuilibet i obulum et i semellam et i allec, custodi dormitorii ii denarios et ii semellas et ii allecia, succentori iiii denarios ii semellas et ii alecia, camerariis vi denarios xiii semellas et tot allecia, campanariis cum suo famulo iii denarios iiii semellas et iiii allecia, werstat et suo famulo portario iiii denarios ii semellas et ii allecia, circuitoribus curie cuilibet i denarium et i semellam et i allec, prebendariis in hospitali cuilibet i denarium et i semellam et i allec.

*Abschr. des 15. Jahrhunderts im Cop. VI, 11, S. 630 Nr. 1205 im Kgl. St.-A. zu Hannover (A) und desselben Jahrhunderts in Cop. 180 fol. 2-3 im städtischen Museum in Hildesheim (B). Teilweise gedr. Doebner, UB. I, S. 187 Nr. 383. — Der erwähnte Gründer des Hospitals ist Reinhold von Dassel. Der Todestag des Domdechanten Gerwich wird sonst zum 18. Februar angegeben, vgl. Bd. II, Nr. 911.*

**624.** Die Äbte Hermann von Riddagshausen und Albert von Marienrode bekunden, dass der Priester Hermann gen. von Hildesheim dem Kl. Marienrode die Hälfte des Zehnten in Barfelde (Bervele) mit der Bedingung übertragen habe, dass der Infirmarius während der Advents- und Fastenzeit einen Häring und an den Freitagen ausserhalb dieser Zeit einen Bücking der Mahlzeit der Mönche und der Laienbrüder hinzufüge und den Überschuss zum Besten der Kranken

des Klosters verwende. Bei Vernachlässigung dieser Bestimmung sollen die Einkünfte des Zehnten an das Kl. Riddagshausen fallen. 1282.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 47. Siegel des Abtes Hermann in rotem und des Abtes Albert in grünem Wachs, beide beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 73 Nr. 60.

**625.** Dietrich, Propst des Kreuzstiftes und Domherr, Dietrich von Stöcken, Kanoniker des Kreuzstiftes, und Ritter Heinrich von Barienrode (Bernigerode) genehmigen den Tausch zweier Hofstellen in Eitzum (Eytsem) zwischen dem Kl. Marienrode und den Söhnen Eilberts unter den Bedingungen, dass der Zins, der der Kirche in Eberholzen (Elbereholthusen), und das Recht, das Heinrich von Barienrode zusteht, ebenfalls wechseln. Eitzum 1282.

— — presente domino Thiderico de Stockem canonico sancte Crucis, domino Heinrico de Bernigerode milite, domino Ludolfo cellerario Novalis sancte Marie.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 48. Siegel des Propstes, des Dietrich, beschädigt, und des Heinrich, zeigt zwei links schräge Fische übereinander. Gedr. Marienroder UB. S. 74 Nr. 61.

**626.** Die von Asel verkaufen dem Kl. Derneburg zwei Hufen in Luttrum. Lichtenberg 1283 Januar 5.

Noverint universi presencium inspectores, quod nos Heinricus, Syfridus, Bernardus, Iohannes fratres, filii Bernardi quondam dicti de Asle, Bernardus filius Gyseken et Bernardus sororii nostri nostrique iusti heredes unanimi cum consensu vendidimus pro decem et septem talentis Brunswicensium denariorum ecclesie in Derneburg sub temporibus providi et honesti viri domini Bernardi prepositi eiusdem ecclesie duos mansos sites in Lutthenem cum omni iure et omnibus attinenciis, pratis, pascuis, areis et in silvis perpetuo possidendos, quos a dicta ecclesia hactenus possedimus et tenuimus censuales, solvendo pro eisdem mansis racione census unum talentum denariorum Brunswicensium singulis annis ecclesie memorate. Et resignavimus sepedictos duos mansos Lechtenberge nos et nostri iusti heredes prefati preposito et ecclesie antedictis bona et libera voluntate presentibus viris honorabilibus et discretis Thiderico de Walmedhe, Willekino de Gustedhe tunc temporis advocato, Thiderico de Godenstedhe, Andrea de Luttere, Hakone de Barem militibus et castellanis in Lechtenberg, Aschwino de Walmedhe, Iohanne de

Godenstedhe, Rothero de Gustedhe, Lippoldo de Lutthere famulis et aliis quam pluribus probis viris. Ne igitur prelibata ecclesia a nostris successoribus seu ab aliis aliquibus pro venditione huiusmodi in posterum molestetur, presens scriptum sigillis predictorum militum de Lechtenberg procuravimus communiri. Datum Lechtenberg anno dominice incarnationis m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. tertio, nonas ianuarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 26. Siegel des A. von Walmoden, drei (2:1) aufgerichtete Böcke, des W. v. Gustedt, drei (2:1) Kesselhaken, und des D. von Gadenstedt, Pfahl, wenig beschädigt, das S. TIDERICI AMKE . . . VM (Pferderumpf) und des A. von Lutter, Jagdhorn, mehr beschädigt.*

**627.** *Bischof Siegfried kauft das kleine Allod und den Zehnten im Alien Dorf bei Alfeld, die er dem Ritter Aschwin von Steinberg verpfändet hatte und von ihm nicht lösen kann, mit dem Gelde des Domkapitels zurück. 1283 Januar 20.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis episcopus. Et si ad beneficiendum sumus omnibus debitores, potius eis tenemur benefacere, qui nobis magis familiares existunt. Hinc est, quod notum esse volumus, quod, cum gravis nobis necessitas inmineret, fecimus quod potuimus et Aschwino militi dicto de Stenberg<sup>1)</sup> fideli nostro minus allodium nostrum in Veteri villa Alvelde de quinque mansis et decimam in ipsa villa de viginti septem mansis, bona videlicet episcopalia, pro centum marcis puri argenti tali conditione vendidimus, quod infra certum terminum possemus reemere, quo neglecto sibi pro iusto feodo iure hereditario remanerent. Ad quod cum consensum capituli habere non possemus, protestati fuimus, quod ipsa bona recuperare vellemus dubio quolibet amputato. Instante vero termino reemptionis bonorum huiusmodi, cum et tempus artaret et facultas ad hoc propter defectum pecunie minus suppeteret, nostram in hac parte inpotenciam<sup>2)</sup> capitulo exposuimus persuadentes eisdem, quatinus ad hoc pro posse intenderent, ut predicta bona, que quasi alienata viderent, ad ecclesiam revocarent. Unde nos et capitulum in hoc consenciendo<sup>3)</sup> convenimus, quod triginta marcis puri argenti a capitulo in favorem acceptis memorata bona videlicet minus allodium de quinque mansis in Veteri villa Alvelde et decimam de viginti septem mansis in eadem villa cum omni integritate cum pecunia capituli videlicet pro centum marcis puri argenti reemimus et cum omni iure et utilitate in ipsa villa et extra in agris et in

*Abweichungen in B: 1) Stenberch. 2) inpotenciam. 3) consentiendo.*

pascuis et in silvis nostre Hildensemensi ecclesie ad usus capituli in proprium contulimus iure perpetuo possidenda. Ut autem hec nostra collatio firma et inconvulsa perpetuis temporibus perseveret, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes huius rei sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus de Werberge decanus, Volradus Montis prepositus, Heydhenricus<sup>1)</sup> cellerarius, Bernardus de Dorstad<sup>2)</sup> scolasticus, Wernerus plebanus, Bruno canonici Hildensemenses et alii conplures. Actum et datum anno domini millesimo cc. lxxx. tercio, in die sanctorum Fabiani et Sebastiani.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Domstift Hildesheim Nr. 271 mit wenig beschädigtem Siegel an Pergamentstreifen, und Nr. 272 (B) mit gleichem Siegel an roten und grünen Hanffäden.*

**628.** *Das Domkapitel bekundet, dass Herbord von Hapenhorst und dessen Schwester beim Ankaufe von fünf Hufen und des Zehnten im Alten Dorf bei Alfeld soviel aus ihrer Erbschaft beigesteuert hätten, dass der zeitige Vikar des Andreasaltars ihnen auf Lebenszeit eine jährliche Rente zahlen solle. 1283 Januar 20.*

Dei gratia Iohannes prepositus, Arnoldus decanus et capitulum ecclesie Hildensemensis. Ea non inmerito affectu ampliori<sup>3)</sup> prosequimur, que et honorem dei et commodum personarum prospicere dinoscuntur. Eapropter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Herbordus dictus de Hapenhorst Mindensis diocesis<sup>4)</sup> et soror eius Hilleka in emptione bonorum Veteris ville in Alvelde videlicet quinque mansorum et decime ipsius ville pro illa scilicet parte, que ex pia ordinatione domini Bernardi de Dorstad ecclesie nostre scolastici cedit ad altare sancti Andree apostoli in ecclesia nostra, tantum de suo proprio per distractionem hereditatis sue pro anime sue remedio impenderunt, quod vicarius eiusdem altaris, qui pro tempore fuerit, tres plaustratas annone, unam tritici, unam siliginis et unam ordeï, ipsis quoad vixerint, altero etiam<sup>5)</sup> eorum premortuo alteri in integrum debet annuatim de eisdem bonis et de aliis predicti altaris redditibus in festo Michahelis,<sup>6)</sup> qui solutionis erit terminus, ministrare. Post mortem vero amborum hec pensio ad supplementum prebende memorati vicarii<sup>7)</sup> erit libera et soluta, ita<sup>8)</sup> tamen quod quicumque eorum diem beati Iacobi apostoli

*Abweichungen in B:* <sup>1)</sup> Heydenricus. <sup>2)</sup> Dorstat. <sup>3)</sup> prosequimur ampliori. <sup>4)</sup> dyocesis. <sup>5)</sup> eorum eciam. <sup>6)</sup> Michaelis. <sup>7)</sup> .. vicarii. <sup>8)</sup> ita—pensionem *fehlt*.



supervixerit, de novo presentis anni sive in vita sive in morte dictam percipiat pensionem. Ne autem super hoc facto contingat inposterum dubitari, presens scriptum inde confectum sigillo capituli nostri duximus roborandum. Huius rei testes sunt Iohannes ecclesie nostre prepositus, Arnoldus ecclesie nostre decanus, Volradus Montis prepositus, Hedhenricus cellerarius, magister<sup>1)</sup> Bruno, prepositus Cono,<sup>2)</sup> Otto de Eversten, Iohannes de Medem cantor,<sup>3)</sup> Bernardus de Meynersem,<sup>4)</sup> Sifridus de Blankenborch, Borchardus de Drenleve<sup>5)</sup> ecclesie nostre canonici et alii conplures. Actum et<sup>6)</sup> datum anno domini millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>lx<sup>o</sup>. tercio, in die sanctorum Fabiani et Sebastiani.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Domstift Hildesheim Nr. 269 (A), Kapitelsiegel am Rande beschädigt, und Nr. 270 (B), stark beschädigtes Kapitelsiegel.*

**629.** *Bischof Siegfried löst die sogenannte kleinere Officialskurie bei dem Stadttor nach den Minoriten hin von dem Kämmerer Ekbert und vertauscht sie dem Domkapitel gegen die zwischen dem bischöflichen Obstgarten und der Schatzkammer (tresecamera) gelegene und jetzt abgebrannte Kurie. 1283 Januar 27 (vi. kalendas februarii).*

— — presentibus dominis Arnolde de Werberghe decano, Volrado Montis preposito, Bernardo de Dorstat scolastico, Iohanne de Medum cantore, Bernardo de Meinersem nostris canonicis, Arnolde nostro capellano et notario nostro, Iohanne de Roden canonico sancte Crucis, Ecberto camerario, Aschwino de Stenberch militibus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 273. Siegel des Bischofs an roten und grünen Hanffäden. Gedr. Doebner, UB. I, S. 188 Nr. 385.*

**630.** *Propst Hermann des Bartholomäistiftes übergibt dem Basil von Rautenberg drei Hufen nebst Hofstätte in Lobke auf Lebenszeit gegen einen jährlichen Zins. 1283 Februar 2.*

Her(mannus) dei gratia prepositus Sulte apud Hildensem omnibus hanc litteram inspecturis salutem in domino. Recognoscimus in hiis scriptis publice profitentes, nos Basilio dicto de Rutenberch tres mansos sites in Lobeke commisisse cum area una et cum omni fructu ac utilitate vite sue temporibus percipiendos, (it)a tamén quod<sup>7)</sup> ipse talentum ecclesie nostre singulis dabit annis, cuius

<sup>1)</sup> magister fehlt. <sup>2)</sup> prepositus Cono hinter Eversten. <sup>3)</sup> Hier folgt Ludolfus de Halremunt. <sup>4)</sup> Meynersem. <sup>5)</sup> Dreleve. <sup>6)</sup> et datum fehlt. <sup>7)</sup> quod fehlt im Or.



medietatem in festo palmarum persolvet, reliquam vero in festo Michaelis, sicut solet fieri persolutio census nostre ecclesie pertinentis. ~~Ut autem hoc firmum~~ maneat, hoc scriptum sigillo nostro ac nostri capituli fecimus communiri. Datum anno gratie millesimo cc<sup>o</sup>lxxx<sup>o</sup>iii<sup>o</sup>, iii<sup>o</sup>. nonas februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Bartholomäistift Nr. 12. Stark beschädigte Siegel des Propstes und des Kapitels.*

**631.** *Abt Bertold, Kustos Bertram, Kaplan Willekin und Pfarrer Dietrich in Ringelheim unter den Zeugen der Urk. des Kanonikers Dietrich in Gernrode, in welcher dieser seine Kurie daselbst nach seinem Tode seinen Brüdern auf Lebenszeit überträgt. 1283 Februar 2 (quarto nonas februarii).*

*Or. im Haus- und Staatsarchiv zu Zerbst. Gedr. v. Heinemann, Codex Anhalt. II, S. 392 Nr. 549.*

**632.** *Graf Ludolf von Wohldenberg übereignet mit Zustimmung seiner Brüder Konrad und Johann und seiner Söhne Hermann, Heinrich, Ludolf und Burchard dem Kl. Wöltingerode zwei Hufen in Haverlah (Haverla). 1283 Februar 2 (in die purificationis sancte Marie).*

Huius collacionis testes sunt Hermannus et Henricus, Borgardus et Hermannus comites de Woldenberg, dominus de Dalem dominus Iohannes, dominus Thidericus de Piscina, dominus Grubo de Stenberg, dominus Her(mannus) de Stenberg, dominus Eggelbertus de Hachem, dominus Henricus Rasehorn, dominus Conradus Svaf.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 53. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**633.** *Propst Gottfried von Lamspringe bekundet den Ankauf von Grundstücken in Brodesende. 1283 Februar 10.*

Gotfridus dei gratia prepositus in Lammesprigh omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuri temporis posteritati notorium esse volumus, quod nos et ecclesie nostre conventus bona in Brodesende de Theoderico et fratribus suis emimus sub hac forma, videlicet quod nos eidem Theoderico vi talenta dedimus pro parte sua tam in agris quam in domorum edificiis illo excepto, quod istius anni fructus hyemales agrorum est integraliter recepturus. Hinricus vero frater Theoderici iam dicti partem suam nobis vendidit pro tribus talentis, taliter ut nichil iuris habeat tam in agris quam in

perceptione fructuum eorum et in edi(ficii)s domorum. Preterea alii duo fratres scilicet Iohannes et Hermannus venerunt et una cum predictis fratribus Theoderico et Hinrico manibus coniunctis, si quid iuris vel partis in hiis bonis habere viderentur, libere resignabant. Testes autem, qui huic venditioni cum fieret affuerunt, sunt dominus Gerhardus miles dictus de Gandersem advocatus in Wincenburgh, Hinricus dictus de Monte advocatus in Alvelde, item cives in Lamspring Bertoldus filius Iohannis dicti Stilleg(hingh), Wldeghe, Bertoldus apud Puteum, Iohannes Advocatus et filius suus Iohannes. Ut igitur nostra emptio inviolabilis perseveret, (presentem pa)ginam sigilli munimine domini Gerhardi militis predicti advocati de Wincenburgh fecimus roborari. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. iii<sup>o</sup>., quarto idus<sup>1)</sup> februarii, indictione i., epacta xx<sup>a</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 42. Wenig beschädigtes Siegel des Gerhard von Ganderheim.*

**634.** *Die Grafen Hermann und Heinrich von Wohldenbergh übereignen dem Kl. Wöltingerode eine Mühle bei Bornum. 1283 Februar 14.*

Dei gratia nos Hermannus et Henricus comites de Woldenberg protestamur presentibus munitis nostris sigillis, quod cum consensu benivolo filiorum nostrorum et aliorum heredum nostrorum contulimus et assignavimus proprietatem molendini iacentis prope villam Bornem in Ambriga claustro sanctimonialium in Woltingrode perpetuo possidendam. Illud molendinum solvet annuatim decem maldras et sex solidos Hildensemensium denariorum cellerarie iam dicti claustrum, quod serviat dominabus cum piscibus vel alia re in anniversario comitis Henrici de Woldenberg<sup>2)</sup> patris nostri. Huius collationis testes sunt comes Ludolfus de Insula et fratres sui Conradus, Iohannes, dominus Henricus Rasehorn, dominus Conradus Svaf et ceteri. Datum anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, in die Valentini martiris.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts in Cop. VI, 115, S. 156 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**635.** *Das Domkapitel bekundet, dass der Domvikar Alex einen Zins von einem Pfund aus dem Zehnten in Ottbergen angekauft hat, welcher nach seinem, seiner Mutter und seines Bruders Tode zu seiner Memorie verwendet werden soll. 1283 Februar 18.*

<sup>1)</sup> Loch im Perg. des Or., ergänzt nach den Cop. des Klosters, Ms. 530 S. 339 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. <sup>2)</sup> Cop. Wolenberg.

Dei gratia Iohannes prepositus, Arnoldus decanus et capitulum Hildensemensis ecclesie tenore presentium notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod dominus Alexius ecclesie nostre vicarius sacerdos pensionem unius talenti Hildensemensium denariorum apud nos pro remedio anime sue sua pecunia comparavit de decima in Otberge sibi vite sue temporibus in media quadragesima annis singulis persolvendam hoc adiecto, quod, si ipsum premori contigerit, Conegundi matri sue et Iohanni fratri suo et uter premortuus fuerit alteri in solidum huiusmodi pensio debebit annuatim de eadem decima in prefato termino Letare quoad vixerint ministrari. Defunctis vero omnibus tribus memoria tantum Alexii sacerdotis in ecclesia nostra de eodem talento singulis dominis quatuor et vicariis duobus denariis distributis iuxta ordinationem capituli peragetur. Ut autem hoc factum inviolabile suo tempore perseveret, presens scriptum inde confectum sigillo nostri capituli duximus roborandum. Datum anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo iii<sup>o</sup>, xii. kalendas marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 274. Beschädigtes Kapitelssiegel an roten Seidenschnüren.*

**636.** *Bischof Siegfried erteilt allen, welche zum Neubau des durch Alter baufälligen Michaelisklosters in Lüneburg beitragen, vierzig Tage und eine Karene Ablass. Hildesheim 1283 Februar 20 (x<sup>o</sup>. kalendas martii).*

*Nach Cop. gedr. Lüneburger UB. VII, S. 89 Nr. 121.*

**637.** *Graf Heinrich von Wohldenberch erlaubt der Domkirche, das ihm verpfändete Allod in Klauen, das er dem Kl. Riddagshausen verpfändet hat, nach neun Jahren zurückzukaufen. Hildesheim 1283 März 6.*

Nos dei gratia Henricus comes dictus de Woldenberch tenore presentium publice protestamur, quod de consensu et beneplacito heredum nostrorum allodium in Clowen nobis ab ecclesia Hildensemensi obligatum, quod abbati et conventui in Riddagheshusen de consensu eiusdem ecclesie ad novennium obligavimus, dimittimus eidem ecclesie liberum et solutum tali conditione interiecta, ut quandocumque voluerit<sup>1)</sup> post novennium expletum habeat plenum

<sup>1)</sup> *Verbessert aus voluerint.*

arbitrium et plenissimam potestatem idem allodium redimere a nobis vel nostris successoribus pro eadem pecunia, qua nobis extitit obligatum ab ecclesia supradicta. Et in maiorem huius rei firmitatem presens scriptum sigillo nostro munitum ipsis super hoc dedimus ad cautelam. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. tercio, indictione undecima, secundo nonas marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 275. An dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen Bruchstück des Siegels des Ausstellers.*

**638.** *Bischof Siegfried erteilt allen, welche die Kirche in Levern an bestimmten Tagen besuchen, vierzig Tage Ablass. Hildesheim 1283 März 21 (xii<sup>o</sup>. kalendas aprilis pontificatus nostri anno quarto).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Münster, Levern Nr. 94. Siegel nebst Befestigung verloren. Gedr. Westfäl. UB. VI, S. 405 Nr. 1272.*

**639.** *Bischof Siegfried überträgt dem Domkapitel einen Zins von 16 Schilling aus der Venedig, von dem die ersten sechzehn unter die beiden Kurien an der Papenbrücke verteilt werden sollen. Hildesheim 1283 April 13 (idus aprilis).*

Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Heydenricus cellerarius, Volradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Hermannus de Dasle, Wolcmarus de Monte, Iohannes cantor, Bernardus de Meynersem, Ludolfus de Halremunth, Sifridus de Blanckenburch canonici Hildensemenses.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 276. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs und beschädigtes des Domkapitels. Gedr. Beitr. zur Hildesh. Gesch. I, S. 363 zu 1280, Doebner, UB. I, S. 189 Nr. 386.*

**640.** *Ritter Ernst von Meienberg überträgt dem Maria-Magdalenenkloster zwei Hufen in Ingeln zu einer Rente für seine in dem Kloster lebenden Töchter. 1283 April 25.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Sciant universi presentium inspectores, quod ego Ernestus miles dictus de Meyenberche claustro beate Marie Magdalene, quod situm est extra muros Hildensemenses, duos mansos sitos in villa Igenem, quos tytulo tenni emptionis, ex consensu heredum meorum scilicet Iutte filie mee et Hinrici et Iohannis filiorum meorum et Iohannis fratris mei contuli propter deum imperpetuum possidendos, ita tamen ut filiabus meis in eodem claustro existentibus x solidos Hildensemensis monete

quamdiu vixerint a preposito dicti claustrum infra octavam sancti Michaelis annis singulis ministrentur. Ut igitur dicta mea collatio dicto claustrum inuolabilis perseveret, presentes litteras feci sigilli mei munimine confirmari. Acta sunt hec coram venerabili domino Hildensemensi episcopo. Testes sunt dominus Bernardus de Meynersem Hildensemensis ecclesie canonicus, dominus Iohannes de Rode, Everardus de Borseum et dominus Albertus miles Boc et Ernestus et Hermannus Boc et alii quam plures. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiii<sup>o</sup>., vii<sup>o</sup>. kalendas mai.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 127. Wenig beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**641.** *Der Rat der Stadt bestimmt, dass ein Raum bei der Papenbrücke unterhalb der Kurie des Domherrn Ludolf von Hallermund und der des Heinrich Reynfridi nicht bebaut, sondern als Garten gehalten werden solle. 1283 Mai 9 (vii<sup>o</sup>. idus maii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 277. Bruchstück des älteren Stadtsiegels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 189 Nr. 387.*

**642.** *Bischof Siegfried überlässt der Stadt den Teil eines Grabens an der Papenbrücke zwischen der Kurie des Domherrn Ludolf von Hallermund und der des Heinrich Reinfridi nicht zur Bebauung, sondern als Garten. Hildesheim 1283 Mai 18 (xv. kalendas iunii).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 783. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs. Gedr. Doebner, UB. I, S. 190 Nr. 388.*

**643.** *Bischof Siegfried gibt denen, welche das Bonifaciusstift in Halberstadt an bestimmten Tagen besuchen, vierzig Tage Ablass. Hildesheim 1283 Mai 31 (ii. kalendas iunii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Magdeburg. Gedr. Schmidt, UB. des Stiftes st. Bonif. und st. Pauli in Halberstadt (Gesch.-Quellen der Prov. Sachsen XIII) S. 59 Nr. 76.*

**644.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Ritter Johann von Dahlum und Lippold von Dahlum und Engelbert und Rudolf, Söhne des genannten Johann, dem Kl. Wülfinghausen den Zehnten in Klein-Freden (in parvo Wredene) übertragen haben. Hildesheim 1283 Juni 20 (duodecimo kalendas iulii).*

Testes sunt et presentes fuerunt Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus de Meynersem canonici Hildensemenses, Bertoldus plebanus de Wincenburch, Bertramms sacerdos in Veteri villa

apud Alvelde, Gerbodo clericus, Theodericus de Stockem, Sifridus de Rutenberch, Albertus Bock, Theodericus de Piscina, Heynricus Rasehorne, Conradus de Elvede milites, Hermannus Bock, Ernestus et Lippoldus fratres de Stempne, Hermannus de Stempne, Conradus Spado, Theodericus Berneri, Theodericus Bere, Heynricus de Betenem.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Stift Gandersheim Nr. 88 in doppelter Ausfertigung. Von beiden die drei Siegel abgefallen. Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh. S. 786.*

**645.** *Bischof Siegfried gibt dem Bürger Ludolf Rode (Rufus) eine Hufe in Eykerten zu Lehn. Hildesheim 1283 Juli 3 (quinto nonas iulii).*

Testes sunt Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Iohannes cantor, Bernardus de Meynersen canonici Hildensemenses, Ernestus pincerna, Sifridus de Rutenberch, Albertus Bock, Theodericus de Stockem milites, und Bürger.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 167. Siegel des Bischofs und beschädigtes des Domkapitels an roten Seidenschnüren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 190 Nr. 389.*

**646.** *Abt Moritz von Amelungsborn bekundet, neun Hufen in Eddinghausen vom Kl. Lamspringe mit der Verpflichtung eines jährlichen Zinses gekauft zu haben. 1283 August 24.*

In nomine domini. Nos frater Mauritius dictus abbas in Amelungesborne universis hoc scriptum videntibus aut visuris orationes in domino salutare. Liquidum esse cupimus et manifestum omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos unum mansum in Edingehusen, qui titulo donationis a domino Ascuino de Stenberge pro remedio anime generi sui domini Henrici de Achem ad ecclesiam Lamspringe devenerat, ab eadem ecclesia eo, quod inter alia bona nostra locatus erat, comparavimus conventui nostro perpetuo possidendum. Iam dicta itaque ecclesia ipsi manso ad manus nostre ecclesie tali conditione penitus renuntiavit, ut habito respectu ad nos sive nostros successores xii solidos Hildensemensis monete annuatim recipiat, quos nos vel conventus noster, sicut presenti protestamur littera, domino preposito vel conventui ipsius annis singulis persolvemus. Proprietatem vero eiusdem mansi et aliorum bonorum nostrorum ibidem venerabilis dominus Sifridus Hildensemensis ecclesie episcopus liberam ecclesie et conventui nostro

contulit et solutam. Actum anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxxx<sup>o</sup>iii<sup>o</sup>, Bartholomei apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 41. Gut erhaltenes Siegel des Abtes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Falcke, Tradit. Corb. S. 891 die entsprechende Urk. des Kl. Lamspringe gedruckt.*

**647.** *Abt Dietrich des Godehardiklosters genehmigt den Verkauf einer Hufe in Eddinghausen an das Kl. Escherde unter der Bedingung des Zahlens eines Zinses an das Godehardikloster. In der Godehardikirche 1283 September 1.*

Theodericus dei gratia abbas sancti Godehardi Hildensemensis omnibus presentem paginam visuris salutem in vero salutari. Notum esse cupimus tam posteris quam presentibus, quod, cum dominus Henricus prepositus in Escherte mansum unum censualem ecclesie nostre situm in Ettigehusen a Henrico dicto Seminatore comparasset, idem H(enricus) cum suis heredibus in nostra presentia constitutus eundem mansum in nostras manus libere resignavit. Cui emptioni ob specialem dilectionem, quam habemus ad eandem ecclesiam in Escherte, consensum prebuimus sub hac forma, quod iam dicta ecclesia eundem mansum habeat in possessione et perpetuo ministrabit ecclesie nostre singulis annis censum debitum decem videlicet solidos. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro sigillo fecimus roborari. Testes huius rei sunt Bodo de Bethenem, Luderus de Eskerte plebani et sacerdotes, Tidericus de Reden, Elardus de Duthesem, Henricus de Berniggerode milites, Iohannes de Suterem, Heno Westfalus, Hermannus Puntroke et alii quam plures. Actum in ecclesia nostra anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiii<sup>o</sup>, in die sancti Egidii confessoris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Escherde Nr. 66. Siegel verloren. Regest Doebner, UB. I, S. 191 Nr. 390.*

**648.** *Knappe Dietrich de Piscina entsagt allen Ansprüchen an einer Hufe in Giesen, die dem Altar der h. Maria im Kreuzstifte gehört. Hildesheim 1283 September 8.*

Thidericus dictus de Piscina famulus omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Sciant omnes et sciant singuli, quod, cum ego Thidericus a quibusdam inductus immo verius seductus super manso uno in superiori Ihesen sito et area pertinente ad ipsum, quo altare beate Marie virginis dotatum est in ecclesia



sancte Crucis, Thiderico preposito, Leonardo decano et capitulo eiusdem ecclesie questionem movissem, tandem a domino Iohanne maioris ecclesie preposito et domino Volkmaro canonico eiusdem ecclesie et Thiderico de Perremont famulo et aliis amicis meis monitus salubriter et inductus et publicis instrumentis domini Hogeri militis et domini Henrici canonici maioris ecclesie patris et fratris mei et eciam meo proprio convictus coram capitulo memorato sum publice protestatus, quod in predicto manso michi vel meis filiis Holrico et Courado nullum ius penitus competebat. Propter quod fide data promisi in manus predictorum domini prepositi et domini Volkmar et eciam Leonardi decani et Thiderici de Perremont famuli nomine ecclesie sancte Crucis, quod super eodem manso in presens tempus et futurum a me vel meis predictis filiis numquam sepe dicta ecclesia de cetero inpetetur. In cuius rei evidens testimonium presens scriptum sigillis predictorum dominorum videlicet domini Io(hannis) maioris ecclesie prepositi et domini Volk(mari) eiusdem ecclesie canonici et Th(iderici) de Perremont famuli et etiam meo est studiosius communitum. Testes huius rei sunt Thidericus prepositus, Leonardus decanus, Iohannes Hengellardi, Bruno de Hardessim sacerdotes, Ludolfus de Brunewic, Bertoldus scolasticus, Gerardus custos, Daniel dyaconi, Almarus, Boldewinus, Egidius, Bertoldus subdyaconi et canonici ecclesie sancte Crucis, Henricus sacerdos et vicarius ibidem. Actum Hildensem in capitolio ecclesie sancte Crucis anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiii<sup>o</sup>., vi<sup>o</sup>. idus septembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 168. Beschädigtes Siegel des Dompropstes und des Ausstellers; die beiden anderen verloren.*

**649.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Escherde das Eigentum zweier ihm von den Brüdern Johann, Heinrich und Eilhard von Barfelde (Bervelthe) resignierten Hufen in Rocke. Hildesheim 1283 Oktober 12 (quarto idus octobris).*

Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Iohannes cantor, Bernardus de Meynersen canonici Hildensemenses, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenberch, Albertus Bock, Heynricus de Berningerodhe milites, Lippoldus et Theodericus fratres de Rodtinge, Iohannes de Sutterem, Heynricus de Berenrodhe famuli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 67. Beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*



**650.** Die Brüder Burchard und Hermann Grafen von Wohlden-  
berg übertragen dem Kl. Marienrode eine halbe Hufe im Felde von  
Wendhausen. 1283 Oktober 18 (in die beati Luce ewangeliste — —  
xv<sup>o</sup>. kalendas novembris).

— — presentibus nobilibus viris consanguineis nostris Hermanno,  
Ludolfo, Conrado et Iohanne comitibus de Woldenberg, domino  
Hermanno de Stenberg, Wilbrando de Harboldessen, Olrico de  
Barem, Hakone advocato de Woldenberg.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 51. Siegel Burchards ver-  
loren, das des Hermann erhalten an weissen Hanffäden. Gedr. Marienroder UB.  
S. 78 Nr. 65.*

**651.** Die Brüder Arnold, Balduin, Justaz und Heinrich von  
Varenholz (Vorenholte) übertragen dem Kl. Marienrode eine Mühle in  
Jeinsen (Geynhusen), die Lukemann von Jeinsen und Sohn Johann  
von ihnen besass. Rinteln 1283 Oktober 29 (sequenti die Symonis  
et Iude).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 52. Von den beiden Siegeln  
nur das des Dietrich von Broke erhalten an dem von der Urk. geschnittenen  
Pergamentstreifen. Gedr. Marienroder UB. S. 78 Nr. 66.*

**652.** Das Domkapitel überträgt dem Bertold von Algermissen ein  
Allod in Algermissen und zwei in Lobke statt des Zehnten in Oberg.  
Hildesheim 1283 November 15.

Nos dei gracia Iohannes prepositus, Arnoldus decanus totumque  
capitulum maioris ecclesie in Hildensem presentibus recognoscimus  
et publice profiteamur, quod in commutationem et recompensationem  
decime in Oberghe allodium nostrum in Algremessen et duo nostra  
in Lobeke cum omni iure et utilitate inde proveniente tam in villis  
quam in campis ab omni exactione libera, sicut nos retroactis tem-  
poribus habuimus, Bertoldo de Algremessen et filiis fratris sui et  
eorum legitimis heredibus iure feudali ministerialium, quod vulgariter  
dicitur hovelen, deliberato consilio contulimus in perpetuum possi-  
denda. Et si forte super hiis bonis seu super libertate eorum pre-  
dictae persone vel eorum heredes aliquando iudicialiter fuerint im-  
petiti, ipsos legitime defendendo ipsorum bonorum, cum requisiti  
fuerimus, prestabimus veram et debitam warandiam. De cetero  
autem prefate persone vel eorum legitimi heredes horum bonorum  
feudalem investituram a domino decano nostro, qui nunc est vel

qui pro tempore fuerit, nomine nostri capituli recipient sicut si bona consimilia a qualibet alia reciperent eciam layca potestate. In maiorem vero huius rei firmitatem presentem litteram inde conscriptam sigillo nostro autentico roboratam ipsis super hoc dedimus ad cautelam. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxx tercio, xvii. kalendas decembris.

*Abachr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 125 Nr. 194 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**653.** *Bischof Siegfried überträgt dem Johannisstift drei Hufen mit Zubehör in Klein-Escherde, die jenes von den Blome gekauft und diese ihm resigniert haben. Hildesheim 1283 November 15.*

Nos Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus tenore presentium notum esse volumus universis, quod, cum canonici sancti Iohannis in Dampmone nostre Hildensemensis civitatis tres mansos in parvo Escherde et tres areas ibidem cum omni iure et utilitate in ipsa villa et extra in agris, pascuis et in silvis a Reinero et Arnoldo militibus fratribus dictis Blome ministerialibus ecclesie Mindensis fidelibus nostris de consensu et collaudatione filiorum suorum Reineri, Arnoldi et Iohannis et omnium heredum suorum, quorum intererat, bona videlicet, que dicti fratres in eadem villa a nobis in feodo tenuerunt, pro viginti octo et dimidia marcis puri argenti comparassent, nos recepta ipsorum resignatione tam patrum quam filiorum necnon omnium, quorum videbatur interesse, predictos mansos cum suis areis et universo iure ac utilitate, sicut ipsi a nobis habuerant, cum omni iure et proprietate prefate ecclesie sancti Iohannis de consensu et beneplacito nostri capituli pro anime nostre remedio contulimus propter deum. Ut autem — — Huius vero rei testes sunt Iohannes prepositus, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Iohannes cantor, Cono prepositus in Olsborch, Bernardus de Meinersem nostre ecclesie canonici, Ernestus pincerna, Conradus marscalcus, Ascwinus et Conradus fratres de Stenberghe, Ludolfus de Cramme, Siffridus de Rutenberch milites et nostri ministeriales et alii complures fide digni. Datum et actum Hildensem anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. tercio, xvii<sup>o</sup>. kalendas decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 31. Siegel des Bischofs und des Domkapitels, letzteres am Rande beschädigt. Gedr. Würdtwein, Nova subs. I, S. 344.*

**654.** *Bischof Siegfried gestattet dem Propst von Lamspringe, die Almende, derentwegen ihn sein Vogt belästigt hatte, zum Nutzen des Klosters, zu verwenden. Hildesheim 1283 November 30.*

Sygfrius dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus. Sciant universi, quod de consensu et beneplacito nostri capituli dedimus preposito et monasterio sanctimonialium in Lamspringe commune illud, super quo noster advocatus dominus Gerhardus de Gandersem preposito questionem et placita movere inceperat et movebat ipsum de quodam excessu in communi illo perpetrato inpetendo. Concedimus vero preposito, ut commune illud convertat ad utilitates sui monasterii de illo quicquid sibi commodum et utile fuerit ordinando. In huius autem — —. Datum Hildesheim anno domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, pridie kalendas decembris.

*Abchrift des 16. Jahrhunderts im Cop. des Klosters, Ms. 530 S. 65 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh. S. 786.*

**655.** *Gerhard von Gandersheim beschreibt die Almende, auf die er gegenüber dem Kl. Lamspringe Ansprüche erhoben und die der Bischof dem Kloster zugesprochen hat. O. J. (zu 1283 November 30).*

Nos Gherardus dictus de Gandersem advocatus in Winzeburgh universis, quibus hoc scriptum exhibitum fuerit, notum facimus, quod nos dominum Gotfridum prepositum in Lammespringhe pro quodam communi inpetivimus, quod vulgariter mende dicitur, in quo ipsum fodiendo, arando diximus excessisse. Ut autem situatio locorum sciatur, pro quo ipsum et ecclesiam inpetivimus, presenti littere inserere curavimus. Illud commune ante agrum qui dicitur Heydcamp, item montem qui dicitur Sodherberg, item pro fossa, que est apud aquam que dicitur Mer, in quibus sibi iniuriam et violentiam fieri dicebat dominus prepositus. Ista autem inpetitio nota fuit et manifesta tam militibus et castellanis de Winzeburg quam etiam villanis et aliis pluribus, qui presentes fuerunt cum feret. Notum fuit istis militibus domino Asswino de Stenberg, domino Hermanno de Gandersem, domino Lippoldo de Fredhen, domino Thiderico de Celenstede, preterea aliis Hinrico dicto de Monte, Conrado de Horhusen, Hinrico de Woldersen. Postea emendatione facta dominus Sifridus episcopus Hildensemensis totumque eiusdem ecclesie capitulum domino preposito et ecclesie in Lammespring illud commune, de quo supradictum est, concesserunt, ut

illud ad utilitatem sue ecclesie converteret, sicut in privilegiis ipsorum super hoc datis patebit plenius intuenti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 58. Das wenig beschädigte Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt Helm im Visir.*

**656.** *Priorin V(olquigis) und der Konvent des Maria-Magdalenenklosters machen mit dem Moritzstifte eine Gebetsbrüderschaft. 1283 November (mense novembris).*

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 34v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**657.** *Propst, Dechant und das Domkapitel schlichten einen Streit des Johannishospitals mit dem Kl. Marienwerder wegen Güter in Letter. Hildesheim 1283 Dezember 15.*

Dei gratia Iohannes prepositus, Arnoldus decanus totumque Hildensem ecclesie capitulum omnibus hoc scriptum vis(ur)is salutem et noticiam rei geste. Orta inter hospitale sancti Iohannis in Dampmone nostre Hildensem civitatis, cuius provisio et proprietas ad nos et ecclesiam nostram dinoscitur pertinere, ex una parte, et monasterium de Insula apud Honnovere Mindensis dyocesis ex altera materia questionis super proprietate quorundam agrorum in villa Lettere sitorum Mindensis diocesis et litigantibus hinc inde partibus talis tandem de proborum virorum consilio compositio intervenit, quod nos nostro et hospitalis predicti nomine renunciavimus actioni et proprietatem predictorum agrorum et quicquid iuris habuimus in eisdem contulimus monasterio supradicto, ita quod ipsum monasterium sit obligatum nobis hospitalis nomine in annua pensione videlicet in dimidia marca Bremensis argenti et ponderis in festo sancti Michahelis annis singulis persolvenda. In huius rei — — Datum et actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. tercio, quarta feria post festum sancte Lucie virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienwerder Nr. 47. Siegel verloren. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VI, S. 45 Nr. 61.*

**658.** *Bischof Siegfried stellt dem Herzog Otto von Braunschweig einen Revers aus über den mit diesem geschlossenen Vergleich betreffend die Stadt Hannover und die Schlösser Lauenrode, Hallermund und Hude. Hannover 1283 Dezember 16.*

Super discordia, que vertitur inter ecclesiam Hildensemensem et inclitum ducem Ottonem de Brunswic, placitatum est in hunc modum. Dux prefatus — — — de capituli sui beneplacito et consensu. Nos igitur Sifridus Hildensemensis ecclesie episcopus data fide promissimus hec servare, nobiscum vero similiter data fide promiserunt Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Hermannus de Dasle, Iohannes cantor, Bernardus de Meynersem, Borchardus de Dreinleve, Fredericus de Adenoys, Sifridus de Blankenberg, Bernardus de Hardenberg canonici Hildensemenses, item Ascwinus de Stenberg, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenberg, Conradus marschalcus, Ascwinus de Luttere, Ernestus pincerna, Henricus de Walmede, Conradus Swews, Henricus Rasehorn, Iohannes Bok de Illedehusen, Gerhardus Cegenbart de Gandersem milites, item burgenses Borchardus ante Orientalem valuam, Hermannus Puntrogge, Everhardus Ludolfi, Iohannes Berneri, Bruno Inanus, Arnoldus de Minda, Beteco de Hoyersem, Thidericus Friso, Iohannes de Munstede, Hildebrandus Storm. Si vero aliquem ex hiis fideiussoribus canonicis videlicet, militibus et burgensibus mori contingeret, alius in locum suum poni deberet infra mensem. Canonici et milites intrabunt ad loca eis deputata, burgenses autem iacebunt extra muros Hildensemenses vel in curiis dominorum non exituri, nisi de ducis sepedicti fuerit voluntatem. Ad maiorem eciam firmitatem hec placita sigillo nostro fecimus roborari. Datum Honovere anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiii<sup>o</sup>, xvii<sup>o</sup>. kalendas ianuarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Celle Or. Des. 9 H. Schr. VIII Caps. 24 Nr. 1. Siegel verloren. Danach gedr. im Auszug UB. der Stadt Hannover (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen V), S. 47 Nr. 47b, Regest Doebner, UB. I, S. 191 Nr. 391. Die Urk. stimmt bis auf den Schluss, abgesehen von einigen orthographischen Abweichungen, wörtlich überein mit Or. Domstift Hildesheim Nr. 278, der entsprechenden Urk. des Herzogs Otto, gedr. Sudendorf, UB. I S. 62 Nr. 100—S. 63 Z. 35, UB. der Stadt Hannover a. a. O. S. 43 Nr. 47a, Scheidt, Cod. dipl. zu Mössers Einleitung II, S. 752.*

**659.** Herzog Otto von Braunschweig verbürgt sich dafür, dass seine Schwester Mathilde das Eigentum des Schlosses Lauenrode und der Stadt Hannover bis nächsten 26. Februar dem Stift Hildesheim ausliefert, und verspricht die Zustimmung seiner Mutter Lutgard hierzu beizubringen. Hannover 1283 Dezember 16 (xvii<sup>o</sup>. kalendas ianuarii).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 279. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Gedr. Scheidt, Cod. diplom. zu Mosers Einleitung S. 757, Sudendorf, UB. I, S. 64 Nr. 101.*

www.hbtool.com.cn

**660.** *Ritter Albert der Jüngere von Wülfingen bekundet, dass Bischof Siegfried ihm zwei Allode in Förste verpfändet hat. 1283.*

Nos Albertus miles iunior dictus de Wlvighe notum esse volumus omnibus — —, quod venerabilis dominus Siffridus Hildensemensis ecclesie episcopus nobis pro nonaginta marcis tribus minus allodia in Vorsethe maius videlicet et minus cum bonis ad ea spectantibus obligavit premissa tali forma, quod due marce de prefata summa, quamdiu eadem bona in possessione nostra fuerint, annis singulis elabantur. Preterea si prefatus venerabilis dominus episcopus vel aliquis suus successor legitimus bona redimere voluerit memorata, in festo sancti Iohannis baptiste redimenda sunt quocumque ea sibi anno absolvere complacebit. Ut autem — —. Datum anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. iii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 280. Das wenig beschädigte Siegel des Ausstellers zeigt zwei sprunghereite Wölfe über einander.*

**661.** *Die Grafen Siegfried und Johann von Blankenburg, Domherrn, unter den Zeugen der Schenkungsurk. ihres Bruders Heinrich für das Domstift in Halberstadt. 1283.*

*Gedr. Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 467 Nr. 1429.*

**662.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass die Erben des Johann Berner eine Rente von zehn Schilling zur Beleuchtung der Andreaskirche gestiftet und Degenhard (vom Hohen Wege), Provisor (der Bruderschaft des h. Andreas), eine gleiche Rente zu demselben Zwecke gekauft habe. 1283.*

*Erhalten als Transsumt des Rates von 1354 April 28 im Stadtarchiv zu Hildesheim, Or. Nr. 1663. Gedr. Doebner, UB. I, S. 192 Nr. 393.*

**663.** *Propst Dietrich, Dechant Bernhard und das Kapitel des Kreuzstiftes verpflichten sich gegenüber dem Abte Ernst, dem Prior Hermann und dem Konvente des Michaelisklosters, an der Feier des Festes des h. Bernward, des Patronen des Klosters, in deren Kirche teilzunehmen, wofür unter sie jährlich sechs Schilling von zwölf Morgen in Klein-Förste (in parvo Vorsethe) verteilt werden sollen. Hildesheim 1283.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 75. Gut erhaltenes Kapitelsiegel. Gedr. Doebner, UB. I, S. 191 Nr. 392.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**664.** *Graf Ludolf von Wohldenberch verkauft mit Zustimmung seiner Brüder Konrad und Johann und seiner Söhne Hermann, Heinrich, Ludolf und Burchard dem Kl. Derneburg für drei Pfund die Vogtei über eine Hufe in Sillium (Silium), die zur Beleuchtung der Kirche in Holle gehört. 1283.*

Testes huius vendicionis fuerunt comes Hermannus senior, comes Borgardus de Woldenberch, dominus Hermanus de Stenberch, dominus Eggelbertus de Hachem et Thidericus filius suus, Olicus de Barem.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 27. Siegel des Grafen Ludolf wie oben Nr. 560 und beschädigtes Konrads.*

**665.** *Graf Heinrich von Wohldenberch übereignet dem Kl. Derneburg vier Hausstellen und 75 Morgen in Sottrum. Wohldenberch 1283.*

Henricus dei gratia comes de Woldenberge omnibus in perpetuum. — — Proinde noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos cum filiis et filiabus nostris Ludolfo, Hinrico, Luthgardi et Iudita propter deum et remedium anime nostre quatuor areas et septuaginta quinque iugera in villa Sotterem ante Woldenberge sita, que a nobis Thidericus de Roden in feodo detinebat, cum omni iure et utilitate tam in villa quam in campo tam in silvis eciam quam in pratis de consilio et consensu fratrum nostrorum videlicet comitis Hermanni et Ottonis, licet eadem bona eos iure hereditario non attingant, ecclesie in Derneborch presentibus proprietavimus et proprietando conferimus sine omni impeticione iure perpetuo possidenda. Testes huius collacionis sunt Iohannes cantor ecclesie Hildensemensis, Cono prepositus in Olesborch, Leonardus decanus, Bertoldus scolasticus ecclesie sancte Crucis clerici, Ludolfus de Cramme, Iohannes de Illedehusen, Brandt de Lyndede, Conradus Swevus milites de Waldenberch, Tidericus de Walmode, Wilkinus de Gustede, Tidericus de Gudenstede, Andreas de Luthere, Haco de Barem milites de Lechtenberge, Lippoldus de Cramme, Conradus, Brant, Asswinus, Hinricus, Conradus, Asswinus de Walmode, Iohannes de Godenstede, Rotgerus de Gustede, Lippoldus de Luttere famuli de Waldenberch et Lechtenberch et alii complures clerici et layci fide digni. Ne igitur super huiusmodi colla-



cione in posterum aliquod dubium oriatur, presens scriptum inde confectum sigillis nostro videlicet et fratris nostri comitis Hermanni duximus roborandum. *Actum et datum* in castro Waldenberch anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiii<sup>o</sup>.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. VI, 106, S. 31 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**666.** *Volrad von Depenou überträgt dem Kl. Loccum seine Güter in Mölme (Molnem), die Dietrich von Prome von seinem Vater Dietrich von Depenou zu Lehn getragen und dem Kloster verkauft hat. Oedelum 1283.*

*Or. im Archiv des Kl. Loccum mit dem beschädigten Siegel des Ausstellers. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 270 Nr. 428, Gruppen, Orig. Germ. II, S. 377. Dies bestätigt Graf Johann von Wunstorf als Erbe des verstorbenen Volrad v. D. in demselben Jahre, gedr. v. Hodenberg a. a. O. Nr. 429 und Gruppen, Orig. Hannov. S. 117. Graf Burchard v. Wölpe ersucht in einer undatierten Urkunde den Bischof Siegfried um den Schutz des Klosters wegen derselben Güter, gedr. v. Hodenberg a. a. O. S. 279 Nr. 443, Gruppen a. a. O. S. 117. Im J. 1286 bestätigen die Brüder Edelherrn von Hessen den Besitz dieser Güter, gedr. v. Hodenberg a. a. O. S. 285 Nr. 450.*

**667.** *Die Brüder Aschwin und Konrad von Steinberg bekunden, dass Konrad und Ulrich genannt de Piscina allem Recht an einer Mühle bei Ahrbergen zu Gunsten des Abtes A(lbert) des Kl. Marienrode entsagt haben. 1283.*

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Die beiden Stegel nebst Befestigung verloren. Nach Abschrift des 15. Jahrhunderts in Ms. XXIII, 767, fol. 142 in der Kgl. Bibliothek zu Hannover, gedr. Marienroder UB. S. 77 Nr. 64.*

**668.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Ritter Gebhard von Bortfeld kein Vogteirecht an dem Allod des Kl. Ringelheim in Flöthe habe. Hildesheim 1283.*

Sygfridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus. Sciant universi, ad quos hec litere pervenerint, quod pro vero expediti sumus a quibusdam nostris militibus, ministerialibus nostre ecclesie, et civibus parrochie in Vlotede, quod dominus Gevehardus miles de Bortvelde ius non habeat advocatie in allodio dilecti in Christo abbatis et conventus monasterii in Ringelem, quod habere dinoscuntur in Vlotede, et quod abbatem et conventum prefatum iniuste et indebite hactenus molestavit predictum allodium advocatie nomine impetendo. Datum Hildensem presentibus Arnoldo decano, Volrado



Montis preposito, Bernhardo scholastico, Bernhardo de Meynersem canonicis Hildensemensibus et aliis compluribus anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts im Cop. des Abtes Heinrich Wirschius im Archiv zu Ringelheim S. 122.*

**669.** *Das Kl. Wöltingerode vertauscht Besitzungen in Haverlah, die zur Kämmererei gehören, gegen solche in Alvesse, denen Margarete Lodege noch welche in Klein-Flöthe und eine Rente in Westenum hinzufügt. 1283.*

Dei gratia Elisa abbatissa, Th(idericus) prepositus, Bertradis priorissa totusque conventus in Woltingroth protestamur presenti littera sigillo nostro munita, quod duos mansos in Haverla cum duabus areis et loco in sale, quas emit domina Margareta Lodege pro xxv marcis puri argenti ad officium camerarie,<sup>1)</sup> concambivimus pro bonis in Alvessum, ita videlicet quod assignavimus eadem bona ad officium illud perpetuo possidenda. Addidit etiam nobis iam dicta Greta dimidium mansum in parvo Vlottedhe et tres marcas puras et in Westenum annuatim xxiiii solidos Hildensemenses. Datum anno domini m. cc. lxxxiii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 54. Bruchstück des Konventesiegels an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**670.** *Abt B(ertold) von Ringelheim, J(ohann), einstiger Propst von Derneburg, Arnold und Heinrich von Heere, Bruno Krebs (Crevet) und Albert Bock (Hircus) von Poppenburg, Ritter, ermahnen den Johann Trobe und den Heinrich von Haringen, ihrer Bürgschaft für das Kl. Neuwerk bei Goslar wegen dreier Hufen in Sörhof (Tzerode) nachzukommen. O. D. (um 1283).*

*Or. in der Beverinischen Bibliothek in Hildesheim. Die Siegel teils stark beschädigt, teils verloren. Gedr. Bode, UB. II, S. 259 Nr. 225 zu um 1276. Johann ist als Propst von Derneburg bis 1280 nachweisbar, also kann die Urk. nicht vor diesem Jahre ausgestellt sein. Propst Bertold ist 1283 beglaubigt.*

**671.** *Bischof Siegfried übereignet dem Marienhospitale in Braunschweig den Zehnten in Vechelde, den ihm die Brüder Heinrich und Dietrich Boneken und die Brüder Heinrich, Konrad und Johann Holtzicker, Bürger von Braunschweig, aufgelassen haben. Hildesheim 1284 Januar 6 (viii<sup>o</sup>. idus ianuarii, pontificatus nostri anno quinto).*

<sup>1)</sup> *Or. camarie.*

Huius donationis testes sunt Iohannes prepositus, Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Wlradus prepositus Montis, Bernardus de Meynersem ecclesie nostre canonici, Conradus Holtzicker, Hillebrandus Longus, Henricus de Domo, Deneko de Pattenhusen, Henricus Gigas.

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig. Beschädigte Siegel des Bischofs an gelben, des Domkapitels an roten Seidenfäden. Gedr. Pistorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2351, Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 151 Nr. 337.*

**672.** *Papst Martin IV. beauftragt den Abt des Aegidisklosters in Braunschweig, den Streit des Kl. Heiningen mit dem Grafen Meiner von Schladen zu entscheiden. Orvieto 1284 Januar 28.*

Martinus episcopus servus servorum dei dilecto filio . . abbati monasterii sancti Egidii in Brunswic Halberstadensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis . . prepositus et conventus monasterii monialium in Henige per prepositum soliti gubernari, quod nobilis vir Meynerus comes de Sladem Hildesemensis diocesis ipsos indebitis exactionibus aggravans super certis debitis, possessionibus et rebus aliis iniuriatur eisdem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter (observa)ri proviso, ne in terram dicti nobilis excommunicationis vel interdicti sententiam proferas, nisi super hoc a nobis mandatum receperis speciale. Testes autem *u. s. w.* Datum apud Urbem veterem v. kalendas februarii, pontificatus nostri anno tertio.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 40. Bleibulle an Hanfschmären. Die Schrift ist stellenweise durch Stockflecke vernichtet.*

**673.** *Ritter Johann von Wülfingen verspricht eine Hufe in Elze nach Empfang von zehn Mark und einem Ferto durch Bischof Siegfried frei zu lassen und verpflichtet sich zur Zahlung einer jährlichen Rente. Hildesheim 1284 Februar 8.*

Ego Iohannes miles de Wlvinge presentibus recognosco, quod unum mansum in Elze ad piscaturam ibidem pertinentem cum omni iure et utilitate una area excepta, in qua residet piscator, qui iam est et qui pro tempore fuerit, dimittam liberum et solutum redditus michi seu meis heredibus<sup>1)</sup> x marcis et uno fertone a domino nostro

<sup>1)</sup> *heredibus hinter marcis gesetzt und hierhin gewiesen.*

episcopo vel suis successoribus, sicut in litteris inde conscriptis sigillis domini nostri<sup>2)</sup> episcopi Siffridi et capituli sigillatis de hoc plenius continetur, qui nobis eadem bona obligavit, dummodo de singulis annis vi denarios ego vel mei heredes libere persolvamus. In cuius rei testimonium — — Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiiii<sup>o</sup>., vi. ydus februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 281. Siegelrest an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**674.** *Bischof Siegfried, Domdechant Arnold und Domscholaster Bernhard entscheiden einen Streit zwischen dem Domdechant (Sigebodo) und mehreren Domherrn in Goslar über verschiedene Punkte. Hildesheim 1284 Februar 19 (xi. kalendas marcii).*

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. II, S. 333 Nr. 316.*

**675.** *Das Kreuzstift verpachtet einen Hof in Klauen, den der bisherige Meier wegen Schulden hat räumen müssen, dem Liten Dietrich von Harber unter genannten Bedingungen. 1284 Februar 22.*

Thidericus dei gratia prepositus, Leynardus decanus et capitulum ecclesie sancte Crucis Hildensemensis notum esse volumus omnibus presens scriptum cernentibus, quod, cum Henricus Bekemeyger quondam villicus curie nostre maioris in Clowen depauperatus adeo extitisset, quod censum debitum<sup>2)</sup> eiusdem curie persolvere non valeret, nos censum retentum usque ad quatuordecim talenta Hildensemensia summavimus computando, pro quibus ipsum excommunicari promovimus iusticia exigente, tandem, cum idem in excommunicatione<sup>3)</sup> aliquamdiu contemptibiliter extitisset<sup>4)</sup> et ad solutionem predictorum xiiii talentorum insufficiens esset ratione nimine paupertatis, ipse ad cor rediens fecit quod potuit et de expresso consensu uxoris sue Alheydis necnon filiorum suorum Iohannis, Henrici, Reynberti, Bernardi et Fredece sororis eorundem eandem curiam in presentia nostra et domini Siffridi de Rutenberch et domini Alberti Bok militum cum omni iure, si quod in eadem videbatur habere, manu et lingua nobis libere resignavit. Quam de suo rogatu et nostro beneplacito Thiderico de Hertbere litoni ecclesie nostre et Alheydi uxori sue ac filio suo Iohanni et filie sue Mechtildi<sup>5)</sup> a festo cathedre sancti Petri preterito usque ad idem festum in antea ad viginti annos pro statuto

<sup>1)</sup> nostri über der Zeile nachgetragen. <sup>2)</sup> deb. cens. B. <sup>3)</sup> communicatione A. <sup>4)</sup> perstitisset B. <sup>5)</sup> Mechildi B.

et antiquo censu ipsius,<sup>1)</sup> si expedite et certo tempore ipsum dederint, locavimus isto modo. Idem enim Thidericus et sui heredes eisdem xx annis evolutis nichil sibi iuris in predicta curia penitus vendicabunt, et capitulum, si voluerit et potuerit, refundet eidem Th(iderico) vel suis heredibus duodecim talenta Hildensemensia, pro quibus unum mansum Clowen situm xxvii iugera habentem cum area, quem a Ludolfo Prekel contra nostram emerat voluntatem, nobis dimisit liberum omnimodis et solutum. Quibus eis redditus vel etiam non redditus et refusus de supradicta curia, si eam<sup>2)</sup> ulterius volunt et possunt excolere, decimam et terciam partem solvent cum porcis, ovis, anseribus atque pullis. Quod si eam taliter habere noluerint, sine omni contradictione liberum erit ecclesie sancte Crucis, alteri cuicumque villico tunc post solutionem predictorum xii talentorum pro tali firma locare curiam sepe dictam. Testes horum placitorum sunt Iohannes Engelardi,<sup>3)</sup> Thidericus de Wetessem,<sup>4)</sup> Bruno de Hardessem sacerdotus, Ludolfus de Brunsworth,<sup>5)</sup> Bertoldus scolasticus, Gerardus<sup>6)</sup> custos dyaconi, Almarus Craz, Balduwinus de Elvede, magister Egidius subdyaconi et canonici sancte Crucis et alii clerici et layci fide digni. Ne igitur super hiis contingat in posterum dubitari, presens scriptum inde confectum sigillis capituli nostri et domini Siffridi de Rutenberch et<sup>7)</sup> domini Alberti Bok militum,<sup>8)</sup> qui audiverunt hec omnia et viderunt, fecimus communi. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiiii<sup>o</sup>., viii<sup>o</sup>. kalendas marcii, in claustro ecclesie sancte Crucis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Kreuzstift Nr. 169 (A), Siegel des Kapitels und des Bock abgefallen, das schildförmige des Rautenberg wenig beschädigt, zwei Weckenbalken: SIG(ILL)VM SIFRIDI DE RVTEN(BER)CH, und Nr. 170 (B.), Stück des Kapitelssiegels und beschädigtes des Rautenberg, das des Bock abgefallen.*

**676.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Siegfried, Ritter, Balduin und Johann, Kanoniker des Kreuzstiftes, Brüder von Roden (Rodhen), und des ersteren Söhne Johann und Siegfried auf alle Ansprüche an die Güter in Rauthem (Rottene) zu Gunsten des Kl. Wienhausen verzichtet haben. Hildesheim 1284 Februar 23 (septimo kalendas marcii).*

Testes sunt Iohannes cantor, Bernardus de Meynersem canonici Hildensemenses, Sifridus de Rutenberch, Ernestus pincerna, Iohannes de Stedere, Albertus Bock milites.

<sup>1)</sup> In B. Lücke für 2—3 Wörter. <sup>2)</sup> ulterius eam B. <sup>3)</sup> Engellardi B. <sup>4)</sup> Wethese B. <sup>5)</sup> Bruswich B. <sup>6)</sup> Gehardus B. <sup>7)</sup> ac B. <sup>8)</sup> militum fehlt B.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 95. Beschädigtes Siegel des Bischofs an roten Seidenfäden.*

**677.** *Siegfried, Ritter, Balduin und der Kanoniker des Kreuzstiftes Johann, Brüder von Roden (Rodhen), verkaufen dem Kl. Wienhausen ihre Güter in Rautheim (Rottene). Hannover 1284 Februar 24 (vi<sup>o</sup>. kalendas marcii).*

Actum coram inclito principe Ottone duce de Brunewich presentibus militibus Iohanne de Eskerten, Borchardo de Cramme, Iohanne de Goltorne, Theoderico de Alten, Ludero de Hanese.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 96. Beschädigte Siegel des Siegfried (3 Lilien, 2 : 1) und des Johann an roten Seidenfäden.*

**678.** *Graf Ludolf von Wohldenbergh überträgt mit Zustimmung seiner Brüder Konrad und Johann und seiner Söhne Ludolf, Hermann, Heinrich und Burchard dem von ihm besonders verehrten Kl. Derneburg eine Hofstätte und eine halbe Hufe in Sillium (Silium). Im Werder (in Insula) 1284 Februar 24 (vi<sup>o</sup>. kalendas martii).*

Testes huius rei sunt Hermannus de Stenberch, Ludolfus de Cramme, Henricus de Walmede, Conradus Swaf milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 28. An der Urk. hängt das Siegel des Andreas von Lutter, das aber jedenfalls erst viel später an Stelle des abgefallenen gräflichen daran befestigt worden ist.*

**679.** *Bischof Siegfried überträgt die Vogtei der Kirche in Wrisbergholzen und der Dos, welche Abt Ernst des Michaeliskloster und Ernst Schenk von Meienberg von denen von Wülfingen gekauft haben, derselben Kirche. 1284 März 10.*

In nomine domini amen. Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Cum ecclesie et earum dotes crebro per advocatos et eorum angariam molestentur, cum tamen ipsas ex officio suo tenerentur potius defensare, talia incommoda pro posse nostro tollere cupientes ea proponimus quantum possumus inmutare. Ad perpetuam igitur rei memoriam notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum dominus Ernestus abbas monasterii sancti Michahelis in Hildensem et Ernestus pincerna noster dictus de Meynberge advocatiam ecclesie in Hughesholthusen et sue dotis ab Alberto seniore de Wlvighe et suis legitimis heredibus Arnolde videlicet et Ernesto pro viginti talentorum numero comparassent, que ecclesia cum dote

sua multipliciter advocatorum angariis premebatur, prefatus Ernestus fidelis noster cum aliis nobis fidelibus sollicite nobis institit, ut proprietatem iam dicte advocatie conferremus ecclesie memorate. Quorum honestis precibus inclinati pretactam ecclesiam cum dote sua et omnibus bonis ad dotem pertinentibus ab omni advocatia et advocatorum honore absolvimus dantes advocatiam pro remedio anime nostre sancto Martino et sepedicte ecclesie libere perpetuo possidendam. Ut autem — —. Testes sunt Arnoldus decanus, Wlradius Montis prepositus, Bernhardus scolasticus, Iohannes cantor, Bernhardus de Meynersem canonici Hildensemenses, Conradus marscalcus, Theddericus de Stockem, Siffridus de Rutenberg, Aschvinus de Luttere, Conradus de Elvede, Albertus Bock, Iohannes de Stedere, Iohannes de Wvinghe milites, Arnoldus et Ernestus Bock, Iohannes de Meyenberg, Ludolfus camerarius, Ernestus et Lippoldus fratres de Stempne famuli et alii quam plures. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. quarto, sexto idus marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskt. Nr. 76. Beschädigtes Siegel des Bischofs und des Domkapitels an roten Seidenfäden. Gedr. nach Cop. zu 1280 März 12 Lüntzel, Aeltere Diözese S. 407.*

**680.** *Bischof Siegfried bekundet, dass das Andreastift von Ritter Albert Bock den halben Zehnten in Hary (Haringe) im Ammergau (Ambriga) für 60 Mark Silber unter der Bedingung gekauft hat, dass der Verkäufer innerhalb eines Jahres von Mariä Verkündigung an dem Stift das Eigentum des halben Zehnten verschaffen wird, wofür dieser den Schenken Ernst von Meienberg und Siegfried von Rautenberg, Ritter, (Hermann) Bock von Northolte, Arnold und Ernst gen. Bock, Knappen, und Bürger mit dem Versprechen des event. Einlagers als Bürgen stellt und sie für den Fall seines Todes verpflichtet, das Stift aus seinem Nachlasse zu entschädigen, wie es der zeitige Bischof und der Pfarrer der Andreaskirche für angemessen erklären werden. Diese Bürgschaft nehmen Pfarrer Werner, zugleich Dechant, die Kanoniker des Stiftes und Bürger entgegen. Hildesheim, im bischöflichen Palast 1284 März 18 (xv<sup>o</sup>. kalendas aprilis).*

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Andreastift Nr. 10. Siegel des Bischofs verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 193 Nr. 394 nach Cop. und III, S. 651 Nachtr. Nr. 39 nach dem Or.*

**681.** *Ritter Dietrich Hake bekundet kein Recht an der Meierei in Barum zu haben. Lichtenberg 1284 März 22.*

Thi(dericus) miles dictus Hake — — presentibus recognosco et notum esse cupio, quod in villicatione Barem dominorum meorum Hildensemensium nullum ius habeo nec feudale nec hereditarium<sup>1)</sup> nec pignoraticium. Unde quicumque pro tempore fuerit prepositus quod michi commissum est in dicta villicatione, cum voluerit, a me poterit revocare. Hoc aliquando coram capitulo viva voce protestabar et etiam postea coram preposito, decano, cellerario et Conone preposito in capitulo recognovi. In cuius rei — —. Datum in Lectenberge anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxx. quarto, xi. kalendas aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 282. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt Pferderumpff mit Zaum: \* S'. TIDERICI · HAKEN · D · B'RV̄.*

**682.** *Das Moritzstift überträgt eine Hufe in Sorsum mit einer Klausalkurie der Vikarie des Hochaltares. 1284 März 28.*

Volradus dei gratia prepositus, Luderus decanus totumque capitulum montis sancti Mauricii in Hildensem omnibus inperpetuum. Quia pro defectu mortalium probatio deficit vive vocis, necesse est, ut geste rei veritas privilegiorum clareat instrumentis; singula enim de nobis anni predantur euntes.<sup>2)</sup> Noverint igitur universi, quibus presens scriptum fuerit recitatum, quod nos de maturo capituli nostri consilio et unanimi voluntate quendam mansum in Sotherem scitum una cum claustrali curia addidimus vicarie summo altari in nostra ecclesia pertinenti, ut hiis mediantibus sacerdos, qui dicte prefuerit vicarie, de suo profectu et comodo valeat ordinare. In cuius rei — —. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. iiii, v<sup>o</sup>. kalendas aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 47. Beschädigte Siegel des Propstes und des Kapitels und gut erhaltenes des Dechanten an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**683.** *Das Kl. Derneburg belehnt Dietrich von Roden mit drei Hufen in Sottrum. 1284 Juni 17.*

Bernardus dei gratia prepositus in Derneborch, Bya priorissa cum toto eiusdem loci conventu — — notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos domino Tiderico de Novali tres mansos in Sutherem prope Woldenberch porreximus iure feudali

<sup>1)</sup> *Or. hereditarum.*    <sup>2)</sup> *anni — euntes sind Daktylen.*



cum omnibus attinentiis eiusdem loci. — Datum in nostra curia anno domini m<sup>c</sup>clxxxiiii, xv. kalendas iulii.

*Abschrift des 18. Jahrhunderts in Cop. VI, 108a fol. 13 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**684.** Domherr Dietrich von Irxleben (Irekesleve) unter den Zeugen der Urk. des Abtes Hermann von Nienburg, in welcher dieser und sein Konvent dem Nicolaistifte in Magdeburg Ländereien in Polne verkaufen. 1284 Juli 2 (sexto nonas iulii).

*Geär. nach Cop. von Heinemann, Codex Anhalt. II, S. 407 Nr. 571. Regest v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. III, S. 169 Nr. 438.*

**685.** Propst Gebhard des Kreuzstiftes bekundet, dass der Meier in Kemme die Verpflichtung zur Entrichtung eines jährlichen Zinses an den Vikar des Stiftes Konrad von Adenem zugegeben habe. Hildesheim 1284 Juli 9.

Nos dei gracia Gevehardus prepositus ecclesie sancte Crucis Hildensemensis presenti littera protestamur, quod Iohannes villicus in Kemme in nostra presentia recognovit, quod ipse et fratres sui domino Conrado de Adenem vicario ecclesie sancte Crucis vel eius successoribus ratione cuiusdam aree in villa Kemme site ad censum tenentur in festo sancti Michahelis solvere duos solidos Hildensemenses annuatim. Testes huius recognitionis sunt Leonardus decanus, Iohannes Engelhardi, Bruno de Hardsesem sacerdotes, Bertoldus scolasticus, Gerardus custos, Daniel dyaconi, Henricus capellanus prepositi, Ekbertus de Tossem clerici, Bernardus de Ponte, Iohannes Bernere, Degenardus iunior, Bruno Insanus, Albertus de Molnem, Arnoldus Aurifaber, Iohannes Eyzeko et tota familia prepositi. Ne igitur — —. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiiii<sup>o</sup>., in crastino Kyliani, in lobio curie nostre.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 171. Siegel des Propstes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest Doebner, UB. I, S. 194 Nr. 395.*

**686.** Bischof Siegfried übereignet dem Kreuzstift einen Garten beim Butterbrunnen (boterborne) und ein Grundstück im Alten Dorfe, das ihm der Bürger Dietrich von Minden resigniert hat. Hildesheim, im bischöflichen Palast 1284 Juli 11 (quinto idus iulii).

Testes — — sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Wlradus prepositus Montis, Gevehardus pre-



positus sancte Crucis, Heindenricus cellerarius, Iohannes cantor, Wernerus plebanus, Cono prepositus in Olsborg, Hermannus de Dasle, Balduinus prepositus sancti Blasii Brunswicensis, Leonardus decanus ecclesie sancte Crucis, Iohannes Engellardi, Bruno sacerdotus, Bertoldus scolasticus, Gerardus custos diaconi, Almārus, Iohannes notarius episcopi subdiaconi et canonici sancte Crucis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung, Kreuzstift Nr. 172. Bruchstücke des Siegels des Bischofs und des Domkapitels, und Nr. 173, Urk. stark beschädigt, Siegel des Bischofs verletzt, des Domkapitels abgefallen. Gedr. Doebner, UB. I, 194 Nr. 396.*

**687.** *Ludolf, Konrad und Johann, Brüder, und Hermann, Heinrich, Burchard und Ludolf, Söhne des Ludolf, Grafen von Wohldenbergh, übereignen dem Kl. Derneburg die sogen. Coningeshove in Hackenstedt (Havekenstede). Braunschweig 1284 Juli 15 (xviii<sup>o</sup>. kalendas augusti).*

Testes huius collationis sunt Hermannus comes de Waldenberch, item iunior comes Hermannus, Ludolfus de Cramme, Hermannus de Stenberch, Henricus Rasehorn, Conradus Swaf milites, Wikbrandus de Harboldessem, Lippoldus de Cramme, Ascwinus de Walheden, Olricus de Barem, Thidericus et Eylardus de Nethe, item Henricus de Nethe, Albertus et Bernardus de Haringe, Gunceko et Wgrighe advocati.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Kl. Derneburg Nr. 10. Beschädigte Siegel des Grafen Ludolf an Pergamentstreifen und des Grafen Konrad an weissen Zwirnfäden.*

**688.** *Schenk Ernst von Meienberg stellt dem Bischofe oder dem Domkapitel den Rückkauf eines Allodes in Mahlerten immer vor Johannis frei. Hildesheim 1284 September 1.*

Ego Ernestus pincerna miles dictus de Meynberch recognosco presentibus et protestor, quod allodium in Malerten episcopus Hildensemensis qui pro tempore fuerit vel capitulum Hildensemense reemere potest semper ante festum Iohannis baptiste pro sexaginta marcis examinatis, quando id posse habuerit faciendi. In cuius rei — — Datum Hildensem anno domini millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lx<sup>o</sup>xl<sup>o</sup>. quarto, kalendas septembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 283. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt zwei Querbalken: † S'. ERNESTI DE MEYENBERGE.*

**689.** *Abt Ditmar von Walkenried bekundet, dass der frühere Propst Heinrich von Escherde dem Propste und Konvente daselbst den halben Zehnten und vier Hufen in Brüggen resigniert hat. Walkenried 1284 September 29.*

Frater Dithmarus dictus abbas in Walkenrid — — tam presentibus quam futuris volumus notum esse, quod dominus Heinricus quondam prepositus in Eschire in presencia nostri conventus constitutus bona ad dies vite sue<sup>1)</sup> designata medietatem scilicet decime et quatuor mansos in Brucken preposito et conventui in Eschere resignavit libere propter deum. Testes huius rei sunt Gerhardus de Gandersheim, Iohannes de Herste milites, Heinricus de Awerstede, Engelhardus de Wetenborne, Hermannus de Brucke, Bodo de Betenhem plebani et sacerdotes, Heinricus de Monte, Iohannes de Sutterhem, Heinricus de Aulica et alii quam plures. In cuius rei testimonium — — Datum et actum in conventu nostro anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiii<sup>o</sup>., in die sancti Michahelis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 68. Gut erhaltenes Siegel des Abtes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**690.** *Graf Gerhard von Schaumburg resigniert dem Bischof Siegfried die Hälfte des Zehnten in Hary im Ammergau (Haringe super Amberga). 1284 November 12 (postera die beati Martini episcopi).*

Testes huius rei sunt dominus cantor Hildensemensis, Iohannes de Raden canonicus sancte Crucis, milites vero Asswinus de Monte lapideo, Conradus marscalcus, Sifridus de Rutenberge, Ernestus dictus Boec, dominus Alexander cappellanus eiusdem domini, item milites Otto de Kyle, Lodowicus Post.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Andreasstift Nr. 11. Siegel verloren.*

**691.** *Bischof Volrad und das Domkapitel von Halberstadt bestätigen die durch den verstorbenen Domherrn Konrad von Dorstadt gestiftete Vikarie auf Bitten Bernhards, des Bruders Konrads (Dom-scholasters in Hildesheim). Halberstadt 1284.*

*Gedr. Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 473 Nr. 1445.*

<sup>1)</sup> sue über der Zeile nachgetragen.

**692.** *Bischof Siegfried bekundet den Verzicht des Johann von Dahlum auf Güter des Bartholomäistiftes in Hotteln. 1284.*

Nos dei gratia Sifridus Hildensemensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presenciam visuris volumus esse notum, quod Iohannes miles dictus de Dalem bonis in Hothenem sitis, super quibus dominum prepositum Sulte et suam ecclesiam inpetivit, cum omnibus suis veris renunciavit heredibus in hunc modum.

Venerabili domino suo S(ifrido) Hildensemensis ecclesie episcopo Io(hannes) miles dictus de Dalem debite fidelitatis constanciam cum affectu. Dominationi vestre tenore presentium duximus intimandum, quod nos de communi consensu et bona voluntate omnium verorum heredum nostrorum renunciavimus omni iuri, quod habuimus seu habere videbamus in bonis ville Hothenem, super quibus inpetivimus ecclesiam sancti Bartholomei canonicorum regularium extra muros Hildensemenses, ad vestram specialem dilectionem pariter et favorem, volentes de cetero dictam ecclesiam pro infestatione et dampno, quod per nos et nostros in hac parte sustinuit, cum sincero studio in quibuscumque poterimus promovere. In cuius rei — —. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. quarto.

Ne igitur hoc factum alicui dubium generet in futuro, presentem litteram scribi fecimus et sigilli nostri munimine communiri. Testes huius rei sunt dominus Iohannes maior prepositus, Arnoldus maioris ecclesie decanus, Wlradius montis sancti Mauricii prepositus, Grubo dictus de Monte lapideo, Gerhardus dictus de Gandersem milites et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. quarto.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Bartholomäistift Nr. 14. Siegel des Bischofs verloren. Die Urk. Johans von Dahlum ebenda Or. Nr. 13. Das gut erhaltene Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt getheilten Schild, im unteren Felde zwei Fehpfähle.*

**693.** *Johann von der Innerste, Scholaster des Johannisstiftes, überlässt mit Zustimmung des Domdechanten Arnold und des Domkapitels das Vorkaufsrecht einer Hausstätte gegenüber der Johanniskirche mit dabeiliegenden Gebäuden seinen Mitkanonikern. Hildesheim 1284.*

*Or. im Kgl. St.-A. zn Hannover, Johannisstift Nr. 32. Siegel des Domdechanten verloren, das des Kapitels von st. Johann zur Hälfte abgefallen. Gedr. Würdtwein, Nova subs. I, 346 nach Cop., Doebner, UB. I, 195 Nr. 397 nach dem Or.*

**694.** *Bischof Siegfried bekundet, eine Urkunde Gevehardi Brandenburgensis, Bernardi Humanas, Guidonis Papyensis, Iohannis Evellini, Bartholomei de Turtybero, Vincentii Portugalensis, fratris Reynaldi archiepiscopi Messanensis, Roberti Rossevensis, Petri Civitatensis,<sup>1)</sup> Reyneri Gadicensis, Asserii Wexionensis, fratris Bartholomei Silvensis episcopi et Rostangi archiepiscopi Aquensis gesehen zu haben, in welcher diese den Unterstützern der büssenden Schwestern der h. Maria Magdalena in Deutschland vierzig Tage Ablass gewähren. Hildesheim 1284.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 103. Siegel des Bischofs an weissen und blauen Zwirnfäden.*

**695.** *Graf Burchard von Wohldenbergr und sein Verwandter Graf Konrad vom Werder bekunden unter dem Zeugniß Ekkberts des Schwarzen von Tossem und des Hermann von Steinberg, dass Ludolf, Sohn des Kämmerers Ekkbert von Tossem, gegen sechs Mark allen Ansprüchen an die Güter des Kl. Marienrode in Söhre (Sodherre) entsagt hat. Auf dem Werder bei Wohldenbergr 1284.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 53. Die drei Siegel an weissen Zwirnfäden stark beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 79 Nr. 67, Harenbergr, Hist. Gandersh. S. 1524.*

**696.** *Bischof Siegfried überträgt dem Andreasstift die ihm resignierte Hälfte des Zehnten in Hary. 1285 Januar 9.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis episcopus — — notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum canonici sancti Andree nostre Hildensemensis civitatis capellani<sup>2)</sup> nostri medietatem decime in Haringhe<sup>3)</sup> super Ambriga cum omni iure et utilitate ab Alberto milite dicto Boch<sup>4)</sup> fideli nostro datis sexaginta marcis puri argenti redemissent, et idem miles eandem medietatem decime in manus nobilis viri comitis Gerhardi de Scowenborg et Holtzacie, a quo eam tenebat, de consensu heredum suorum et omnium, quorum intererat, continuo resignassent, nos accepta resignatione dicti comitis credentes nil esse actum, cum quid superesset agendum, ad devotam supplicationem comitis et militis predictorum ipsam medietatem decime cum proprietate necnon cum omni iure et utilitate memoratis canonicis capellanis<sup>1)</sup> nostris de consensu capituli nostri pro remedio anime nostre contulimus in usibus ipsorum perpetuo possidendam. Ut autem — —. Testes huius rei sunt Arnoldus de

<sup>1)</sup> Or. Civitanensis. *Abweichungen in B:* <sup>2)</sup> cappellan. <sup>3)</sup> Haringe. <sup>4)</sup> Boc.

Wereberghe<sup>1)</sup> decanus, Volradus Montis prepositus, Wernerus plebanus, Cono prepositus de Olsborg,<sup>2)</sup> Iohannes cantor, Bernardus<sup>3)</sup> de Meynersem canonici Hildensemenses,<sup>4)</sup> Conradus marscalcus, Ernestus de Meygenberg pincerna, Aschwinus<sup>5)</sup> de Steinberg, Sifridus de Rutenberg milites et alii quam plures. Datum per manum notarii Iohannis de Roden<sup>6)</sup> canonici sancte Crucis anno domini millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>.<sup>7)</sup> lxx<sup>o</sup>x<sup>o</sup>. quinto, quinto idus ianuarii.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Andreasstift Nr. 12, in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen (A und B) an beiden stark verletzte Siegel des Bischofs und Bruchstücke des Domkapitelssiegels. Regest Doebner, UB. III, S. 652 Nachtr. Nr. 40.*

**697.** Ritter Siegfried Schadewald stellt dem Bischof oder dem Domkapitel den Rückkauf des ihm verpfändeten Zehnten in Betheln und eines Allodes in Empne frei. Hildesheim 1285 Januar 25.

Ego Siffridus miles dictus Scadewalde presentibus recognosco, quod decimam in Bethenem et allodium in Empne michi cum suo iure et utilitate a venerabili domino meo Siffrido Hildensemensi episcopo de consensu sui capituli pro centum quinquaginta marcis argenti Brunswicensis ponderis et valoris obligatum potest idem dominus meus episcopus vel eius successores aut capitulum pro eadem quantitate pecunie a me vel heredibus meis vel ab illis, quibus forte ego seu heredes mei obligaverint, quolibet anno infra nativitatem domini et epiphaniam redimere, quando posse id habuerit faciendi, et in huius rei — —. Testes sunt venerabiles viri et domini Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Iohannes cantor canonici Hildensemenses, comes Henricus de Woldenberch, Ecbertus camerarius, Conradus marscalcus, Ernestus pincerna, Aschwinus et Conradus fratres de Stemberch, Siffridus de Rutenberch, Albertus Boch milites, Ludolfus camerarius, Everhardus de Borseme, Lippoldus et Thydericus fratres de Rottinghe et alii complures fide digni. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. quinto, viii<sup>o</sup>. kalendas februarii.

*Or. im Kgl. St.- A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 284. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen am Rande beschädigt, zeigt Dreieck mit der Spitze nach oben.*

<sup>1)</sup> Werberge. <sup>2)</sup> Olsborch. <sup>3)</sup> Bernhardus de Meynershem. <sup>4)</sup> Hildensemenses. <sup>5)</sup> Asscuinus de Stenberg. <sup>6)</sup> Raden. <sup>7)</sup> ducentesimo octogesimo quinto.

**698.** *Abt Dietrich des Godehardiklosters bekundet, dass der Domoikar Berthold Ghrimpo (vicarius sancte Marie virginis) demselben Kloster eine Rente von 4 Schilling aus einer Hausstätte zur Beleuchtung des Altars der h. Maria während der Nacht übergeben habe mit der Bestimmung, dass er selbst und sein Bruder Walther, Mönch daselbst, und nach ihrem Tode der zeitige Küster für das Licht zu sorgen habe. 1285 Januar 25 (in conversione sancti Pauli apostoli).*

Presentes erant domini nostri scilicet dominus Florentius prior, Waltherus, Olricus, Thetmarus, Hildebrandus, Albertus, Arnoldus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 37. Siegel des Abtes beschädigt an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Doebner, UB. I, S. 195 Nr. 398.*

**699.** *Die Brüder Hermann und Heinrich von Dinklar stellen dem Bischof den Rückkauf von vier Hufen in der Rodung bei Sarstedt frei. Hildesheim 1285 Januar 29.*

Nos Hermannus et Henricus fratres dicti de Dinclere presentibus recognoscimus et publice profiteamur, quod quatuor mansos sitos in novali apud Tserstede nobis et nostris heredibus a venerabili domino nostro episcopo Hildensemensi de consensu sui capituli pro xiiii marcis puri argenti obligatos idem dominus noster episcopus potest et sui successores a nobis vel nostris heredibus cum omni suo iure quolibet anno ante festum pasche redimere reddita nobis vel nostris heredibus eadem pecunie quantitate sicut in litteris domini nostri episcopi Siffridi sigillo sui capituli roboratis plenius continetur. Et in huius rei testimonium presens scriptum inde confectum domini Siffridi de Rutenberch sigillo, quia proprium non habuimus, fecimus roborari. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. quinto, quarto kalendas februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 285. Siegel des Siegfried von Rautenberg von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zur Hälfte verloren.*

**700.** *Das Kreuzstift bekundet, dass das Kl. Escherde eine halbe ersterem zinspflichtige Hufe von den Rodere gekauft hat. Hildesheim 1285 Februar 1.*

Gevehardus dei gratia prepositus, Leynardus decanus et capitulum ecclesie sancte Crucis Hildensemensis notum esse cupimus omnibus presens scriptum cernentibus, quod Luderus prepositus, M(echtildis)

priorissa et conventus in Escherte dimidium mansum in villa Escherten situm habentem xvi iugera et solventem xii solidos annuatim ecclesie nostre in festo sancti Michahelis a Henrico seniore et iuniore patre et filio dictis Rodere a iure emphiteonico redimerunt<sup>1)</sup> de nostro beneplacito et consensu pro sex libris Hildensemensibus, quas in edificiis in area predicti mansi dimidii expenderant evidenter, eo modo videlicet quod nos ab eisdem predictum dimidium mansum<sup>2)</sup> cum edificiis eque bonis pro vi libris Hildensemensibus possimus sine omni questione redimere<sup>2)</sup> cum voluerimus quando-cumque et quod ab ecclesia in Escherte in festo sancti Michahelis expedite nostre ecclesie persolvatur census debitus annuatim. Testes huius rei sunt Iohannes Engelhardi, Bruno de Hardessem sacerdotes, Bertoldus scolasticus, Gerardus custos dyaconi, Almarus, Bertoldus subdyaconi. Presens scriptum super hiis confectum sigillo ecclesie nostre duximus roborandum. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxxv<sup>o</sup>., kalendas februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 69. Stark beschädigtes Siegel des Kapitels an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Am 26. Januar (vii<sup>o</sup>. kalendas februarii) hatte das Kl. Escherde die Rodere aus dem Lehnsverbande entlassen und dem Kreuzstift den Rückkauf der halben Hufe freigegeben; Zeugen: frater Alwardus, frater Iohannes, frater Hermannus, Or. a. a. O. Kreuzstift Nr. 175, beide Siegel verloren.*

**701.** *Bischof Siegfried überträgt dem Johannisstift drei Hufen in Ochtersum, die er gekauft hat von dem Bürger Siegfried und dessen Frau, welche für ihre unmündigen Kinder Bürgen stellen. Hildesheim 1285 Februar 24.*

In nomine s. et ind. trin. Sifridus dei gratia Hildesemensis episcopus — — notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum canonici sancti Iohannis in Damnone Hildensemensi procurante Arnolde de Werberge tunc decano nostre Hildensemensis ecclesie tres mansos in Ochterssem cum omni iure et utilitate in ipsa villa in agris et in pascuis et in silvis a Sifrido filio Ludolfi cive Hildensemensi et Elisabet uxore sua, qui eos a nobis iure ministerialium tenebant, accedente consensu Everardi fratris dicti Sifridi et Sophye sororis sue et omnium heredum tam presentium quam futurorum datis octoginta marcis puri argenti rite et rationabiliter comparassent, nos accepta resignatione bonorum huiusmodi

<sup>1)</sup> So das Or.    <sup>2)</sup> Über der Zeile nachgetragen.



necon renuntiatione predictorum in manus nostras facta, qui omnes digitis et linguis bonis renunciavere predictis, ipsa bona cum proprietate necon cum omni iure et utilitate predictis prefate ecclesie sancti Iohannis ad usus canonicorum deo ibidem famulantium de consensu capituli nostri pro remedio anime nostre contulimus in perpetuum possidendos. Ut autem — —. Et ad habundantem cautelam ne alicuius inpedimenti seu cavillationis materia predictae ecclesie et canonicis memoratis pro eisdem bonis posset in posterum suboriri, pro pueris sepe dicti Sifridi videlicet Bernardo, Sifrido, Helmoldo filiis et Mechtilde filia dictus Sifridus pater ipsorum, Tidericus de Tossum, Everardus Galle, Theodericus filius Henrici socer Sifridi et Iohannes de Gothinge nepos eiusdem Sifridi et Everardus frater Sifridi cives Hildensemenses fide interposita firmiter repromiserunt in manus Arnoldi decani, Heitherici<sup>1)</sup> celerarii, Weneri plebani, Brunonis sacerdotis et Volcmari canonicorum Hildensemensium, quod, cum ad annos legitimos pervenerint, sine omni difficultate venditionem predictam ratam habebunt et renuntiabunt bonis sepe dictis et omni iuri, quod eis competeret in eisdem. Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Iohannes cantor, Wernerus plebanus, Volchmarus dyaconus canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Conradus marschalcus, Ernestus pincerna, Ludolfus de Cramme, Aschuinus de Stenberch, Theodericus de Stoccum milites, Theodericus et Lipoldus de Rothingen fratres et alii quam plures. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>., in die Mathie apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 33. Beschädigtes Siegel des Bischofs und des Domkapitels. Gedr. nach Cop. Würdtwein, Nova subs. I, 347. Regest Doebner, UB. I, S. 196 Nr. 399.*

**702.** *Die Pröpste des Domes und von Oelsburg tauschen Hörige. 1385 Februar 25.*

Nos Iohannes dei gratia prepositus maioris ecclesie Hildensemensis et Cono prepositus in Olsborch presentibus litteris publice protestamur, quod Iohannem vulgariter dictum Monekemeyger a iugo originarie et litonice servitutis dimisimus absolutum et Conradum de Olsborch campanarium in Dinkelere recepimus loco sui. Testes huius permutationis sunt Leonardus decanus, Bertoldus scolasticus, Gerardus custos, Bertoldus Dives canonici sancte Crucis,

<sup>1)</sup> *Or. Heithericus mit übergeschriebenem ersten i.*



Arnoldus sacerdos in Dinkelere, Conradus miles ibidem et alii quam plures clerici et layci fide digni. Actum anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxxv<sup>o</sup>., v<sup>o</sup>. kalendas martii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 176. Bruchstücke des Siegels des Propstes Johann an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, das des Kono verloren. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: de permutatione villici in Dinkelere.*

**703.** *Kanoniker Johann des Kreuzstiftes schreibt an Bertold, Scholaster desselben Stiftes, dass dem Ankaufe der Güter in Dinklar nichts mehr im Wege stehe. O. D. (zu 1285 März 9).*

Amicorum suorum dil(ectissi)mo domino B(ertoldo) sancte Crucis in Hildensem scolastico Iohannes eiusdem ecclesie canonicus quic(quid) amicus amico et se totum. Notum vobis esse cupimus per presentes, quod monachi bona quinque videlicet mansos in Digkelere sitos pro octoginta marcis libenter persolvissent, sed hoc fuit impedimentum, quia neque a duce neque ab aliis, qui inpediverunt, fuerunt expedita. Nunc autem à duce sunt expedita, dedit enim ei comes tres mansos sue proprietatis in Rūden videlicet in recompensam pro duobus ad eum pertinentibus. Ab aliis etiam, sicuti vobis scripseramus, sunt expedita. Unde si placet vobis predicta bona solvere pro octoginta marcis ex toto a comite et ab eo, qui in pheodo tenet, potestis comparare. Omnem (cer)titudinem, quam cogitare poterimus, comes promisit faciendam, solus adhuc placitavi. Unde si ad finem producere proponitis, quantocius transeatis; forte de summa aliquid adhuc minuetur. Diem adventus vestri nobis rescribatis, ut domi vos expectemus, quia diversis incommodis sumus occupati.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 192. Geschlossener Brief. Siegel verloren.*

**704.** *Propst Johann von Steterburg teilt dem Scholaster des Kreuzstiftes mit, dass der Braunschweiger Bürger Dietrich von Bleckenstedt im Stande sei, fünf Hufen in Dinklar zu verkaufen oder mit sieben in Klein-Stöckheim zu vertauschen. O. D. (zu 1285 März 9).*

Honorabili domino ac predilecto confratri suo B(ertoldo) scolastico sancte Crucis in Hildensem Io(hannes) eiusdem ecclesie canonicus et prepositus in Stederborch debiti honoris et obsequii cum omni qua potest diligentia famulatum et quod potest salubrius adoptare. Presentibus vobis notum esse cupio, quod secundum

tenorem litterarum vestrarum cum Theoderico dicto de Blekenstede civi in Brunswich familiariter placitavi, qui dicit, quod septuaginta marcis examinati argenti illos quinque mansos in Dinkelere sitos vendere possit. Sed sibi placeret domino nostro preposito, iniret bene concambium cum eo cum illis septem mansis, quos ipse habet in Capestockem. Dicit etiam, quod omnes, qui eum in predictis bonis impedire nitebantur, Lippoldum dictum de Roddinge, Thylois et Arnoldum theloniarium, muneribus suis placatos habuerit, ita quod publice renunciaverunt. Tenet etiam eadem bona ex toto a comite Hermanno dicto de Woldenberch filio comitis Borchardi, qui duos mansos in eisdem bonis tenet a duce Brunswich iure pheodali, alios tres se dicit proprietatis titulo possidere. Innotuit etiam michi, quod monachi de Betzingerodhe eadem bona proponunt sibi comparare, sed dicit idem T(theodericus), quod secundum meam voluntatem vobiscum velit placitare.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 227. Geschlossener Brief. Siegel verloren.*

**705.** *Genannte Bürger von Braunschweig bekunden, dass der Bürger Dietrich von Bleckenstedt fünf Hufen in Dinklar dem Grafen Hermann von Wohldenberch resigniert und dieser dem Kreuzstift verkauft hat. Braunschweig 1285 März 9.*

Nos Conradus Holtickeri senior, Herbordus dictus Clericus, Ludolfus Mathie, Wedekindus dictus de Gandersem cives Brunswic presenti scripto protestamur, quod dominus Thidericus de Blekenstede concivis noster de pleno et expresso consensu omnium, quorum voluntas et consensus requirendus erat, resignavit quinque mansos Dinkelere sitos habentes, centum et viginti iugera et tres areas cum omni iure pertinente ad ipsos comiti Hermanno iuniori<sup>1)</sup> de Waldenberch, qui eos contulit ecclesie sancte Crucis Hildensem iure perpetuo possidendos, datis sibi a domino Ludolfo de Brunswic eiusdem ecclesie canonico pro proprietate quindecim marcis et eidem Thi(derico) pro ipsis bonis sexaginta octo marcis examinati argenti per manum domini Iohannis prepositi in Stederborch, multis presentibus probis viris. Ne igitur — —. Datum Brunswic anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>v<sup>o</sup>., vii<sup>o</sup>. idus marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 177. Von den vier Siegeln der Aussteller nur das zweite und vierte erhalten, doch beschädigt.*

<sup>1)</sup> *Or. iunioro.*

**706.** *Johann von Dahlum verkauft dem Kl. Lamspringe das Dorf Rolfshagen. 1285 März 12.*

Quoniam omnium rerum gestarum habere memoriam potius est divine potentie quam humane fragilitati asscribendum, hinc est, quod ego Iohannes dictus de Dalem universis Christi fidelibus tam modernis quam futuri temporis posteritati notum facio, quod de consensu et voluntate omnium legitimorum heredum meorum videlicet uxoris mee Alheydis et filiorum meorum Enghelberti et Rodolfi et nepotis mei Lippoldi et sororis mee Iutte et filie sue Mechtyldis uxoris domini Thiderici militis dicti de Piscina et omnium aliorum heredum meorum vendidi domino Godefrido preposito totique conventui sanctimonialium in Lammespringh villam Rolveshagen pro centum et triginta marcis cum omni iure, quod in ea ego et heredes mei habere videbamur tam in iure patronatus quam in advocatia, in decima in villa et extra villam, in agris cultis et incultis, pratis, sed specialiter pratium, ubi locus piscine fuerat, que ad curiam in Panteshusen pertinebat, vendidi, item quicquid in pascuis, nemoribus, aquis, aquarum decursibus, piscationibus iuris habui cum omni proprietate possidenda perpetuo; item ad pascendum gregem in pascuis ville Panteshusen participes feci. Ut igitur hec venditio — —. Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Iohannes cantor canonici Hildensemenses, Egbertus camerarius, Ernestus pincerna, Sifridus de Rutenberg, Gherardus de Gandersem milites, Conradus de Orientali valua, Hinricus Cure, Bernardus de Hoiersem burgenses et alii quamplures clerici et layci fide digni. Preterea quid et quantum unicuique civium in predicta villa Rolveshagen datum sit, pro sua portione datum sit, ut omnia libera essent et soluta tam agri culti et inculti quam domorum edificia. Ne oblivionis nubilo denigretur, presentibus litteris est insertum: Bertoldo et Iohanni filiis quondam Iohannis dicti Styllighing xii talenta Hildensemensis monete, Hermanno novo civi v talenta, Iohanni de Hildebechtshusen iii talenta, Ludolfo Crispo xxxvi solidi, Ludolfo Cnop ii marce argenti puri, Bertoldo dicto Kemenade iii talenta, Mechtildi de Ceninghe xxx solidi et filio eius i ferto argenti, Hermanno dicto Dryhovet xvii solidi, Reymarō xv solidi, Hermanno de Hildebechtshusen x solidi, Ulrico et Dhanwardo et duabus feminis i talentum Sehusensis monete, Hinrico dicto Kerstening i talentum, Iohanni Carpentario i talentum. Acta sunt hec anno gratie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. quinto, Gregorii pape et confessoris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 44. Siegel des Ausstellers wenig beschädigt, geteilt, im unteren Felde zwei Pfähle gewölkt. Regest Doebner, UB. I, S. 196 Nr. 400.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**707.** *Bischof Siegfried übereignet mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Lamspringe den Zehnten in Rolfshagen (Rolveshaghen), den ihnen Ritter Johann von Dahlum, dessen Söhne Engelbert und Rudolf und dessen Oheim (patruus) Lippold aufgelassen haben. Hildesheim 1285 (zu März 12).*

Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Wlradus Montis prepositus, Cono prepositus in Alsborg, Iohannes cantor canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Sifridus de Rutenberg, Gerhardus de Gandersem, Grubo de Stemberg milites, Conradus de Orientali valua, Heynricus Cure, Wernerus de Pattensen burgenses Hildensemenses.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 51. Siegel des Bischofs und eingedrehtes zerbröckeltes Siegel des Domkapitels. Regest Doebner, UB. I, S. 199 Nr. 406.*

**708.** *Die Brüder Ludolf und Burchard von Cramme gestatten dem Bischof Siegfried den Rückkauf genannter ihnen verpfändeter Güter unter angegebenen Bedingungen. Hildesheim 1285 März 14.*

Nos Ludolfus et Borchardus milites fratres dicti de Cramme notum esse volumus universis, quod bona nobis et nostris heredibus a domino nostro S(iffrido) episcopo Hildensemensi de consensu sui capituli pro centum et viginti marcis examinatis Brunswicensis valoris et Goslariensis ponderis vendita et infeodata dabimus ad reemendum infra festum<sup>1)</sup> sancti Martini et nativitatem domini usque ad duos annos a festo nativitatis domini proxime venturo reddita nobis vel nostris heredibus ab eodem domino nostro episcopo vel eius successore<sup>2)</sup> pecunia predicta, sicut in litteris eiusdem domini nostri episcopi munitis suo et capituli sigillis plenius continetur. Bona vero hec sunt: xii mansi in novali apud Tserstede, ii mansi in Gravestorpe, v mansi in Latehusen, v mansi in Wlflede, x mansi in Rodhen et census duorum talentorum in allodio ibidem denariorum Honovergensium, item ibidem ii mansi, qui pertinent ad scutellas, unus etiam mansus ibidem, qui<sup>3)</sup> pertinet ad bicharia, in Auderten

<sup>1)</sup> *Hinter festum ist infra getilgt. Ende und Anfang der Zeile.*

<sup>2)</sup> *Or. successori.*

<sup>3)</sup> *qui doppelt,*

iii mansi, in Anecampe i mansus, insuper bona in Biscopinctorpe et super Wede cum omni utilitate et iure. Hec bona et etiam litones, qui in dictis bonis morantur et resident, in feodo recepimus hoc tamen cauto, quod, si aliquis eorum uxorem duxerit vel aliqua ex dominabus alicui nupserit, ius suum faciet, quod beddemunt dicitur, et postmodum de bonis illis recesserint, quo facto in ipsis servabitur ius sequele. Et in huius rei testimonium — —. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>., secundo idus marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 286. Die beiden Siegel gut erhalten, zeigen drei (2:1) Lilien.*

**709.** *Die Brüder Ludolf und Burchard von Cramme, Ritter, verkaufen dem Stift st. Georgenberg bei Goslar ihre Güter in Mahlum (Maldem) und übertragen ihm das Patronatsrecht der Kirche daselbst. Wohldenbergh 1285 März 17 (xv. kalendas aprilis, in die sancte Gertrudis virginis).*

Huius autem rei testes sunt Iohannes prepositus maioris ecclesie, Arnoldus decanus, Wlradus prepositus Montis, Bernardus scolasticus, Iohannes cantor, Iohannes notarius domini episcopi, milites Ernestus pincerna, Syfridus de Rutenberch, Conradus de Stenberch, Albertus Hyrcus, Brant de Lindedhe, Conradus Swaf, Iohannes Hyrcus ministeriales, prelati vero dominus Henricus prepositus de Richenberch, Albertus prepositus Novi operis, Henricus prepositus montis Frankorum, Thidericus prepositus de Dorstat, Thidericus de Maldem, Ecbertus de Bornem, Thidericus de Gerenrode, Dedheco viceplebanus in Bokenem sacerdotes.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Grauhof Nr. 27. Siegel der beiden Aussteller an roten und gelben Seidenfäden. Gedr. Bode, UB. II, S. 338 Nr. 322, erwähnt Behrens, Histor. praepos. S. 54.*

**710.** *Propst Gebhard des Kreuzstiftes überträgt eine Hufe in Kemme der vom Kanoniker Ludolf von Braunschweig gegründeten Vikarie in demselben Stifte. Hildesheim 1285 April 3.*

Gevehardus dei gratia prepositus ecclesie sancte Crucis Hildensemensis — — notum esse cupimus presentibus et futuris, quod nos ob remedium anime nostre et ad petitionem capituli nostri mansum unum Kemme situm habentem xxvi iugera, quem dominus Ludolfus de Brunswich concanonicus noster emit pro xxvi talentis Hildensemensibus a Henrico dicto Heyzinge, qui eundem a nobis

in feodo detinebat, post liberam resignationem ipsius de consensu filiorum suorum Henrici, Bertoldi, Everardi et Iohannis in manus nostras factam ad vicariam quam idem dominus Ludolfus pro remedio anime sue in ecclesia nostra instituit, de assensu capituli nostri conferimus iure perpetuo irrefragabiliter possidendum. Testes huius resignationis necnon nostre donationis sunt Leynardus decanus, Iohannes Engellardi, Bruno de Haldessem sacerdotes, Bertoldus scolasticus, Gerardus custos, Daniel dyaconi, Almarus, Balduwinus, Bertoldus Dives subdyaconi et canonici sancte Crucis. Fideiussores sunt idem Henricus et filius suus, Bertoldus et Henricus Gunteringe, qui omen inpetitionis in se penitus receperunt et ab omni gravamine usque ad xxxi. annum et vi septimanas eximent ecclesiam sancte Crucis. Ne igitur — —. Datum et actum Hildensem in lobio nostro anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxxv<sup>o</sup>., iiii<sup>o</sup>. nonas aprilis, in nomine domini amen.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 178. Siegel des Propstes verloren, des Kapitels beschädigt.*

**711.** *Balduin, Thesaurar des Blasiusstiftes in Braunschweig, päpstlicher Delegierter, bekundet die Beilegung eines Streites des Pfarrers Werner des Andreasstiftes und des Domkapitels mit Heinrich Dus in Braunschweig wegen dreier Hufen in Lusbeke. Braunschweig 1285 April 8 (sexto idus aprilis).*

*Abschr. des 15. Jahrh. im Cop. VI, 11, S. 621 Nr. 1178 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 197 Nr. 401. Im Auszug Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 154 Nr. 334.*

**712.** *Bischof Siegfried bekundet den Verzicht der Brüder von Rössing auf Güter (des Moritzstiftes) in Betheln. O. D. (zu 1285 April 13?).*

Sifridus dei gratia Hyldensemensis episcopus omnibus hanc litteram inspecturis salutem in domino. Notum esse volumus et presentis scripti serie protestamur, quod Lippoldus et Thidericus fratres de Rothinge cum consensu matris ac sororis sue coram nobis renunciaverunt libere et absolute omni iuri, quod in quatuor mansis cum duabus curiis ville Betenem adiacentibus et in quatuor areis et in una area feudali cum quatuor iugeribus in eadem villa sitis se habere asserebant. Ut autem — —. Huius rei testes sunt Ludegherus decanus, Conradus scolasticus, Iohannes cantor, Iohannes

de Schildez, Iohannes de Rodhen, Egbertus camerarius, Ernestas pincerna, Thidericus de Rothinge dictus de Perremunt.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 44. Siegel des Bischofs. Der Verzicht der Brüder vor dem Bischof und den oben genannten Zeugen ebenfalls ohne Datum, Or. a. a. O. Nr. 43, die beiden Siegel, beschädigt, zeigen drei (2:1) Rosen. Ob zu 1285 April 13 gehörig?*

**713.** *Pfarrer Bodo in Betheln (Bethenem) bekundet den Verzicht der Alburg, Wittve des Thetmar, auf zwei Lathufen ebenda nebst Zubehör, die sie dem Propst Volrad, Dechant Ludinger und dem Kapitel des Moritzstiftes für 17<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Pfund verkauft hat. Betheln, in iudicio dicto meygerdinc, 1285 April 13 (ydus aprilis).*

Testes huius rei sunt Conradus scolasticus eiusdem ecclesie, Nantwicus de Sibechtessen,<sup>1)</sup> Henricus de Betenem, Arnoldus de Germedessem,<sup>2)</sup> Hermannus Suringus, Thidericus<sup>3)</sup> Lesge, Hermannus de Dersen,<sup>4)</sup> Wolmarus<sup>5)</sup> villicus, Conradus et Bernardus fratres, Reynerus et Mathyas<sup>6)</sup> fratres,<sup>7)</sup> Thidericus Dolingus cives in Bethenem.<sup>8)</sup>

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Moritzstift Nr. 48 (A) mit beschädigtem Siegel des Pfarrers und des Klosters, und Nr. 49 (B) mit kleinem Stück des Siegels des Pfarrers und beschädigtem des Klosters. Gedr. Sudendorf, UB.VIII, S. 372, beide Ausfertigungen hinter einander.*

**714.** *Dechant und Domkapitel einigen sich mit dem Dompropste wegen der Verwaltung der Präbenden. 1285 April 19.*

Arnoldus dei gracia decanus et capitulum Hildensemensis ecclesie universis presens scriptum inspecturis salutem in domino. Notum esse volumus, quod inter magistrum Iohannem ecclesie nostre prepositum et nos talis ordinacio facta est super amministrazione prebende nostre. Capitulum et nos recipimus amministrazioneem prepositure et relinquimus ipsi preposito Novam civitatem cum omni iure et utilitate, quo eam prepositus Ludolfus in simili casu tenebat. Insuper allodium et villicacionem in Losbeke integraliter eidem relinquimus et decimam in Hase et decimam in Isnem, fructus earundem decimarum una cum predictis ad usus suos per annos quatuor convertendos, piscaturas eciam duas in Isnem et in Hasen

<sup>1)</sup> Sibenchtessem A. <sup>2)</sup> Germedessen B. <sup>3)</sup> Tidericus Lesche B. <sup>4)</sup> Derssem B. <sup>5)</sup> Volmarus B. <sup>6)</sup> Mathias B. <sup>7)</sup> Hinter fratres folgt in B noch Eylmarus. <sup>8)</sup> Betenem B.



debet habere et omnia retenta a villicis a litonibus sive mutuo data repetendi et recipiendi dictus prepositus habebit liberam facultatem, et si ministratores ad hoc invitaverit, ipsum fideliter adiuvabunt. Feoda et ecclesiastica beneficia porrigenda ad dictum prepositum pertinebunt. Amministratores quatuor annis amministrabunt et amministrare incipient finita quarta circada<sup>1)</sup> huius anni; elapsis vero quatuor annis, preposito redeunte ad suam amministrationem et non prius, si de aliquibus tempore sue amministrationis non solutis quis agere voluerit, hoc faciet iure capitulari; sepe dictus prepositus amministratores sentenciis suis, cum requisitus fuerit, fideliter adiuvabit. Acta sunt hec in capitulo nostro anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxv., xiii. kalendas maii.

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 609 Nr. 1126 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 197 Nr. 402.*

**715.** *Bischof Siegfried überträgt der Propstei des Kreuzstiftes zwei Hufen in Dinklar, die ihm die Brüder Hogen resignieren, welche das Domstift mit zwei Hufen in Helperde entschädigen. 1285 Mai 7.*

Siffridus dei gratia Hildensemensis episcopus — — notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos duos mansos Dinkelere sites, quos a nobis Henricus et Lippoldus fratres dicti Hogen in feodo detinebant, post liberam resignationem eorumdem in manus nostras factam de consensu capituli nostri proprietamus et proprietando conferimus ad preposituram ecclesie sancte Crucis Hildensemensis iure perpetuo irrefragabiliter possidendos, et quod idem fratres de suorum heredum beneplacito legitimo et consensu duos mansos Helperde sites eorum proprios in recompensam nostre ecclesie reddiderunt. Testes huius rei sunt Iohannes prepositus, Arnoldus decanus, Hendenricus cellerarius, Wolradus prepositus Montis, Bernhardus<sup>2)</sup> scolasticus, Iohannes cantor, Iohannes de Roden. Ne igitur — — Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxv., nonas may.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 179. Siegel des Bischofs abgefallen, das des Domkapitels stark beschädigt.*

**716.** *Bischof Siegfried bekundet den Verzicht des Ludolf von Wedem auf vier Hufen in Rautenberg, die das Kreuzstift gekauft hat. Hildesheim, im bischöflichen Palast 1285 Mai 15.*

<sup>1)</sup> Cop. cicada. <sup>2)</sup> Or. Berhardus.



Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus notum esse cupimus universis presens scriptum cernentibus, quod, cum in presentia nostra Ludolfus de Wedem famulus super quatuor mansis in villa Rutenberch sitis movisset questionem licet minus iustam ecclesie sancte Crucis, Ghevehardus prepositus, Leynardus decanus et canonici ipsius ecclesie eidem Ludolfo breviter responderunt, quod eadem bona diu quiete iusto emptionis titulo possedissent et dominum Siffridum de Rutenberche ministerialem nostrum, qui eadem bona vendiderat, produxerunt petentes, ut warandus esset bonorum legitimus predictorum. Qui annuens precibus eorundem ipsis veram warandiam prestitit coram nobis. Cumque hoc vidisset predictus L(udolfus), ex inductu nostro et aliorum suorum amicorum pro se et suis omnibus heredibus manu et lingua renuntiavit illi et omni de cetero questioni, cum ipse et sui nichil iuris in predictis bonis sibi possent penitus vindicare. Testes huius renuntiationis sunt Iohannes cantor, Bernardus de Meynersem, Iohannes de Roden notarius noster clerici, Ekbertus camerarius, Ernestus pincerna, Conradus marscharcus,<sup>1)</sup> Ascwinus et Grubo de Lapideo monte milites, Ludolfus Ruschere, Iohannes de Meÿgenberch, Henricus de Holle famuli et alii plurimi fide digni. Ne igitur — —. Datum et actum Hildensem in pallatio nostro anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxx(v)<sup>o</sup>., ydus may.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 180. Siegel des Bischofs verloren.*

**717.** *Bischof Siegfried überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Lamspringe den Zehnten in Bönningen (Bonighe), dessen eine Hälfte von ihm Graf Meiner von Schladen und von diesem Hermann Bock von Nordholz und die Brüder Dietrich, Johann und Heinrich von Reden, und dessen andere Hälfte die letzteren vier von ihm unmittelbar zu Lehn hatten, nach der Resignation sämtlicher. 1285 Mai 18 (xv<sup>o</sup>. kalendas maii).*

Testes sunt dominus Iohannes prepositus maior, Arnoldus decanus, Wlradus Montis prepositus, Gevehardus prepositus sancte Crucis, Iohannes cantor, Ernestus abbas sancti Michahelis clerici, Aschwinus de Stemberch, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Siffridus de Rutenberch, Grubo de Stemberg milites, Arnoldus Boch, Iohannes Trobo.

<sup>1)</sup> *So das Or.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 45. Siegel des Bischofs und stark beschädigtes des Domkapitels. Eine zweite Ausfertigung ebenda Nr. 46 sehr stark beschädigt mit dem verletzten Siegel des Domkapitels.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**718.** *Bischof Siegfried bekundet, dass die Brüder Hogen dem Kreuzstift zu den Tafelgütern des Propstes fünf Hufen in Dinklar verkauft haben. Hildesheim 1285 Mai 19.*

Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — —. Constituti in presentia nostra Lippoldus miles et Henricus famulus fratres dicti Hogen de pleno et expresso laudamento, beneplacito et consensu uxorum suarum Rithmodis scilicet et Gertrudis ac filiorum suorum Hermanni, Broderludoldi, Lippoldi et Iohannis necnon suarum etiam filiarum Vredece atque Gisle et<sup>1)</sup> omnium heredum suorum, quorum intererat, pro octoginta quinque marcis examinati argenti quinque mansos Dinkelere sites, quorum duos de nobis et tres de duce Iohanne de Bruswich<sup>2)</sup> in feodo detinebant, cum omni iure et utilitate in villa, campis, pratis, pascuis atque silvis absolute vendiderunt ad mensam prepositi ecclesie sancte Crucis iure perpetuo sine impedimento quolibet possidendos, promittentes predicti fratres nobis et Gevehardo preposito, Leynardo decano, Bertoldo scolastico aliisque quam pluribus canonicis ad manus ecclesie fide data, quod ipsi veri warandi predictorum bonorum erunt xxxi annis et vi septimanis secundum consuetudinem et ius terre. Posuerunt insuper fideiussores dominos Ekbertum camerarium nostrum, Ascwinum et Conradum fratres de Lapideo monte, Thidericus de Stokem milites, Hugonem et Hermannum de Dinkelere famulos et fratres, qui ab omni inpetitionis genere, si necesse fuerit medio tempore, eximent ecclesiam sancte Crucis; alioquin predicti fideiussores, cum requisiti fuerint, Hildensem vel Alveldiam intrabunt numquam inde aliquatinus exituri, nisi prius indempnem predictam reddant ecclesiam a qualibet molestia et illesam. Testes huius venditionis necnon promissionis sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Wolradus prepositus Montis, Iohannes cantor, Cono prepositus in Olsborch, Bernardus de Meynersem, Iohannes de Roden notarius noster clerici, Conradus de Dinkelere, Grubo de Lapideo monte, Gerardus Cyegenbart, Conradus marscalcus milites et alii quam plures clerici et milites fide digni. Ut autem — —.

<sup>1)</sup> et — quinque auf Rasur. <sup>2)</sup> So des Or.

Datum et actum Hildensem in pomerario nostro anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxxxv<sup>o</sup>., xiiii<sup>o</sup>. kalendas iunii.

*Or. im Kgl. St.-A zu Hannover, Kreuzstift Nr. 181. Siegel des Bischofs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen beschädigt.*

**719.** *Bischof Siegfried übereignet der Marienkirche in Gandersheim den Zehnten in Meynolveshusen, den sie von Ludolf Raven gekauft und den dieser dem Ritter Johann von Dahlum, dessen Söhnen Engelbert und Rudolf und dessen Brudersöhne (fratruelis) Lippold, und diese wieder dem Bischof aufgelassen haben. 1285 Juni 2 (iiii. nonas iunii).*

Testes prime resignationis facte per Iohannem militem de Dalem, filios et fratrualem suos sunt dominus Iohannes de Medehem cantor ecclesie nostre, Iohannes de Roden notarius noster clerici, Aschwinus de Stenberc, Sifridus de Rutenberc, Conradus marscalcus, Conradus Swevus, Gerhardus de Gandershem milites. Testes secunde resignationis facte per Ludolfum Raven et donationis nostre sunt Ecbertus camerarius, Borchardus de Saldera, Sifridus de Rutenberc, Ernestus de Meienberc, Albertus Bok, Gerhardus de Gandershem milites.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Maria in Gandersheim Nr. 25. Beschädigtes Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**720.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Derneburg eine Hufe in Eberholzen (Elberholthusen) mit Hausstätte, Wiese und zwei Holznutzungen (echtwardos), die ihm Hermann von Gandersheim resigniert hat. Hildesheim 1285 Juni 5 (nonas iunii).*

Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Gevehardus prepositus sancte Crucis, Iohannes cantor canonici Hildensemenses, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenberge, Heynricus Rasehorn, Iohannes de Illedehusen, Conradus Svaph milites.

*Or. im Kgl. St.-A zu Hannover, Escherde Nr. 70. Siegel des Bischofs und des Domkapitels stark beschädigt.*

**721.** *Dompropst Johann bekundet, dass in der Beilegung eines Streites zwischen dem Propst von Lamspringe und dem Pfarrer in Mahlum letzterer versprochen habe, den zur Dos der Kirche gehörigen Zehnten zu zahlen. Hildesheim o. J. (1285?) Juni 7.*

Nos Iohannes dei gratia prepositus ecclesie maioris in Hildensem, archydiaconus in Bokenem, omnibus in perpetuum. Notum esse

Testes huius renuntiationis sunt Ludolfus de Brunswich, Gerardus de Thekeneborch canonici sancte Crucis, Conradus de Addenem vicarius eiusdem ecclesie, und Bürger.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 187. Bruchstück des Siegels des Propstes in grünem Wachs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Doebner, UB. I, S. 204 Nr. 414.*



**765.** *Notiz über den Verzicht des Zöllners Arnold auf fünf Hufen in Dinklar. O. D. (1286 Oktober 25).*

Notum esse cupimus universis presens scriptum cernentibus, quod Ar(noldus) thelonarius quinque mansis in villa Dinkelere sitis, quos dominus Th.<sup>1)</sup> de Brunswic nostre ecclesie comparavit, manu et lingua renuntiavit pure et simpliciter propter deum et promisit fide data, quod nec ipse nec aliquis ex parte sua eadem bona debet impetere tempore procedente. Testes etc. Ne igitur etc. Datum et actum etc.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 191, ohne Besiegelung, wohl Konzept.*

**766.** *Der Rat der Stadt erlaubt den Dominikanern, zwischen dem Stadttor und ihrer Kurie eine Mauer zu bauen und den bei dem Tore gelegenen Graben zu bepflanzen, behält sich aber das Recht des Ausbesserns des Grabens vor. 1286 November 12 (in crastino Martini episcopi).*

*Angebliches Or. mit Schrift des 15.—16. Jahrhunderts im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 35. Stadtsiegel zur Hälfte verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 205 Nr. 415.*

**767.** *Bischof Heinrich von Trient erteilt allen, welche an bestimmten Festtagen die Domkirche besuchen oder die Fabrik derselben unterstützen oder die Kirche im Testamente bedenken, vierzig Tage Ablass. Speier 1286 November 14 (quinta feria post diem beati Martini episcopi mensis novembris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 293. Siegel des Bischofs in rotem Wachs an grün-rosa-weißer Hanfschnur.*

**768.** *Genannte Ritter bekunden den Verzicht des Meiers und dessen Brüder auf einen Hof in Kemme und deren Entschädigung durch das Kreuzstift. Hildesheim 1286 November 16.*

Grubo de Stenberch, Gerardus de Gandersem dictus Cyeghenbart milites. Nosse velint omnes, ad quos hee littere pervenerint, quod nobis mediantibus et fideliter placitantibus Iohannes quondam villicus curie sancte Crucis in Kemme, Thidericus, Helwicus et Ludolfus fratres ipsius eandem curiam habentem octo unctias iugerum et decem iugera in communi provestding coram nobis et multis litionibus ecclesie sancte Crucis in eadem curia existentibus

<sup>1)</sup> *Muss L(udolfus) heissen.*

libere resignarunt et plene ac plane manu et lingua renunciarunt omni iuri, quod ratione villicationis ceu quolibet alio modo videbantur habere in ipsa promittentes diligentius data fide, quod nec ipsi nec aliquis ex parte ipsorum in predicta curia nullo umquam tempore impediet seu molestabit ecclesiam sancte Crucis. Asseruerunt etiam iurati, quod nullos fideiussores habere poterant, qui promitterent pro eisdem. Hiis taliter sic peractis capitulum sancte Crucis pro iure eorum, si quid habebant, pro edificiis et laboribus eorundem xx talenta Hildensemensia dedit fratribus antedictis. Insuper solvit tres marcas et dimidium fertonem Meyhardo famulo domini episcopi pro eisdem, preterea circiter quatuordecim talenta de antiqua prebenda retenta sepe dictis fratribus similiter relaxavit. Et ipsi hoc facto ostensis agris et aliis ad predictam curiam pertinentibus recesserunt amicabiliter de eadem. Horum placitorum testes sunt Ghevehardus prepositus, Leynardus decanus, Thidericus de Wetessen, Bertoldus scolasticus, Daniel de Indistria, Bertoldus Dives, Conradus de Addenem, Henricus de sancto Stephano clerici, Hermannus villicus de Lafforde, Ernestus villicus de Astede et Reybertus filius eius, Reybertus villicus in Adenem, Hermannus Sapiens, Bertoldus Blese et alii quam plures homines fide digni. Ne igitur — — Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxvi<sup>o</sup>., xvi<sup>o</sup>. kalendas decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 188. Beide Siegel verloren.*

**769.** *Das Kreuzstift bekundet den Verzicht des Bernhard Flacke auf acht Morgen in Kemme, die der Kanoniker Ludolf von Braunschweig für das Stift gekauft hat. Hildesheim 1286 November 16.*

Ghevehardus dei gratia prepositus, Leyhardus decanus et capitulum ecclesie sancte Crucis omnibus inperpetuum. Notum esse cupimus universis presens scriptum cernentibus, quod Bernardus Flacke de consensu uxoris sue Hazceken necnon filiorum suorum Conradi, Henrici et Thiderici ac etiam filie sue Olgardis octo iugera Kemme sita, que ab antiquo fuerunt propria ecclesie sancte Crucis, in nostra presentia resignavit datis sibi octo talentis et dimidio a domino Ludolfo de Brunswich concanonico nostro, qui eadem comparavit et in pios usus ecclesie nostre vult convertere domino concedente. Testes huius resignationis necnon etiam emptionis sunt Henricus de sancto Stephano, Conradus de Adenem sacerdotes. Dedit preterea fideiussores Henricum de Dinkelere fratrem Conradi

militis de Dinkelere, Henricum Luderi et Henricum Surdum, qui promissum recepit ab eisdem ad manus ecclesie sancte Crucis. Ne igitur — — Datum et actum Hildensem in curia nostra anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxvi<sup>o</sup>., xvi<sup>o</sup>. kalendas decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 189. Siegel des Propstes wenig beschädigt, des Kapitels verloren.*

**770.** *Dechant L(eonhard) des Kreuzstiftes fordert die Pfarrer in Eilenstedt und Schlanstedt auf, den Siegfried Meklenfeld dazu anzuhalten, dass er dem Bonifaciusstifte in Halberstadt innerhalb eines Monats das seinige zurückerstattet. Hildesheim 1286 November 28 (feria quinta proxima post diem beate Katerine virginis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Magdeburg. Gedr. Schmidt, UB. der Stifter st. Bonif. und st. Pauli in Halberstadt (Gesch.-Quellen der Prov. Sachsen XIII) S. 63 Nr. 85.*

**771.** *Ritter Johann von Dahlum verkauft dem Kl. Lamspringe fünfzehn Morgen Land in Yseshusen. 1286 Dezember 13.*

In nomine domini amen. Iohannes dei gratia miles dictus de Dalem necnon Eggelbertus, Rodolfus filii eius cum consensu patrueli sui Lippoldi dicti de Dalem universis tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus notum esse volumus et constare, quod nos de bono et unanimi consensu domino Thetdolfo preposito et ecclesie in Lamespringe pro quinque marcis examinati argenti vendidimus decem iugera agri culti in campo Yseshusen sita, que spectabant ad villam Ruden, et decem agros incultos, in quibus crescunt ligna, que adiacent silve predictae ecclesie, que quondam a nobis vendite, cum proprietate predictorum agrorum rite et rationabiliter tali condicione, quod nos et nostri heredes renunciavimus ab omni inpetitione<sup>1)</sup> et iure, quod competebat nobis in agris pre-taxatis et aliis bonis a nobis antea venditis, que spectant ad Indaginem, resignantes eosdem in manus domini prepositi et conventus claustrum Lamespringe iure perpetuo possidendos. Recognoscimus eciam, quod nullus villicorum nostrorum prefatum conventum et prepositum in pascuis ad villam Ruden spectantibus amplius inpediet vel molestet. Ne igitur — — Testes eciam huic empcioni et facti nostri<sup>2)</sup> aderant dominus H(ermannus) miles de Gandersem, Lippoldus miles de Vreden, H(eidenricus) de Hedegershusen, Grubo de Stenberg, Conradus de Gandersem, L(ippoldus) de Dalem, Andreas de Hedhe-

<sup>1)</sup> Or. inpetitione.    <sup>2)</sup> So das Or.

gershusen, quorum sigilla sunt appensa. Insuper nos et nostri heredes predictam ecclesiam in bonis prenomatis inpetere de cetero non presumant. Acta sunt hec anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. l<sup>o</sup>xxx<sup>o</sup>. sexto, in die Lucie virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 52. Von den sechs Siegeln fehlen das dritte und fünfte, das sechste zerbröckelte eingnäht, die erhaltenen beschädigt.*

**772.** Die Brüder Hoygen verkaufen drei Hufen in Dinklar, die sie mit Herzog Johann von Braunschweig gegen vier Hufen in Grasdorf eingetauscht haben, zur Tafel des Propstes des Kreuzstiftes. 1286.

In nomine domini amen.<sup>1)</sup> Lippoldus miles et Henricus famulus fratres dicti Hoygen — — notum esse cupimus universis presens scriptum visuris seu etiam auditoris, quod nos tres mansos cum proprietate in villa Dinkelere sitos, quos ab illustri principe Iohanne duce de Brunswich quondam in feodo tenebamus, quorum proprietatem nobis idem dux pro quatuor aliis mansis in villa Gravesdorp prope Honowere sitorum<sup>2)</sup> de consensu uxoris sue domine Lutgardis et filii sui Ottonis necnon filiarum suarum Mechildis, Elizabeth et Helene contulit iure hereditario possidendos, sicut eosdem ab omni advocatia et quolibet servitio nobis<sup>3)</sup> contulit liberos et solutos, ita cum eadem libertate et omni iure et utilitate in villa, campis, pratis, pascuis atque silvis ipsos de pleno et expresso laudamento, beneplacito et consensu uxorum nostrarum Richmodis scilicet et Gertrudis et filiorum nostrorum Hermanni, Broderludoldi, Lippoldi et Iohannis necnon nostrarum etiam filiarum Vredece atque Gisle pro nonaginta marcis puri argenti vendidimus et conferimus absolute ad mensam prepositi sancte Crucis Hildensemensis sine omni impedimento et obstaculo pacifice inperpetuum possidendos. Testes huius venditionis necnon donationis sunt venerabilis pater dominus Siffridus Hildensemensis episcopus, Iohannes maior prepositus, Wlradius prepositus Montis, Iohannes cantor, Cono prepositus in Olsborch clerici, Ascwinus et Conradus fratres de Lapideo monte, Siffridus de Rutenberch, Tidericus de Stokem milites et quam plures<sup>4)</sup> alii fide digni. Ne igitur — — Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxvi<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 190. Siegel des Lippold verloren, das des Heinrich beschädigt, zeigt zwei von einander gekehrte Adlerklauen.*

<sup>1)</sup> Verlängerte Schrift. <sup>2)</sup> So das Or. <sup>3)</sup> nobis der der Zeile nachgetragen. <sup>4)</sup> plures desgl.

**773.** *Marschall Konrad genehmigt den Tausch einer Hausstätte in Berel, welchen Abt Ernst des Michaelisklosters mit Einwohnern in Söhle wgemächt hat, unter der Bedingung der Entschädigung durch eine andere Hausstätte. 1286.*

Honorabili viro domino Ernesto abbati monasterii sancti Michaelis in Hildensem Conradus marschalkus Hildensemensis sinceram ad eius beneplacita voluntatem. Dominationi vestre presenti littera innotescat, quod sicut Ludolphus et Henricus cives de Soledhe de permutatione unius aree in Berle vobiscum contulerunt, gratum volo propter vos et vestram ecclesiam observare, ita tamen, quod, cum primum ad vestram presentiam me venire contigerit, michi, sicut conductum est, detis aliam in restaurum. Datum anno domini millesimo cc<sup>o</sup> lxxx<sup>o</sup> vi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 77. Beschädigtes Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, Schild gespalten und überlegt von Schräglinksbalken.*

**774.** *Propst Volrad des Moritzstiftes überträgt demselben Stifte die Fischerei, welche der Bürger Mathias, Sohn des Mathias, ihm resigniert hat. Hildesheim 1286.*

Huius rei testes cum fieret presentes fuerunt Ludegherus decanus, Conradus scolasticus, Iohannes cantor, Bernardus custos et alii eiusdem ecclesie canonici.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 52. Zerbrochenes Siegel des Propstes. Gedr. Doebner, UB. I, S. 205 Nr. 416.*

**775.** *Die von Stöckheim resignieren den Grafen von Wohldenbergen und den Grafen vom Werder Güter in Hockeln. O. D. (1286).*

Nobilibus viris dominis Her(manno) et Hen(rico) et Ei(ermanno) filio comitis Borchardi de Woldenberge, C(onrado) et Io(hanni) comitibus de Insula et Her(manno), Hen(rico), Lu(dolfo) et Borch(ardo) filiis comitis Ludolfi Th(idericus) miles de Stockem, R. et Io(hannes) filii eius cum omni dilectione et amicitia obsequium semper promptum. Bona in Hokelem, que de manu vestra in feodo tenemus, cum magna graciaram actione vobis omnibus litteris presentibus resignamus. Testes huius resignacionis sunt Grubo de Lapideo monte, Conradus filius eius, Olricus de Barem.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 106, S. 27 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**776.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Derneburg zwei Hufen in Hockeln, nachdem die Grafen vom Werder auf sie verzichtet und das Domkapitel mit zwei Hufen in Wesseln entschädigt haben. Hildesheim 1286.* [www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

Sifridus de gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — — notum esse cupimus universis presens scriptum cernentibus, quod nos duos mansos in villula Hokenem sitos, quos Conradus, Iohannes fratres, Henricus, Hermannus, Borchardus et Ludolfus filii quondam Ludolfi comitis de Insula a nobis in feudo detinebant, post liberam resignationem eorundem de concessu capituli nostri ecclesie in Derneburg, quam speciali dilectione prosequimur et favore, cum omni iure in villa, campo, pratis, pascuis atque silvis pertinente ad eisdem procurante Bernardo eiusdem ecclesie preposito donamus et conferimus iure perpetuo irrefragabiliter possidendos. Et ne ecclesia nostra in aliquo fraudaretur, iidem comites eiusdem ecclesie nostre duos mansos alios in Westenem iacentes, quorum unum Alexander de Sclebeke et Thidericus dictus Sconekint civis Hildensemensis a predictis comitibus in feudo detinent, loco priorum liberaliter reddiderunt. Testes huius rei sunt Iohannes maioris ecclesie prepositus, Arnoldus decanus, Wolradus prepositus Montis, Bernardus scolasticus, Iohannes cantor, Cono prepositus in Holsborch, Iohannes de Roden notarius noster clerici, Borchardus dictus Yrkeleve, Ludolfus et Burchardus fratres de Cramme, Brand de Lindedhe, Conradus Swaf, Henricus de Walmede, Andre de Luttere milites et plures alii fide digni. Ne igitur — — Datum et actum Hildensem in placito nostro anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxvi<sup>o</sup>., pontificatus nostri anno septimo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 32. Siegel des Bischofs und wenig beschädigtes des Domkapitels an roten Seidenfäden. Die genannten Grafen resignieren dem Bischof die beiden Hufen in einer undatierten Urk., Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. VI, 106 S. 27 ebenda.*

**777.** *Erzbischof Heinrich von Mainz befiehlt dem Bischof Siegfried, die Kirchengüter, besonders die Festen Wohldenberg, Poppenburg, Empne und Hude einzulösen, und verbietet streng jede Veräußerung des Kirchengutes und Besteuerung des Klerus und der geistlichen Institute. Mainz (1286—87) August 29 (iiii<sup>o</sup>. kalendas septembris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 283a. Stark beschädigtes Siegel des Ausstellers. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 67 Nr. 106.*

**778.** Domdechant Arnold beauftragt den Propst des Kl. auf dem Rennelberg (Montis cursorum) bei Braunschweig, in dessen Streite mit dem Propste von Katlenburg wegen Güter in Wedtlenstedt unter Hinzuziehung der Kapitel von st. Aegidii, st. Blasii und st. Cyriaci den Ritter Johann von Wedtlenstedt als Zeuge zu vernehmen. O. D. (1287 vor Februar 24).

Gedr. Braunschweigische Anzeigen 1745 Sp. 1724. Am 24. Februar erfolgt die Verhörung Johanns, woher die Datierung.

**779.** Bischof Siegfried bestätigt die drei Indulgenzbrieife der in Rom versammelten Erzbischöfe und Bischöfe und fügt selbst für die darin genannten Festtage noch vierzig Tage Ablass hinzu. Hildesheim 1287 Juli 1 (kalendas iulii).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 294. Bruchstücke des bischöflichen Siegels an roten und gelben Seidenfäden. Die drei Urkunden vgl. oben Nr. 749—751. Eine Bestätigungsurkunde des Bischofs Volquin von Minden mit im Wesentlichen gleichlautendem Texte d. d. 1288 Juli 25 (octava kalendas augusti) a. a. O. Nr. 295, Siegel verloren, Regest Westfäl. UB. VI, S. 440 Nr. 1392.

**780.** Bischof Volquin von Minden erteilt den Besuchern und Unterstützern des Kreuzstiftes einen vierzigtägigen Ablass. Minden 1287 Juli 31 (in vigilia beati Petri ad vincula).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 193. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Urk. beschädigt. Gedr. Doebner, UB. I, S. 206 Nr. 417. Regest Westf. UB. VI, S. 433 Nr. 1364. Ein anderer Indulgenzbrief desselben Bischofs a. a. O. Nr. 195 von 1288 September 13 (idus septembris), Regest a. a. O. S. 443 Nr. 1397, erwähnt Doebner a. a. O.

**781.** Propst Volrad, Dechant Ludegher und das Kapitel des Moritzstiftes verkaufen eine Rente von drei Pfund aus den Grundstücken an der Friesenstrasse, welche der verstorbene Kanoniker Gerhard Ummate zum Nutzen der Scholaren gekauft hat, dem Stiftsherrn Johann von Hannover (Honovere) zur Bezahlung einiger Schulden. Hildesheim 1287 September 4 (pridie nonas septembris).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 53. Siegel des Kapitels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 206 Nr. 418.

**782.** Hermann von Blankenburg, Propst des Bonifaciusstift in Halberstadt, bekundet, dass seine Oheime Heinrich, Domherr in Halberstadt, und dessen Bruder Siegfried, Domherr in Hildesheim, genannt



von Valkenstein, dem Kl. Mähringen einen Wald bei Wiesenrode überlassen haben. Halberstadt 1287 Oktober 14 (pridie idus octobris).

Gedr. nach dem Or. in Zerbst v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. II, S. 439 Nr. 623, Neue Mittheil. des Thür.-Sächs. Vereins LX, S. 3.

**783.** Abt Ernst des Michaelisklosters, Delegierter des päpstlichen Legaten Johann, Bischofs von Tusculum, setzt in einer Streitsache des Kl. Corvey mit dem Kl. Lippoldsberg wegen Bodensfeld einen neuen Termin fest. Hildesheim, in capiteo ecclesie, 1287 Oktober 15 (quarta feria ante diem sancti Galli).

— — presentibus honorabilibus viris decano, cantore, H(ermann) de Dasle, S(ifrigo) de Blankenborch canonicis ecclesie Hildensemensis et scolastico . . ac Daniele canonicis sancte Crucis.

Or. im Kgl. St.-A. zu Marburg, Kl. Lippoldsberg. Gedr. Westf. UB. IV, S. 903 Nr. 1959. Vgl. unten Nr. 790.

**784.** H(einrich) von Berkenstein, bischöflicher Ministerial, resigniert dem Bischof S(iegfried) den Zehnten in Weddingen und zwei Hufen und sechs Höfe ebenda. O. D. (vor 1287 Oktober 27).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Weddingen Nr. 1. Das beschädigte Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt einen rechts schreitenden Wolf, darunter drei (2:1) Rosen. Gedr. Bode, UB. II, S. 368 Nr. 357. In der Urk. von 1287 Oktober 27, gedr. a. a. O. Nr. 358, wird H. v. Berkenstein als verstorben bezeichnet.

**785.** Ritter Ludold von Escherde verspricht dem Lippold von Betheln wegen der Lehnsgüter in Barfelde Währschaft. Peine 1287 November 16.

Nos Ludoldus<sup>1)</sup> miles de Escherte recognoscimus et presentibus protestamur, quod de bonis, que Lippoldo de Betenem famulo in feodo contulimus sitis in Bervelte, sui erimus warandi, si necesse habuerit, et ipsum quando nos requisierit volumus warandare. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus communiri. Datum Payne anno domini millesimo cc. lxxvii., dominica proxima post festum Martini.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 71. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.

**786.** Bischof Siegfried entscheidet einen Streit zwischen dem Kl. Wienhausen und dem Knappen Johann von Berkum über vier Hufen

<sup>1)</sup> Or. Ludolfus.



in Berkum (Berkem) zu Gunsten des Klosters, nachdem durch eine Urk. des Bischofs Konrad der rechtmässige Kauf der Güter durch dieses bewiesen war. Peine 1287 November 16 (xvi. kalendas decembris).

Presentes fuerunt Gevehardus prepositus sancte Crucis frater noster dilectus, Ropertus de Mansvelt patruus noster, Iohannes de Roden noster notarius, Aschwinus de Stemberge, Sifridus de Rutenberge, Aschwinus de Luttere, Ludoldus de Escherte, Iohannes de Stedere milites, Thetmarus de Luttere, Hugo de Ilsede famuli.

Or. in Wienhausen, Nr. 102. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Die Urk. Konrads s. Bd. II, Nr. 710.

**787.** Ritter Eberhard von Alten bekundet, vom Michaeliskloster eine Rodung bei Drothe gegen Entschädigung für Kosten und Arbeit und gegen einen jährlichen Zins zu Lehn erhalten zu haben. 1287.

Ego Everhardus dictus de Alten miles tenore presentium publice protestor et recognosco, quod recepi in feodo a domino abbate sancti Michahelis in Hildensem et ecclesia sua quoddam novale situm apud villam Drothe in loco qui dicitur Hese novatum et novandum datis eidem domino abbati duodecim marcis Bremensis argenti pro expensis et laboribus, quos fecerat novale circa idem, sub annuo censu et hereditario dimidie marce Bremensis argenti infra octo dies post festum sancti Michahelis quovis anno indubitanter persolvende. Verum si ego aut heredes mei a solutione dicti census ultra tempus premissum cessaremus, licitum erit domino abbati prefato petere sive exigere eundem censum sine mea et heredum meorum offensa spirituali aut seculari seu alio quovis iure. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus dignum duxi apponendum. Actum anno domini m<sup>o</sup> c<sup>o</sup> c<sup>o</sup> lxxxvii.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 78. Beschädigtes Siegel des Ausstellers.

**788.** Dompropst Johann, Domdechant Arnold, Domscholaster Bernhard und das Domkapitel verkaufen dem Kl. Steterburg drei Hufen und zwei Hausstellen in Flöthe (Vlothede) für 25 Mark, die Ulrich von Adenstedt und Frau Eileka und der verstorbene Bernhard Calvus und dessen Wittwe Adelheid für die Kleidung der Nonnen gestiftet haben. Hildesheim 1288 Januar 25 (in die conversionis sancti Pauli apostoli).

Huius rei testes sunt Ludolfus dictus de Godenstede canonicus, Baldewinus thesaurarius sancti Blasii in Brunswich, Hildebrandus canonicus sancti Ciriaci apud Brunswich clerici, Ludolfus Mathie, Ludolfus Petri, Olicus et Bodo fratres dicti Calvi cives in Brunswich.

*Aus dem Chronic. Stederburg. S. 218 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 160 Nr. 348.*

**789.** *Die von Escherde schenken dem Kl. Escherde Güter in Alten-Escherde, welche die Brüder von Brüggen dem Kloster verkauft und ihnen resigniert haben. Hildesheim 1288 Februar 1.*

Lippoldus, Iordanis et Ludoldus dicti de Escherte — — notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod tempore domini Heinrici tercii prepositi in Escherte Henricus et Iohannes filii domini Eylardi dicti de Bruchem duos mansos sites in antiquo Escherte et unam curiam et duas areas ad eandem curiam pertinentes, que bona omnia a nobis in feodo tenuerunt, vendiderunt ecclesie in Escherte de nostro beneplacito et consensu, et nos resignatione nobis ab ipsis facta pari consensu et voluntate donavimus eadem bona iam predictae ecclesie ad usus videlicet sanctimonialium deo et beate Marie ibidem die noctuque deservientium iure perpetuo possidenda. Testes huius rei sunt Iohannes de Stedere, Iohannes dictus Scorsten milites, Luderus plebanus de Escherte, Hermannus sacerdos de Clowen, Volmarus de Domo, Hildebrandus de Bruchem, Heno Westval, Hermannus Puntrogge, Bernhardus de Hoiersen burgenses et alii quam plures. Ne igitur — — Datum in Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>xx<sup>o</sup>. viii., kalendas februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 60. Von den drei Siegeln an weissen geflochtenen Hanfschnüren nur das des Ludold gut erhalten.*

**790.** *Abt Ernst des Michaelisklosters verkündet als Delegierter des päpstlichen Legaten Johann, Bischofs von Tusculum, das Urteil in der Streitsache des Stiftes Corvey mit dem Kl. Lippoldsberg wegen Güter in Bodenfeld und Gotmersen. 1288 März 3 (feria quarta post Oculi mei).*

— — presentibus Alberto preposito Corbigensi et preposito de Scaken et canonico Corbigensi et preposito H(einrico) de Lippoldesberge, item decano Hildensemensi, Wlrado preposito Montis sancti Mauriti, cantore, cellerario, plebano Hildensemensibus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Marburg, Kl. Lippoldsberg. Gedr. Westf. UB. IV, S. 917 Nr. 1982.*

**791.** *Domherr Heinrich, Archidiakon in Neuenkirchen, bekundet die Beilegung eines Streites zwischen dem Priester in Immenrode und dem Vorsteher (magister) des neuen Hofes des Kl. Walkenried bei Goslar. Hildesheim 1288 März 8 (secunda feria post Letare),*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Gedr. Bode, UB. II, S. 371 Nr. 362. Regest UB. des Stiftes Walkenried (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen II) S. 325 Nr. 505.*

**792.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Volbert von Klauen allen Ansprüchen gegenüber dem Kl. Riddagshausen entsagt hat. Bei Peine 1288 April 30 (in vigilia apostolorum Philippi et Iacobi).*

— — *presentibus Aschvino de Stenberche, Sifrido de Rutenberche, Alberto dicto Boc, Aschvino de Luttere militibus.*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 263. Bruchstück des Siegels des Bischofs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**793.** *Bischof Siegfried weist die Ansprüche des Florin von Dörnten an zwei Hufen in Dinklar, die Graf Hermann von Wohlden-berg dem Kreuzstifte verkauft hat, zurück. Hildesheim 1288 Mai 3.*

Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus notum esse volumus omnibus presens scriptum cernentibus, quod, cum Florinus de Dornede famulus nobilis viri comitis Borchardi de Wilippia in presentia nostra et ipsius comitis super duobus mansis in villa Dinkelere sitis inpeteret capitulum ecclesie sancte Crucis, nobilis vir comes Hermannus de Woldenberhe filius comitis Burchardi eidem capitulo veram warandiam predictorum mansorum prestitit coram nobis, quod ipse (?) . . . . . libere et absolute vendidit (ecclesie) (sancte Crucis) memorata. Testes (huius rei) sunt Henricus de Wo(l)denberch, (Gerhardus) de Querenvorde canonici maioris ecclesie, Iohannes de Roden notarius noster, nobilis vir Iohannes de Adenoys, Siffridus de Rutenberch, Albertus Bok milites et plures alii fide digni. Ne igitur super hoc contingat inposterum dubitari, presens scriptum inde confectum sigillo nostro duximus roborandum. Actum Hildensem in pomerio nostro (anno) domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxviii<sup>o</sup>., in die inventionis sancte crucis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 193a, in der Mitte stark beschädigt. Siegel des Bischofs verloren.*

**794.** *Edelherr Johann von Adensen verkauft mit Zustimmung seiner Söhne, des Domherrn Friedrich und des Laien Johann, dem Kl. Wennigsen einen Hörigen. Hildesheim 1288 Mai 31 (in die Cantianorum martirum).*

— — testes etiam adhibentes Egbertum camerarium, Ernestum pincernam ecclesie Hildensemensis, fratres de Golterne, Bertoldum de Bilnem.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wennigsen Nr. 74. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VII, S. 45 Nr. 74.*

**795.** *Domdechant Arnold von Warberg und Propst Heinrich von Riechenberg entscheiden als Schiedsrichter einen Streit unter den Domherrn in Goslar wegen verschiedener innerer Angelegenheiten unter Mitbesiegelung des Bischofs Siegfried und der Zeugen, des Grafen Meiner von Schladen, Bruders Siegfried von Dorstadt und des Ritters Ludolf von Cramme. 1288 Juni 29 (iii. kalendas iunii, in die apostolorum Petri et Pauli).*

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar mit sieben Siegeln. Gedr. Bode, UB. II, S. 374 Nr. 365.*

**796.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Escherde zwei Hufen und sechs Morgen im Felde Rok, die ihm Ritter Eilhard von Dötzum (Dotesem) und dessen Söhne Johann, Arnold, Rikbodo und Eilhard beim Eintritt seiner Töchter in das Kloster resigniert haben. 1288 Juli 20 (xiii<sup>o</sup>. kalendas augusti).*

Huius rei testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Iohannes cellerarius, Bernardus de Meinersem, Sifridus de Blankenborch canonici Hildensemenses, Thydericus de Redhen, Henricus de Bernigerode milites, Conradus de Berenrode, Hermannus Suring famuli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 72. Beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**797.** *Der Rat der Dammstadt, welcher von Johann von der Innerste, Scholaster des Johannisstiftes, vier Pfund erhalten hat, nimmt davon Abstand, die Stadtmauer mitten durch dessen Garten und Kurie zu legen und verzichtet auf alle Ansprüche an diese, wogegen Johann sich verpflichtet, den mit einer Holzmauer umgebenen Platz seiner Kurie*

mit hölzernen Gebäuden zu befestigen und verteidigungsfähig einzurichten.  
1288 Juli 24 (in vigilia beati Iacobi apostoli).

— — testes Benedictus advocatus venerabilis patris episcopi — —

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Johannisstift Nr. 34. Beschädigtes Siegel der Dammstadt an von der Urk. geschnittenem Pergamentstreifen und ein Siegeleinschnitt. Gedr. nach Cop. Würdtwein, Nova subs. I, 351, nach dem Or. Doebner, UB. I, S. 208 Nr. 421.

**798.** Das Domkapitel ermahnt den bereits gebannten Ministerial Konrad von Borsum unter Androhung der Sistierung des Gottesdienstes, die seit länger als zwei Jahre zurückgehaltene Präbende der Meierei Borsum innerhalb acht Tage auszuliefern. Hildesheim 1288 August 21.

Dei gratia Iohannes prepositus, Arnoldus decanus et capitulum ecclesie Hildensemense Conrado dicto de Borsum eiusdem ecclesie ministeriali famulo spiritum consilii sanioris. Quia per reverendum virum dominum Io(hannem) prepositum nostrum propter prebendam nostram de villicatione nostra Borsum ministrandam biennio et amplius detentam legitima monitione premissa excommunicationis sententie fuistis publice innodatus et multipliciter denunciatus in eadem et adhuc eandem sustinotis, sicut hucusque sustinuistis animo indurato, unde, cum crescente contumacia crescere debeat et pena, secundum formam concilii Lugdunensis presenti littera nostro sigillo munita vice instrumenti publici vos monemus et iterum monemus et iterum, ut de prebenda nostra predicta retenta, ut prediximus, nobis usque ad octo dies satisfaciatis debite et condigne,<sup>1)</sup> alioquin contra vos secundum ecclesie nostre consuetudinem cessabimus a divinis et idem per archidiaconatus nostros in locis, ad que vos venire contigerit, et triduo post recessum vestrum<sup>2)</sup> secundum aggravationem sententie eiusdem prepositi nostri faciemus similiter observari. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. octavo, xii<sup>o</sup>. kalendas septembris.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 296. An dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen beschädigtes Kapitellsiegel ad causas.

**799.** Dompropst Johann entscheidet eine Klage des früheren Meiers des Kreuzstiftes in Luttrum gegen dasselbe Stift. Hildesheim 1288 August 27.

<sup>1)</sup> con über der Zeile nachgetragen.    <sup>2)</sup> vestrum desgleichen.

Iohannes dei gratia maior prepositus ecclesie Hildensemensis. Notum esse cupimus omnibus — —, quod, cum Bertrammus de Lutenum quondam villicus in curia eiusdem ville dominorum sancte Crucis coram nobis movisset eidem dominis questionem de edificiis et impensis eiusdem curie super illustrem principem ducem Ottonem suum dominum ab illis de Luttere et Hillemaro in communi gwerra incendio devastatis, fecimus ut debuimus, vocavimus milites, burgenses et alios honestos homines pariter et discretos, in quorum presentia huiusmodi ventilavimus questionem. Tandem a domino Hermanno dicto Lepel milite quesivimus in sententia, si aliquis villicus bonis<sup>1)</sup> domini posset impendere<sup>2)</sup> vel edificare seu etiam ordinare sine scitu et domini voluntate, et idem dominus Her(mannus) coram multis astantibus et abprobantibus invenit, quod villicus nichil bonis<sup>1)</sup> sibi commissis contra voluntatem sui domini deberet impendere vel in eis aliquid ordinare; et si secus faceret, si incendium vel aliud dampnum quodcumque sine demeritis domini pateretur, dominus in nullo sibi teneretur secundum iuris ordinem respondere. Qua sententia inventa et ab omnibus astantibus approbata Ber(toldus) scolasticus<sup>3)</sup> sancte Crucis surrexit et tamquam custos bonorum predictorum iuravit in animam omnium de capitulo, quod capitulum predicto Ber(trammo) nec suis heredibus de incendio sibi ab hostibus sui domini et in communi gwerra illato vel de quocumque dampno alio teneretur minime respondere, maxime cum idem villicus multa edificia contra eorum prohibitionem in eadem curia erexisset. Quo iure invento sepe dictus Ber(trammus) fuit contentus ut debuit illa vice et datum sibi fuit una marca ad dinggede, Io(hanni) de Pole quinque fertones ad Insulam et marca et dimidia sibi ipsi, xxx solidi et unum talentum domino Wil(likino) de Olbere. Inpignoraverat preterea idem Ber(trammus) dominis G. de Hardessem et B(ertoldo) scolastico unum mantellum pro plaustrata avene, quod sibi dederant ad seminandum, quod mantellum, dum in cista munda diutius iacuisset, a vermibus, qui melen dicuntur, sine sua voluntate exstitit peyoratum. Super quo idem scolasticus eadem vice coram nobis eidem Ber(trammo) fecit iusticie complementum. Istis omnibus ita gestis huiusmodi questiones fuerunt amicabiliter terminate, dummodo predicto Ber(trammo) una valua ante curiam et sepes circa curiam solveretur, quod sepius est temp-

<sup>1)</sup> Vor bonis ist in getilgt.    <sup>2)</sup> Hinter inpend. ist ad übergeschrieben.

<sup>3)</sup> Or. scolastibus.

tatum a domino preposito in Derneborch et a Thiderico de Holle. Sed sepedictus Ber(trammus) sine advocato solutionem huiusmodi noluit acceptare, sed ipse versa vice arbores sectas circa curiam et flumem et stramina delata integraliter debuit reportare. Testes huius rei geste sunt Brant de Lindede, Hermannus Lepel, Gerardus Cygenbart, Henricus Rasehorn milites, Bernardus advocatus civitatis, Helmoldus quondam advocatus noster, Henricus de Boninge et Gerardus famuli nostri, Iohannes Dignus et alii quam plures fide digni. Ne igitur — —. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxviii<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>. kalendas septembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 194. Siegel des Ausstellers. Regest Doebner, UB. I, S. 209 Nr. 422.*

**800.** *Notiz über die Weihe einer Büste des h. Godehard und Bergung von Reliquien in ihr durch Bischof Siegfried. 1288 September 7.*

Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, septimo idus septembris, sedente Nicolao<sup>1)</sup> quarto pontifice, qui est de ordine fratrum Minorum, regnante Romanorum rege Rudolpho,<sup>2)</sup> anno bissextili, indictione prima, regentibus ecclesiam Hildesiensem<sup>3)</sup> Ioanne praeposito, Arnaldo<sup>4)</sup> decano dicto de Warberg,<sup>5)</sup> Bernardo scholastico dicto de Dorstadt nobilibus, Volrado Montis praeposito ibidem regente Siffridus secundus Hildesimensis<sup>6)</sup> episcopus nobilis<sup>7)</sup> venerabilis dominus Quaerenvorde hanc imaginem sancti Godehardi benedixit et has reliquias videlicet s. Gregorii, Martini<sup>8)</sup> et Nicolai, de sepulchro domini in dei nomine in eam imposuit, quam praesentem imaginem Conradus de Brunswick<sup>9)</sup> de piis fidelium elemosinis de consilio praedicti Arnaldi decani domini sui praeparari fecit. Quorum omnium memoria in benedictione maneat sempiterna. Amen, amen, amen, fiat, fiat, fiat.

Domina Barsica,<sup>10)</sup> quae cum magna<sup>11)</sup> devotione huic operi operam dedit, cum supradictis in memoria<sup>12)</sup> maneat sempiterna.

*Abchrift des 17. Jahrhunderts im Cop. 177 S. 83 im Museum zu Hildesheim. Dazu Bemerkung S. 81: Copia scripti de anno 1288 reconditi in capite imaginis s. Godehardi et reperti, dum repararetur anno 1658 die 7. septembris. Nota, P. Elbers hanc copiam inseruit suae historiae de vita episcoporum Hild. Die*

*Abweichungen bei E.:* 1) Nicolao papa quarto. 2) Rodolpho. 3) Hildensemensem. 4) Adolpho, *unrichtig!* 5) Voerberge. 6) Hildensmensis. 7) nobilis et. 8) s. Martini, s. Nicolai. 9) Brunswik. 10) Barsika. 11) dev. magna. 12) mem. domini.



*Notiz findet sich nach freundlicher Mitteilung des Herrn Domkapitular Dr. Bertram in Hildesheim bei Elbers in dessen Orig.-Hs. im Gymnas. Josephinum zu Hildesheim Nr. 47, tom. I, fol. 62 mit den verzeichneten Abweichungen (E.). Vgl. Mithoff, Kunstdenkmäler III, S. 146.*

**801.** *Bischof Volrad von Halberstadt übereignet dem st. Agneskloster in der Neustadt Magdeburg den Zehnten in Langenweddingen, den ihm Graf Otto von Valkenstein mit Willen seiner Brüder Heinrich, Domherrn in Halberstadt, Siegfried, Domherrn in Hildesheim, und Volrad resigniert hat. 1288 September 9 (quinto idus septembris).*

*Gedr. Schaumann, Valkenstein S. 168, Ledeburs Archiv 17 S. 176, Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 511 Nr. 1519.*

**802.** *Erzbischof Gieselbert von Bremen erteilt den an bestimmten Tagen die Kapelle der h. Anna und Elisabeth im Kreuzstifte Besuchenden vierzig Tage Ablass. Bremen 1288 September 15 (xvii. kalendas octobris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 196. Siegel fast zur Hälfte verloren. Regest Doebner, UB. I, S. 209 Nr. 423. Im Wesentlichen wie der Ablassbrief des Bischofs Siegfried von Oktober 7, vgl. unter Nr. 809.*

**803.** *Bischof Siegfried leiht vom Kreuzstift vierzehn Mark. Hildesheim 1288 September 28.*

Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus notum esse volumus omnibus — —, quod nos dominis Ghevehardo preposito, Leyhardo decano et capitulo ecclesie sancte Crucis ad solutionem quatuordecim marcarum examinatorum et successorem nostrum presentibus obligamus et eandem pecuniam predictis sine impedimento infra biennium persolvemus. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxviii<sup>o</sup>, iiii<sup>o</sup>. kalendas octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 197. Beschädigtes Siegel des Bischofs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**804.** *Bischof Siegfried hebt die Bestimmung betr. die Obedienzien Abwesender, soweit sie den Dechanten angeht, auf und einverleibt dem Dekanat den Archidiaconat Solschen. Hildesheim 1288 Oktober 2.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Cum pastoralis officii sollicitudo non solum versari debeat circa id, quod utile fore dinoscitur ecclesiis, verum etiam quod expediens et



honestum, nos considerantes,<sup>1)</sup> ordinationem de obedientiis absentium in nostra ecclesia Hildensemensi circa personam decani olim a capitulo factam minus expedire tum quoad honorem nominis dignitatis huius tum quoad profectum capituli, presertim cum defectum in ministrando, quem decanus non inmerito in aliis tenetur reprehendere, in decano esset detestabile reprehendi, ex hiis itaque causis ordinationem de obedientiis absentium de persona decani taliter in ecclesia nostra factam ex deliberato consilio ratione previa auctoritate ordinaria de consensu capituli nostri accedente etiam consensu Arnoldi de Werberghe tunc decani in nomine domini presentibus in irritum revocamus. Et ut beneficio nostre liberalitatis et gratie in ecclesia nostra Hildensemensi cultus divini nominis ampliatur, in recompensam obedientiarum huiusmodi archidiaconatum in Solzeke cum omnibus suis iuribus et pertinentiis concessione perpetua ad decanatum nostre Hildensemensis ecclesie presentibus conferimus incorporantes et unientes ipsum archidiaconatum eidem decanatu perpetuo per presentes, ita quod ei iure perpetuo adherebit et decanus, qui pro tempore fuerit Hildensem, ipsum libere possidebit. Nulli ergo — —. Si quis autem — —. Ut autem — —. Actum et datum Hildensem anno dominice incarnationis millesimo cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. octavo, vi<sup>o</sup>. nonas octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Domstift Hildesheim Nr. 297, Siegel des Bischofs an roten und gelben und des Domkapitels an grünen Seidenfäden, und Nr. 298 (B), dieselben Siegel an Pergamentstreifen.*

**805.** *Das Domkapitel überträgt dem Dekanat, mit dem der Bischof den Archidiaconat in Solschen vereinigt hat, das Dorf Eitzum mit allem Zubehör. Hildesheim 1288 Oktober 5.*

Dei gratia Iohannes prepositus, Arnoldus decanus et capitulum ecclesie Hildensemensis omnibus in perpetuum. Quanto magis enim nostre ecclesie dignitates honore et profectu ampliuntur et sublimantur, tanto peramplius nobis singulis et universis necnon aliis nostris subditis honor et utilitas proculdubio augetur et apertissime dilatatur. Cum itaque venerabilis pater et dominus noster Sifridus Hildensemensis episcopus ad cultum divini nominis ampliandum et ad culmen honoris et profectum nostre ecclesie decanatu iam dicte

---

<sup>1)</sup> igitur considerantes B.

ecclesie nostre<sup>1)</sup> Hildensemensis tamquam pius pater et dominus archidiaconatum in Solzeke per liberam resignationem domini Brunonis nostri cantoris sibi vacantem adiecerit et concessione inviolabili cum omni iure suo contulerit perpetuo possidendum, nos ipsius exemplo invitati sue devotionis propositum ampliare cupientes et in aliqualem etiam recompensam obedientiarum per dominum Arnoldum decanum nostrum ad petitionem nostram resignatarum, quas pro dominis nostris absentibus ex ordinatione quadam capituli habere consueverat, et ad interpellationem etiam<sup>2)</sup> eiusdem domini nostri episcopi villam nostram Etzem videlicet allodium in ipsa villa de quatuor mansis et dimidio et duodecim mansos litonum ibidem cum litonibus habentibus mansos litonum vel non in ipsa villa vel extra villam morantibus censum suum solventibus, item omne ius et dominium, omnem honorem et utilitatem in dicta villa vel extra villam in campis, agris, pratis, pascuis, silvis seu nemoribus et novalibus, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, quesitis et inquirendis, necnon holtgraviam ad dictam villam pertinentem et iura advocati et advocacie et omnia genera serviciorum<sup>3)</sup> sibi exhibendorum et plane predictam villam cum omnibus premissis et universis honoribus ac pertinentiis suis, quemadmodum idem dominus noster episcopus habuit et tenuit, cum illam nobis venderet, deliberato consilio et unanimi consensu<sup>4)</sup> decanatu nostre Hildensemensis ecclesie presentibus conferimus et libere adicimus in perpetuum possidendam, donamus uniendo ac incorporando communiter<sup>5)</sup> assignamus cedentes domino . . . decano nostro, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, iura et actiones nostras nobis ex hoc contra quemlibet competentes. Ut autem huiusmodi collatio, adiectio et donatio, assignatio seu unio vel incorporatio perpetuis temporibus perseveret, presentem litteram iude conscriptam sigillis venerabilis domini nostri Sifridi Hildensemensis episcopi hoc factum nostrum benignius acceptantis et nostri capituli fecimus communiri. Actum et datum Hildensem anno dominice incarnationis millesimo cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. octavo, tercio<sup>6)</sup> nonas octobris.

*Or. in Kgl. St.-A. zu Hannover, in doppelter Aufertigung von derselben Hand, Domstift Hildesheim Nr. 299 (B). Siegel des Bischofs und beschädigtes des Domkapitels an grünen Seidenfäden, und Nr. 300, dieselben Siegel beschädigt an Pergamentstreifen.*

1) nostre fehlt B. 2) etiam über der Zeile nachgetragen A. 3) servitiorum B. 4) consensu nostro B. 5) comuniter A. 6) iii<sup>o</sup>. B.

**806.** *Bischof Siegfried bestimmt im Verein mit den Abgeordneten des Domkapitels über die Vereinigung des Archidiaconates in Solschen mit dem Domdekanat, die Entschädigung des Kantors Bruno mit der Obedienz in Langenholzen, die Uebertragung des Dorfes Eitzum an den Domdekanat und über die Obedienzen der Abwesenden. Hildesheim 1288 (zu Oktober 5).*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — — notum esse volumus, quod, cum . . decanus nostre Hildensemensis ecclesie ex quadam ordinatione capituli obedientias teneret absentium, nos provide considerantes minus expedire tum quoad honorem dignitatis huius tum etiam quoad profectum capituli, videlicet quod decanus aliquas iure capituli servaret obedientias, presertim cum esset<sup>1)</sup> detestabile ecclesie defectum in ministrando in decano reprehendi, quem ipse non inmerito in aliis tenetur reprehendere, adiunctis nobis certis personis de capitulo cum pleno mandato videlicet Iohanne maiore preposito, Volrado Montis preposito, Iohanne cellerario, Bernardo de Meinersem, Wolthero de Eversten, Henrico de Woldenberch ecclesie nostre canonicis de consilio eorundem et consensu capitulo sanius providendum duximus et statuendum, videlicet quod . . decanus Hildensemensis ecclesie ex nunc inantea deinceps nullas omnino obedientias obtinebit, et nos ex favore et gratia, qua capitulum Hildensemense et personas capituli amplectimur, ut etiam beneficio nostre liberalitatis et gratie in ecclesia Hildensemensi cultus divini nominis ampliatur, archidiaconatum in Solzeke ex libera resignatione Brunonis cantoris ecclesie nostre nobis vacantem cum omnibus suis iuribus concessione perpetua ad decanatum nostre Hildensemensis ecclesie contulimus incorporantes et unientes ipsum archidiaconatum eidem decanatui, ita quod ei iure perpetuo adherebit et decanus, qui pro tempore fuerit, ipsum ratione sue dignitatis libere possidebit. Verum ut omnia laudabiliter concurrant, quia idem Bruno predictum archidiaconatum nobis ad gratiam nostram libere resignavit, ordinavimus, quod idem Bruno obedientiam in Holthusen totam et integram, liberam et solutam cum omni iure et utilitate, sicut eam obedientiarii ecclesie nostre hactenus tenuerunt, vite sue temporibus obtinebit nichil de ea responsurus capitulo et ecclesie seu daturus. Post mortem vero<sup>2)</sup> dicti Brunonis in recompensam aliquam archidiaconatus huius, quem,

<sup>1)</sup> esset über der Zeile nachgetragen.    <sup>2)</sup> vero desgleichen.

ut premissum est, ad decanatum adiecimus, dicta obedientia in Holthusen apud Alvelde beneficium erit episcopi, quam ex tunc in-  
 antea in perpetuum nos et nostri successores Hildensemenses epi-  
 scopi infra capitulum cui placuerit canonico tamen emancipato salvo  
 eo, quod de ipsa obedientia debetur capitulo et ecclesie, conferimus,  
 quia tunc ille et quilibet eius detentor, non obstante quod eam in  
 beneficio recepit, de eadem obedientia ministrabit, quod de iure et  
 antiqua institutione fuerit ministrandum, coheritione decano super eo,  
 si non vel minus plene ministraverit, secundum ius capituli reservata.  
 Preterea capitulum recognoscens ex hac nostra ordinatione et honorem  
 ecclesie et gratiam sibi factam exemplo nostri etiam adiecit ad deca-  
 natum nostre Hildensemensis ecclesie villam Ethzem videlicet allodium  
 in ipsa villa de quatuor mansis et dimidio et duodecim mansos litonum  
 ibidem cum litonibus habentibus mansos litonum vel non in ipsa villa vel  
 extra villam morantibus, censum suum solventibus, item omne ius et  
 dominium, omnem honorem et utilitatem in dicta villa vel extra villam  
 in campis, agris, pascuis, silvis seu nemoribus, aquis aquarumve de-  
 cursibus, viis et inviis, quesitis et inquirendis, necnon holtgraviam ad  
 iam dictam villam pertinentem et iura advocati et advocacie et omnia  
 genera servitiorum sibi exhibendorum et plane predictam villam cum  
 omnibus premissis et universis honoribus, iuribus et pertinentiis suis,  
 quemadmodum predecessores nostri et nos habuimus, cum ipsi nostro  
 capitulo venderemus, liberam et solutam ad ipsum decanatum, ut  
 diximus, in perpetuum possidendam liberaliter assignavit cedens  
 sibi iura et actiones in hoc contra quemlibet competentes. Ad hec  
 ordinavimus, quod Arnoldus decanus Hildensemensis, sub quo hec  
 laudabilis ordinatio facta est, quinimmo qui huiusmodi ordinationi  
 quanto fidelius potuit una nobiscum intendit, archidiaconatum sepe-  
 dictum in Solzeke, etiam si eum contingeret cedere decanatu, quoad  
 vixerit optinebit. Post mortem vero suam sublata qualibet conditione  
 decanatu ut premissimus remanebit. De obedientiis autem absentium  
 taliter duximus ordinandum, videlicet quolibet anno duo de canonicis  
 ordinabuntur a capitulo, qui proventus obedientiarum illarum colli-  
 gent et ministrabunt, quod de eis fuerit ministrandum; supplebunt  
 etiam, quod de obedientia in Holthusen predicta ecclesie et capitulo  
 faciendum esset et ministrandum, residuum ad usus capituli fideliter  
 conservandum. In maiorem autem huius ordinationis firmitatem et  
 certitudinem presentem litteram inde conscriptam sigillis nostro  
 videlicet et nostri capituli necnon predictorum canonicorum nobis

ad hanc ordinationem faciendam a capitulo adiunctorum fecimus communiri. Datum et actum Hildensem anno dominice incarnationis millesimo cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. octavo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 302. Die sieben Siegel nur wenig beschädigt. W. von Eberstein siegelt nicht mit.*

**807.** *Das Domkapitel genehmigt die durch Bischof Siegfried vorgenommene Vereinigung des Archidiaconates in Solschen und des Dorfes Eitzum mit dem Domdekanat sowie die anderen Bestimmungen über die Obedienzien Abwesender und die Obedienz Langenholzen. Hildesheim 1288 (zu Oktober 5).*

Nos capitulum Hildensemensis ecclesie. Quia quod a maioribus provide ordinatur maioris auctoritatis ac roboris non inmerito indicatur, presentis igitur scripti oraculo<sup>1)</sup> in perpetuum valituro dicimus, quod ordinationem a venerabili patre, domino nostro Sifrido Hildensemensi episcopo necnon a reverendis viris dominis Iohanne nostro preposito, Volrado Montis preposito, Iohanne cellerario, Bernardo de Meinersem, Walthero de Eversten, Henrico de Woldenberch ecclesie nostre canonicis cum pleno mandato nostro ex parte nostra deputatis tamquam ab arbitris seu arbitratoribus in ecclesia nostra super immutatione obedientiarum fratrum absentium, quantum decanatum tangit, et super adiectione archidiaconatus in Solzeke et ville nostre Etzem ad dictum nostre ecclesie decanatum loco prefatarum obedientiarum et super obedientia in Holthusen apud Alvelde et super universis et singulis articulis in ipsa ordinatione seu arbitrio et instrumento publico super hoc edito expressis factam gratam habentes approbamus, et hoc presentibus sub sigillo nostro hic apposito publice protestamur. Datum (et) actum Hildensem in capitulo anno dominice incarnationis millesimo cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. octavo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 301. Siegel des Domkapitels.*

**808.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Escherde zwei Hufen in Betheln (Betenem), die ihm Hermann von Deersheim (Dersem), dessen Frau Meinburg und Söhne Johann und Hermann, und 22 Morgen in Rok, die ihm Arnold von Wallenstedt resigniert hat. 1288 Oktober 7 (nonas octobris, in die Marci pape et confessoris).*

<sup>1)</sup> oraculo über der Zeile nachgetragen.

Huius rei testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Iohannes cellerarius, Bernardus de Meynersen, Sifridus de Blankenborch canonici Hildensemenses, Thydericus de Rethen, Henricus de Berningerode milites, Conradus de Berenrode, Hermannus Suring famuli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 73. Beschädigtes Siegel des Bischofs und des Domkapitels an weissen geflochtenen Hanfschnüren.*

**809.** *Bischof Siegfried erteilt den Besuchern der Kapelle der h. Anna und Elisabeth im Kreuzstift vierzig Tage Ablass. 1288 Oktober 7.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus. Cum ad ea, que ad divinum cultum pertinent et salutem prospiciunt animarum necnon devotionem excitant subditorum, prout et benefici esse ex nostri debito officii teneamur, nos auctoritate dei omnipotentis et gloriose virginis Marie matris ipsius necnon beatorum apostolorum Petri et Pauli confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui capitulum apud monasterium sancte Crucis Hildensemensis in honore sanctarum Anne matris domine et Elyzabeth langravie constructam in die dedicationis ipsius et per octavas eius ac per mensuales memorias eiusdem et in anniversario dedicationis ipsius cum cordis devotione visitaverint, quadraginta dies et unam karenam in nomine domini indulgemus, quam indulgentiam in anniversario dedicationis predictae capelle volumus in perpetuum perdurare. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxviii<sup>o</sup>., nonas octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 198. Beschädigtes Siegel des Bischofs.*

**810.** *Graf Konrad vom Werder zeigt dem Domkapitel den Verzicht des Knappen Johann von Solschen auf achtzehn Morgen in Farmsen an. Auf dem Werder 1288 Oktober 24.*

Honorabilibus dominis suis preposito, decano, scolastico totique Hildensemensi capitulo Conradus comes de Insula tam paratam quam debitam ad omnia voluntatem. Iohannes de Zoleche famulus noster unum mansum litonicum de decem et octo iugeribus situm in Vermersen ad manus prepositi et conventus sororum in Hildensem vobis, ad quos eiusdem mansi proprietates spectat, omnino resignavit, ita quod predicti prepositus seu conventus sororum sancte Marie Magda-

lene in Hildensem censum de predicto manso debitum scilicet quatuor solidos ecclesie vestre inperpetuum singulis annis suo tempore sine qualibet contradictione persolvat. Et hanc resignacionem in presencia nostra predicto preposito et conventui ad vos factam esse protestamur presentibus sigilli nostri munimine roboratis dictamque protestacionem memorato preposito suoque conventui dedimus ad cautelam. Nam predictus Iohannes nobis fide data promisit, quod eundem prepositum et conventum nec ipse nec aliquis suorum aliquatenus molestabit. Id ipsum vero eidem preposito promittere nos rogavit, quod fecimus, sicut his nostris litteris protestamur. Actum in Insula anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>viii<sup>o</sup>., in vigilia sanctorum Crispini et Crispiniani, presentibus Conrado de Stenberge, Otrico de Barem, Raven militibus, Conrado de Borsum, Alberto de Haringe famulis et pluribus aliis fide dignis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 105. Rundes Siegel des Grafen Konrad von Wohldenber.*

**811.** *Genannte bekunden, dass Friedrich Mutzeval für sich und seine Frau Grundstücke in Gross-Rhüden dem Kl. Lamspringe resigniert hat. 1288 November 20.*

Notum sit omnibus presentem paginam visuris vel auditoris, quod ego Bruninghus de Woldershusen et Bertoldus dictus Modius burgensis in Osterodhe audivimus et interfuimus, quod Fredhericus dictus Mutzeval ex parte uxoris sue Mechtildis et ex parte sua, si quid iuris habuit, resignavit ius proprietatis, que eadem Mechtildis habuit in tribus areis et duobus pratis et quatuor mansis sitis in maiori villa Ruden ad manus domini prepositi et conventus de Lammespringh emptis a Theoderico de Hachem fratre ipsius. Que predicta Mechtildis postea in castro Hertesberch multis audientibus collaudavit. Ne alicui in posterum dubium oriatur de hac resignatione, ego Bruninghus prenotatus presenti cedule sigillum meum apposui ad cautelam. Actum anno gratie m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. viii<sup>o</sup>., xii. kalendas decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 53. Siegel der B. von Woltershausen wenig beschädigt an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, zeigt springenden Wolf, darunter Rose.*

**812.** *Jordan von Barkevelde und Frau resignieren dem Kl. Lamspringe Grundstücke in Gross-Rhüden. 1288 November 20.*



Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facio, quod ego Iordanus dictus de Barkevelde cum uxore mea Sophia et fratre meo Ernesto de consensu et libera voluntate omnium heredum nostrorum, quorum intererat in talibus consentire, resignavimus et<sup>1)</sup> resignamus ad manus . . prepositi et conventus monasterii in Lammespringh cum omni iure proprietatis et obligationis tres areas et duo prata et quatuor mansos sitos in maiori villa Ruden, quos emerunt a Theoderico dicto de Hachem, et omni utilitate et iure, quod nos et heredes nostri in hiis bonis habuimus tam in villa quam extra villam feliciter in perpetuum possidendo. Preterea ego Iordanus publice protestor, quod, si aliquis in posterum pro hiis bonis prepositum et conventum iam dictum infestaverit, una cum Theoderico de Hachem pro ipsis omni occasione seposita respondebo. Ut igitur — —. Testes huius facti sunt dominus Heydhenricus de Mynningrodhe, dominus Theodericus de Espelingrode milites, Hermannus Corrigia, Guntcelinus dictus Lethgast et alii quam plures. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>viii<sup>o</sup>., xii. kalendas decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 54. Das stark beschädigte Siegel des Ausstellers lässt noch Helm mit Adlerflug erkennen.*

**813.** *Abt Widekind und der Konvent des Kl. Marienrode verkaufen dem Propst Gerold und dem Konvente des Maria-Magdalenenklosters sieben Hufen und eine Mühle in Sorsum (Zuhterem apud Embreke) für 120 Mark Silbers. 1288 Dezember 6 (in die sancti Nicolay pontificis).*

Huius rei testes sunt Ernestus pincerna, Ludolfus camerarius milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 106. Siegel des Abtes.*

**814.** *Domdechant Arnold bekundet die Teilung von Gütern in Schellerten zwischen dem Johannisstift und dem Hospital des Domes. Hildesheim 1288 Dezember 22.*

Arnoldus dei gratia Hildensemensis ecclesie decanus universis hanc litteram inspecturis veram in domino karitatem. Ferrum

<sup>1)</sup> *Or. et doppelt, Ende und Anfang der Zeile.*



rubigine consumitur et lapides vetustate deficiunt,<sup>1)</sup> sic acta hominum in oblivionem veniunt, nisi scripture testimonio fuerint perhennata. Cum itaque discreti viri canonici ecclesie sancti Iohannis in Hildensem et hospitale nostre maioris ecclesie ibidem a domino Brant de Lindede milite et suis heredibus bona in Scelerthe scilicet duas curias et sex mansos, qui decimantur, et quinque mansos, qui non decimantur, et decimam unius mansi, quem mansum habet conventus et prepositus sororum in Hildensem, et tres areas et duo prata cum omnibus suis pertinentiis communiter comparassent et cum eisdem postmodum propter maiorem ipsorum utilitatem et commodum eadem bona cum casa in cimiterio dividi placuisset, tandem coram nobis ex matura deliberatione utriusque partis consilio et assensu bonis equaliter divisis auctoritate nostra interveniente sorte iusta dirimente fuerant amicabiliter in hiis abinvicem taliter separati, videlicet quod canonici sancti Iohannis predicti curiam de quinque mansis, qui non decimantur, cum area adiacenti et minus pratum cum omnibus suis iuribus et pertinentiis iure perpetuo de cetero retinebunt, aliam vero curiam de sex mansis, qui decimantur, cum aliis duabus areis et decimam unius mansi, quem habet monasterium sororum ibidem, et maius pratum cum omnibus suis utilitatibus, iuribus et pertinentiis dicta<sup>2)</sup> hospitalis curia<sup>3)</sup> similiter iure perpetuo de cetero retinebit, nec sub pretextu alicuius rei vel oblivionis aut apponende conditionis prefata divisio debet ab aliqua partium aliquomodo retractari. Et in huius firmitatem et testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillis nostro videlicet et domini Bernardi de Dorstat scolastici et domini Brunonis cantoris ecclesie nostre et domini Conradi Montis scolastici, qui huic divisioni etiam interfuit, ad cautelam fecimus sigillari. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. octavo, xi<sup>o</sup>. kalendas ianuarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 36. Siegel des Domdechanten zur Hälfte verloren, das des Domscholasters und Domkantors gut erhalten, das des Scholasters des Moritzklosters fast zur Hälfte abgefallen. Gedr. nach Cop. Wärdtwein, Nova subs. I, 349.*

**§15.** *Lippold von Rössing bekundet, dass Arnold von Sorsum allen Ansprüchen an neun Morgen in Nordstemmen entsagt und sie darauf vom Kreuzstift zinspflichtig erhalten habe. Hildesheim 1288.*

<sup>1)</sup> deficiunt über der Zeile nachgetragen. <sup>2)</sup> dicta auf leer gelassenem Raume nachgetragen. <sup>3)</sup> Verbessert aus curiam.

Lippoldus de Rotthinge omnibus auditoris has litteras notum sit, quod super controversia, que inter canonicos sancte Crucis ex una et Arnoldum de Sottherem parte ex altera vertebatur de novem iugeribus in Nortstempne, talis compositio intercessit, quod dictus Arnoldus coram eisdem canonicis presente domino Thiderico de Wettenem, qui tunc custos exstitit eorundem bonorum, renunciavit lingua et manu omni hereditario iuri, quod in predictis bonis temere dixerat se habere. Verum predicti canonici (nostre) petitionis intuitu (non) iure sed de sola gratia commiserunt memorata bona prefato Arnoldo et uxori sue quamdiu censum debitum expedite persolvunt. Si autem communi quodam impedimento predicti vir aut uxor prepediti fuerint, ita quod censum unius anni totaliter seu complete solvere non valebunt, illum defectum in futuro anno sine contradictione supplere debebunt. Testes huius compositionis sunt Thidericus de Stockem et Gerhardus de Gandersem milites et plures alii fide digni. Actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxviii<sup>o</sup>. Ego Lippoldus de Rotthinge, qui huic ordinationi interfui et pro sepedicto Arnoldo placitavi, sigillum meum apposui presentibus ad cautelam.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 198 a stockfleckig. Siegel verloren.*

**816.** *Domdechant Arnold macht mit dem Kl. Heiningen einen Tausch von Hausstellen. Hildesheim 1288.*

Nos Arnoldus dei gratia Hildesheimensis ecclesie decanus, rector capelle in Werle apud Schladem, notum esse volumus publice protestando, quod quandam aream ad dictam capellam pertinentem minorem in medio ville sitam consensu debito interveniente cum preposito et conventu monasterii in Heyningen pro quadam area eorum apud capellam eandem seu cimiterium sita permutationem fecimus considerata utriusque utilitate in perpetuum valituram. Et ut huiusmodi permutatio omni evo stabilis perseveret, presentem litteram inde conscriptam, sigillo nostro minutam ipsis preposito et monasterio super hoc dedimus ad cautelam. Datum Hildesheim anno domini m cc lxxxviii.

*Beglaubigte Abschrift im Copiar des Jahres 1713 S. 162 in Heiningen.*

**817.** *Der Rat der Dammstadt einigt sich mit dem Kapitel des Johannisstiftes dahin, dass er eine Mauer errichtet an dem Ufer der*

*Trilleke, an dem der Stiftsherr Johann Sconkint nach seiner Bequemlichkeit bauen soll, doch ohne Beschädigung der Mauer und Absperrung des Wassers. O. D. (um 1288).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 35. Beschädigtes Siegel der Dammstadt. Gedr. nach Cop. Würtwein, Nova subs. I, 274, nach dem Or. Doebner, UB. I, S. 209 Nr. 424.*

**818.** *Verzeichniss der von den Bürgern zerstörten Gebäude des Johannisstiftes. O. D. (nach 1288).*

Edificia ecclesie sancti Iohannis a civibus Hildensemensibus destructa. Ista fuerunt edificia. Magna domus iuxta plateam solvens annuatim xxii solidos. Item lapidea camenata huic domui annexa, que vendita erat ad vitalicium unius puelle pro quinque marcis. Item granarium solvens annuatim decem solidos, istud granarium destructum fuit per consules Dammonis in edificatione muri. In fine vero huius aree versus meridiem fuit camenata, que vulgariter Pralenbergh vocabatur, per magistrum Iohannem Visicum constructa, habens multas mansiunculas videlicet duas camenatas, duo estuaria, unum celarium, coquinam, item spaciosum granarium ultra xxx plaustrata. Hec camenata cum edificiis suis solvebat<sup>1)</sup> annuatim xvi solidos excepto granario, quod ad usum canonicorum fuit servatum. Ista omnia edificia burgenses civitatis destruxerunt.

*Nach einem verlorenen Copiar des Johannisstiftes gedr. Würtwein, Nova subs. I, S. 352. Die Mauer der Dammstadt wurde 1288 erbaut, vgl. die vorhergehende Nr. und oben Nr. 797; sonst sind keine Anhaltspunkte für die Datierung vorhanden.*

**819.** *Dietrich von Hachem verkauft dem Kl. Lamspringe Besitzungen bei Gross-Rhüden und Mechtshausen. 1289 Januar 13.*

— — Ego Theodericus dictus de Hachem universis — — notum facio, quod de maturo consilio et communi consensu omnium coheredum meorum, quorum consensus fuerat et est legitime requirendus, vendidi domino preposito totique conventui monasterii in Lammespringh quatuor mansos in maiori villa Ruden cum curia et quatuor pratis desuper villam sitis versus Mechtshusen et iuxta molendinum inferius trans flumen, quod Nethe dicitur, unum pratium et in villa duas areas, de quibus areis unam sorori mee Gysle assignavi temporibus vite ipsius possidendam; cum autem ipsa

<sup>1)</sup> W. solvebant.

obierit, ad prefatum monasterium libere revertetur. De mansis siquidem supradictis dimidius mansus decimam solvit, reliqui vero tres cum dimidio ~~decimam non solvunt~~. Vendidi itaque predicta bona cum advocatia et omni utilitate et iure, quod ego et coheredes mei in hiis bonis habuimus tam in villa quam extra villam in pratis, silvis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, agris, novalibus cultis et incultis feliciter et quiete in perpetuum possidendo. Protestor etiam publice, quod omnis actio et discordia tam pro bonis in Woldenhusen quam pro locis communibus, que inter me et ipsam ecclesiam Lammespringe vertebatur, penitus est sopita. Item me obligatum esse recognosco per presentes, ut, si aliquis in posterum temporibus vite mee pro hiis bonis prepositum et conventum iam dictum infestaverit, pro ipsis omni occasione postposita respondebo. Ne igitur — —. Testes sunt comes Conradus de Insula, dominus Grubo de Stenbergh, dominus Heydhenricus de Hegereshusen, dominus Iohannes de Dalym, dominus Ulricus de Barym milites, Bruninghus de Woldershusen,<sup>1)</sup> Iordanus de Barkevelde, Hermannus Corrigia et alii quam plures milites et armigeri fide digni. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., in octava epiphanie domini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 55. Das beschädigte Siegel des Ausstellers zeigt links schrägen Turnierkragen.*

**820.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass der Bürger Eberhard Ludolfi mit Zustimmung seines Sohnes Johann der Brüderschaft des h. Andreas einen Zins von 28 Schilling aus je einer Halle bei den Fischbänken und in den Hoken zur Beschaffung von Wachs verkauft hat. 1289 Februar 14 (xvi<sup>o</sup>. kalendas marcii).*

*Or. in der Beverinischen Bibliothek, Andreastift Nr. 15. Beschädigtes Stadtsiegel. Gedr. Doebner, UB. III, S. 654 Nachtr. Nr. 43.*

**821.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass Johann Acko und seine Frau Adelheid allen Ansprüchen an eine Hufe in Farmsen (Vermersen) gegenüber dem Maria-Magdalenenkloster entsagt hat. 1289 Februar 14 (xvi<sup>o</sup>. kalendas marcii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 107. Stadtsiegel. Gedr. Doebner, UB. I, S. 210 Nr. 425.*

**822.** *Dompropst Johann überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kreuzstifte sechs Gärten auf der Friesenstrasse, welche*

<sup>1)</sup> *Das W nachgetragen.*

*der verstorbene Aschwin vom Steinberge von ihm zu Lehn hatte. Hildesheim 1289 Februar 28 (pridie kalendas marcii).*

*Testes huius collationis sunt Arnoldus decanus, Volradus prepositus Montis, Bruno cantor, Wernerus plebanus sacerdotis, Bernardus scolasticus, Iohannes cellerarius, Gevehardus prepositus sancte Crucis, Siffridus de Blankenburch dyaconi, Woltherus de Eversten, Iordanis de Blankenburch, Thidericus de Saldere, Hermannus custos subdyaconi et canonici sancte Marie.*

*Or. in der Beverintschen Bibliothek zu Hildesheim, Kreuzstift Nr. 4. Siegel und Befestigung verloren. Gedr. Doebner, UB. III, S. 654 Nachtr. Nr. 44.*

**823.** *Bischof Siegfried überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Lamspringe den ihm vom Knappen Dietrich von Hachem resignierten Zehnten von drei und einer halben Hufe in Gross-Rhüden (in maiori villa Ruden). 1289 März 21 (xii. kalendas aprilis).*

*Testes sunt dominus Iohannes prepositus maior, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Iohannes cantor clerici, Sifridus de Rutenbergh, Albertus Boch, Grubo de Stenbergh.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 57. Das zerbröckelte Siegel des Bischofs eingedäht, von dem des Domkapitels ein Bruchstück erhalten. Da mit Rücksicht auf Nr. 811 und 812 ein Fehler im Datum nicht anzunehmen ist, muss man in Johannes cantor einen Schreibfehler sehen statt Bruno cantor, der 1288—90 als solcher nachweisbar ist, vgl. Nr. 805 ff. — In einer Urk. ohne Jahresangabe, actum in Insula in die beati Blasii martiris (Februar 3) resigniert Dietrich von Hachim dem Bischof obigen Zehnten vor Graf Konrad vom Werder, Hermann von Gandersheim, Ulrich von Barum, Rittersn, und Lippold von Dahlum, Albert von Haringen und Dietrich von Holle, Knappen. Or. a. a. O. Nr. 56 mit gut erhaltenem Siegel Dietrichs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**824.** *Die Grafen von Wohldenberg resignieren dem Bischof Siegfried Güter in Hockeln zu Gunsten des Kl. Derneburg. O. D. (vor 1289 April 8).*

*Reverendo in Christo patri ac domino nostro domino S(ifrido) Hildensemensis ecclesie episcopo Her(mannus) et Hen(ricus) fratres, Her(mannus) filius quondam Borchardi comites de Woldenberch, C(onradus) et Io(hannes) comites de Insula et Hen(ricus) filius quondam comitis Lu(dolfi) cum debita dilectione et honore obsequium semper promptum. Bona in Hokenem, que de vestra gratia et munificentia in feodo tenemus, cum magna gratiarum actione vobis*

ad manus monasterii et conventus in Derneborch litteris presentibus resignamus rogantes quam intime, quatinus eadem pro salute animarum parentum ~~nostrorum~~ et ~~nostrarum~~ propriarum eidem monasterio conferre dignemini propter deum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 36. Die fünf Siegel meist nur wenig beschädigt.*

**825.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Derneburg viertelhalb Hufen und den Zehnten mit einer Kurie in Hockeln nach Resignation der Grafen von Wohldenberge. Hildesheim 1289 April 8.*

In nomine domini amen. Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — — notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pro salute et remedio anime nostre et spe retributionis eterne cum consensu et beneplacito nostri capituli proprietavimus et proprietamus tres mansos cum dimidio et decimam<sup>1)</sup> ibidem cum una curia sitos in Hokenem cum omnibus attinenciis, viis et inviis, pratis, pascuis, silvis, echtwardis, aquis aquarumve decursibus monasterio sanctimonialium in Derneborg iure perpetuo possidendos, recepta resignatione libera et voluntaria a comitibus de Woldenberge, qui predicta bona a nobis tenuerant iure et titulo feudali. Ut autem — — Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Wlradius Montis prepositus, Iohannes cellerarius, Bernardus de Meynersem, Sifridus de Blankenberg, Heynricus de Woldenberge canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Sifridus de Rutenberge, Albertus Bok, Iohannes de Stedere, Heynricus Rasehorn, Conradus Svaph milites et alii quam plures. Actum et datum Hildensem anno domini millesimo cc. lxxx. ix., vi<sup>o</sup>. idus aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 33. Siegel des Bischofs erhalten, das des Domkapitels verloren. Auf der Rückseite von Hand des 14. Jahrhunderts: de tribus mansis et dimidio et decima cum curia, wo ebenfalls dec. c. cur. von anderer Hand auf Rasur steht; die Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. VI, 105 S. 17 hat die betreffende Stelle in folgender Fassung: tres mansos cum dimidio et quatuor areas cum una curia sitos in Hokenem et cum omnibus attinenciis u. s. w. und stimmt hierin mit der Abschrift des 18. Jahrhunderts in Cop. VI, 108a fol. 15 ebenda überein.*

**826.** *Papst Nicolaus IV. beauftragt den Erzbischof (Boemund) von Trier und die Bischöfe (Siegfried) von Hildesheim und (Heinrich)*

<sup>1)</sup> decimam ibidem von anderer Hand und mit anderer Tinte auf Rasur.

von Merseburg, dem Subdiakon Hermann, Sohne des verstorbenen Grafen Heinrich von Gleichen, Propste zu st. Peter in Mainz, während seiner Studienzeit in Rom die Einkünfte der von ihm an diesen Kirchen innegehabten Benefizien unverkürzt folgen zu lassen. Rom, st. Maria maggiore 1289 April 13.

Regest Kehr, UB. des Hochstiftes Merseburg (GQ. der Provinz Sachsen 36) S. 421 Nr. 527, Langlois, Les Registres de Nicol. IV. Nr. 818.

**827.** Die Ritter Johann und Ludolf von Escherde resignieren dem Bischofe (Siegfried) den Zehnten und einen Hof in Dollbergen und den Zehnten in Röddensen zu Gunsten des Kl. Wienhausen. Hildesheim 1289 April 16 (xvi. kalendas mayi).

Testes sunt Sifridus de Rutenberge, Aschwinus de Luttere, Borchardus de Cramme, Theodericus de Alten, Luderus et Seghebodo fratres de Hanse milites.

Or. im Archiv des Kl. Wienhausen Nr. 108. Siegel wenig beschädigt an roten bez. roten und gelben Seidenfäden.

**828.** Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Wienhausen den Zehnten in Dollbergen und den in Röddensen nach der Resignation der Ritter Johann und Ludolf von Escherde. Hildesheim 1289 April 17 (xv. kalendas mai).

Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Wradus Montis prepositus, Iohannes cellerarius, Bernardus de Meynersem, Sifridus de Blankenburg canonici Hildensemenses, Sifridus de Rutenberge, Borchardus de Wildenstene, Aschwinus de Luttere, Basilius de Rutenberge milites, Thitmarus de Luttere, Conradus de Saldere, Iohannes et Hugo de Ilsede famuli.

Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. IX, 265 S. 24 im Kgl. St.-A. zu Hannover.

**829.** Mehrere Erzbischöfe und Bischöfe erteilen allen, welche das Michaeliskloster und die Lambertikapelle an genannten Festtagen besuchen und zur Ausbesserung beisteuern, einen Ablass von vierzig Tagen. Rom 1289 April 22 (x. kalendas maii).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 79. Von den acht Siegeln an roten und gelben Seidenfäden einige beschädigt. Gedr. Doebner, UB. I. S. 210 Nr. 426. Den Ablass bestätigt Bischof Siegfried in einer Urk. von 1289 August 30 (iii<sup>o</sup>. kalendas septembris), Or. a. a. O. Nr. 80, beschädigtes Siegel an gleicher Befestigung.



**830.** *Zwölf Erzbischöfe bez. Bischöfe erteilen allen, welche das Kreuzstift und die Kapelle der h. Anna und Elisabeth an genannten Festtagen besuchen, Indulgenz. Rom 1289 April 22.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos Gerhardus Moguntinus, Theoctistus Adrianopolensis et Iohannitus Mokicensis dei gratia archiepiscopi, Duinus Pharensis, Valdebrunus Avellonensis, Romanus Crohensis, Petrus Tirasonensis, Conradus Tullensis, Maurus Ameliensis, Bonifacius Parentinus, Perronus Larinensis et Leotherius Verulanus eadem gratia episcopi salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, de habundantia pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem fideles Christi ad complacendam ei quasi quibusdam allectivis, muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Eapropter nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesie sancte Crucis et capelle sancte Anne et sancte Elizabeth Hildensemensi de novo constructe et consecrate pro suis reparationibus, fabricis vel structuris, ornamentis, libris, luminaribus et aliis suis necessitatibus manus porrexerint adiutrices sive in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint vel pias suas elemosinas dederint vel miserint, aut qui ad dictam ecclesiam seu capellam causa devotionis accesserint in festis nativitatis, resurrectionis et ascensionis domini nostri Ihesu Christi atque pentecostes, in singulis sancte Crucis festis et gloriose virginis Marie, sancti Michaelis archangeli, sanctorum Iohannis baptiste et ewangeliste, sanctorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum, sancte Marie Magdalene, sancti Stephani, sancti Laurentii, sancti Godehardi, sancti Nicolai, sancti Martini, sancte Katerine, sancte Anne et sancte Elizabeth et in festo omnium sanctorum (et in) festo dedicationum et patronorum ipsius ecclesie (et) capelle et altarium in eis existentium et per si(ngulorum) festorum predictorum octavas ac in die palmarum et per totam septimanam passionis domini subsequentem singuli singulas d(ierum) quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocesanis ad id accesserit, in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei noticiam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum



Rome x. kalendas maii anno domini millesimo ducesimo octuagesimo ix<sup>o</sup>., pontificatus domini Nicolai pape quarti anno secundo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 199. Die zwölf Siegel an roten und gelben Seidenfäden meist wenig beschädigt.*

**881.** Gerhardus Moguntinus et Iohannitus Mokicensis archiepiscopi, Duinus Pharensis, Petrus Tirasonensis, Bonifacius Parentinus et Leotherius Verulanus episcopi erteilen allen, welche die Kirche des Maria-Magdalenenklosters an den Festen der Geburt, Auferstehung und Himmelfahrt Christi, Pfingsten, den Marienfesten, der heiligen Michael, Peter und Paul, Maria Magdalena, Martin, Nikolaus, Godehard, Bernward, Katharina, Agnes, aller Heiligen, dem Dedikations- und dem Patronstage besuchen, einen Ablass von vierzig Tagen. Rom 1289 April 22 (x. kalendas may).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 108. Sechs Siegel in rotem Wachs an gelben und roten Seidenfäden.*

**882.** Domherr Friedrich von Adensen (Adenoys) genehmigt den durch seinen Vater (Johann) vollzogenen Verkauf dreier Salzpfannen in Münder, zweier Hausstellen und einer halben Hufe Landes an das Kl. Barsinghausen. Hildesheim 1289 April 24 (in vigilia Marci).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Barsinghausen Nr. 60 mit dem Siegel des Ausstellers. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. I, S. 46 Nr. 61.*

**883.** Bischof Siegfried bekundet, dass Ludinger von Gerstenbüttel (Garslebüttele) und seine Söhne Ludenger und Widekind gegenüber dem Kl. Wienhausen auf alles Recht an den Gütern in Hänigsen (Heningesen) verzichtet und in die Hände der Ritter Siegfried von Rautenberg, Aschwin von Lutter, Burchard von Wildenstein und des Knappen Friedrich von Stedere Währschaft versprochen haben. Peine 1289 Mai 6 (pridie nonas mayi, in die Iohannis ewangeliste).

Interfuerunt frater Theodericus et frater Reynerus conversi eiusdem claustrii, Godescalcus de Ellese, Thetmarus de Luttere famuli.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 109. Die Siegel des Bischofs, des von Lutter und des von Rautenberg gut erhalten. Gedr. Hermann Meyer, Gesch. des Kirchspiels Hänigsen S. 77.*

**884.** Ritter Heinrich von Barienrode verkauft dem Kl. Lamspringe drei Hufen in Eitzum bei Emne. Hildesheim 1289 Juni 2.

Heinricus miles<sup>1)</sup> de Berningerode — —. Notum sit omnibus — —, quod ego de pleno consensu uxoris mee domine Hillegundis et filiorum meorum Siffridi, Lippoldi, Iohannis et Siffridi et omnium heredum meorum tres mansos in villa Eythzem prope Emne sitos indecimales, quorum proprietates ad me iure hereditario pertinebat, cum omni iure in villa et in campo, in pascuis et in silvis, et habendi et instituendi opilionem et breviter cum omni iure, quo ipsos hactenus possedi, pro quadraginta marcis examinati argenti vendidi ecclesie Lamspringensi in perpetuum possidendos. Testes huius venditionis sunt Leyhardus decanus, Bertoldus scolasticus ecclesie sancte Crucis, Bernardus prepositus in Derneborch, Conradus plebanus forensis ecclesie in Goslaria, Hermannus quondam plebanus nove civitatis, Olicus quondam prepositus in Heninge, Luderus prepositus in Escherte, Otto cellerarius in Redageshusen clerici, Ekbertus camerarius, Ludolfus filius eius, Ernestus pincerna, Gerardus Cyghenbart,<sup>2)</sup> Grubo de Lapideo monte, Conradus filius eius milites, Thidericus de Perremont, Lippoldus de Rothinge famuli, Conradus Borchardi, Conradus de Damnone, Iohannes Dives, Thidericus de Minda burgenses et alii quam plures clerici et layci fide digni. Ne igitur — —. Datum et actum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx. ix<sup>o</sup>. iiii<sup>o</sup>. nonas iunii, in curia scolastici sancte Crucis.

*Or. im Kgl. St.-A. in Hannover, Lamspringe Nr. 58. Siegel des Ausstellers in rotem Wachs an schwarzen und weissen Hanf- und gelben Seidenfäden, am Rande beschädigt, zeigt zwei rechts gekehrte Fische über einander. Regest Doebner, UB. I, S. 211 Nr. 427, Bode, UB. II, S. 382 Nr. 373.*

**835.** Domherr (Friedrich), Sohn des Edelherrn Johann von Adensen, erwähnt in der Urk. des letzteren für das Kl. Lahde. Münden 1289 Juni 4 (sabbato infra octavam pentecostes).

*Gedr. Westfäl. UB. VI, S. 449 Nr. 1415.*

**836.** Die Bevollmächtigten des Domkapitels bestimmen über die Verwaltung der Obedienzen. Hildesheim 1289 Juni 17.

Dei gratia Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Volradus Montis prepositus, Iohannes cellerarius ecclesie Hildensemensis universis presentium inspectoribus orationes in domino cum debita karitate. Non inmerito recipitur et ab omnibus approbatur, per quod multiplex immo communis utilitas generatur. Igitur cum ex

<sup>1)</sup> Verlängerte Schrift. <sup>2)</sup> Or. Cygehenbart.

multiplici defectu in amministrazione obedientiarum non sine gravi periculo animarum in nostra Hildensemensi ecclesia grave scandalum oriretur. capitulum nostrum huic morbo obviare cupiens nobis duxit libere committendum, si contra hoc aliquod salubre remedium possemus adinvenire. Nos itaque accepta auctoritate capituli periculo minus bene administrantium quanto salubrius possumus subvenire volentes, per hoc tamen bene administrantibus derogare nolentes, de administratione obedientiarum ita duximus ordinandum. Generale enim capitulum pro obedientiariis semper sexta feria proxima ante festum nativitatis sancti Iohannis baptiste in nostra debet ecclesia observari et in illo capitulo omnes obedientiarii comparebunt et quilibet ita munitus, quod ibi possit verius protestari, si de sua obedientia vel obedientiis ad plenum possit vel non possit illo anno quod ministrandum fuerit ministrare. De qua vero vel de quibus protestatus fuerit, quod possit plene ministrare, nisi evidens et legitimum impedimentum superveniat, illam obedientiam vel obedientias ad suam administrationem obtinebit et capitulum de administratione plenaria ad ipsum habebit respectum. Si autem evidens et legitimum impedimentum, ut iam dictum est, superveniret, illud statim . . decano et capitulo notificabit et ab administratione illius illo anno cedit. De qua autem vel de quibus obedientiis dixerit, quod non possit ministrare, illam vel illas illo anno capitulo resignabit et decanus et seniores capituli de eis prout melius poterunt ordinabunt. Preterea singulis septimanis qualibet sexta feria per decanum aut cui decanus commiserit pronuntiabitur in scriptis in capitulo, a quo vel a quibus et unde quid in septimana sequenti fuerit a quolibet ministrandum. Serviturus etiam pro ebdomada cum cuneis octo diebus ante administrationis tempus triticum, quod pro illo tempore ipsum contingit, debet pistoribus presentare vel ipsos adeo certificare, quod possint tempore debito et debite ministrare. Quod si factum non fuerit, decanus et seniores capituli statim dampno illius, qui cuneos procurare debuit, procurabunt etiam si necesse fuerit sub usuris, et nichilominus qui procurare neglexit, si infra alios octo dies post primos octo dies faciende certificationis immediate connumerandos capitulo non satisfecerit, auctoritate huius statuti claustrum intrabit non exiturus, donec capitulo de dampnis et interesse per ipsum plenarie satisfiat. Item serviturus ad refectorium cum carnibus octo diebus ante tempus administrationis sue ordinabit adeo pro certo cum cocis, quod possint tempore debito et

debite ministrare. Quod si factum non fuerit, decanus et seniores capituli dampno illius, qui ministrare debuit, procurabunt etiam si necesse fuerit sub usuris, et nichilominus qui hoc cum cocis procurare neglexit, si infra alios octo dies post primos octo dies, ante quos cocos certificare debuisset, inmediate connumerandos capitulo non satisfecerit, auctoritate huius statuti claustrum intrabit non exiturus, donec capitulo de dampnis et interesse per eum plenarie fuerit satisfactum. Si vero carnes tales, que tunc pro tempore debentur, non inveniuntur, tunc ille obedientiarius sub simili pena et modo, sicut superius in consimilibus administrationibus dicitur, certificabit cocos, quod possint suo tempore in denariis vel aliis secundum quod decano et senioribus capituli visum tunc fuerit ratione habita ministrare. Ipsa vero dominica, qua cum carnibus servire inceperit, decem solidos ad pisces pro qualibet feria illius septimane, in qua feria emendi sunt pisces, presentabit, cui decanus de consilio seniorum capituli decreverit presentandos. Quod si factum non fuerit, decanus et seniores capituli dampno illius, qui dictos denarios hoc modo dare debuit, illos decem solidos vice capituli procurabunt, si necesse fuerit similiter sub usuris, et nichilominus si idem infra septimanam illam, qua cum<sup>1)</sup> piscibus servire debuit et neglexit, capitulo non satisfecit, auctoritate huius statuti claustrum intrabit non exiturus, quousque capitulo per ipsum de dampnis et interesse totaliter satisfiat. Item pro qualibet die in quadragesima pro piscibus a quolibet dandis obedientiarius, qui pro tempore fuerit, cocis aut illis,<sup>2)</sup> cui decanus de consilio seniorum capituli dari mandaverit, octo diebus ante tempus administrationis sue decem solidos presentabit sub simili pena iam premissa aut eos certificabit, quod pro certo possint tempore debito et debite ministrare. Quod si non fecerit, capitulum providebit sicut superius in consimilibus administrationibus plenius est<sup>3)</sup> expressum. Item denarii vigiliarum octo diebus ante tempus administrationis sue, si eodem modo cui decanus de consilio seniorum capituli presentandos decreverit non fuerint presentati, statim decanus et seniores capituli dampno illius, qui procurare debuit, illos denarios etiam si opus fuerit sub usuris vice capituli ministrabunt, et ille, qui procurare debuit et neglexit, si infra alios octo dies post primos octo dies, in quibus denarios procurare debuerat, inmediate connumerandos

<sup>1)</sup> cum über der Zeile nachgetragen. <sup>2)</sup> So das Or. <sup>3)</sup> est über der Zeile nachgetragen.

capitulo non satisfacit, auctoritate huius statuti claustrum intrabit non exiturus, donec capitulo de dampnis et interesse plene per ipsum fuerit satisfactum. Item serviturus ad caritatem octo diebus ante tempus sue administrationis certificabit pistoros de tritico et cocos de pullis et piscibus et Henricum Reinfredi de vino, ita quod pro certo possint tempore debito et debite ministrare. Quod si factum non fuerit, decanus et seniores capituli statim dampno illius, qui administrare debuit, procurabunt, si necesse fuerit ad usuras, et nichilominus qui sic procurare neglexit, si infra alios octo dies proximos post illos, in quibus ista procurare neglexit, capitulo non satisfacit, mox auctoritate huius statuti claustrum intrabit non exiturus, nisi capitulo totaliter satisfecerit de premissis. Item que de custodia, celleraria et archidiaconatu in Nethelinge ministranda fuerint ante administrationis sue tempus octo diebus pistoros de tritico, coci de pullis et piscibus et suis similibus, Henricus Reinfredi de vino certificari debent, quod possint pro certo et tempore debito et debite ministrare. Quod si factum non fuerit, decanus et seniores capituli statim dampno illius, qui ministrare debuit, procurabunt sub periculo, si oportuerit, usurarum, et nichilominus iste negligens, si infra alios octo dies immediatos post primos octo dies, ut sepe diximus, connumerandos capitulo non satisfecerit, auctoritate huius statuti statim claustrum intrabit non exiturus, donec capitulo satisfactionem fecerit debitam et condignam. Ceterum salva ordinatione omnium premissorum quilibet preter supradicta de bonis obedientiarum, quorum administrationem in predicto generali capitulo in se recepit, quicquid fuerit dandum vel ministrandum octo diebus ante administrationis sue tempus illa pistoribus, illa cocis, illa Henrico Reinfredi et singula singulis vel quibus decanus de consilio<sup>1)</sup> seniorum capituli presentari mandaverit, presentabit. Quod si factum non fuerit, statim decanus et seniores capituli dampno illius, qui ista procurare debuit, sub usuris, si oportuerit, procurabunt, et nichilominus iste negligens, si infra alios octo dies continuos post illos primos octo dies, in quibus presentare debuit presentanda, capitulo de dampnis et interesse non satisfecerit, auctoritate huius statuti claustrum intrabit non exiturus, donec de premissis capitulo fuerit satisfactum. Si autem aliquis habet obedientiam, in qua legitimum impedimentum superveniens habuerit, ille nobis

---

<sup>1)</sup> Or. consiliorum.

quatuor aut nobis substitutis illud indicabit impedimentum, et nos sub premissis modis secundum statum tunc presentem taliter ordinabimus, quod capitulum aliquid et obedientiaris aliquid recipiat, prout nobis videbitur expedire. Si vero aliquis in claustro sic iacentium infra mensem illum, quo clastrum, ut supra dicitur, intraverit, capitulo non satisfecerit, sicut predicatur, obedientia illa, de qua neglexit<sup>1)</sup> ministrare suo tempore, statim post predictum mensem ipso facto vacet et ille, quem ordo recipiendi tangit, acsi ille mortuus sit, a quo de facto vacat, recipiet, nisi dolose, quod absit, in claustro ideo sic iaceret, ut post illum mensem sequentem eum in ordine in minus bona obedientia possit ledere vel gravare, in quo casu nobis tale dubium emendandum vel declarandum aut nobis substitutis specialiter reservamus. Omnis enim hec ordinatio sive statutum hoc modo, quo prescriptum est, servabitur a festo nativitatis sancte Marie virginis ad tres annos, interpretatione eius, si in aliquibus vel aliquo dubium exortum fuerit, nobis per omnia reservata, ulterius duraturum, nisi capitulum in ipso aliquid in melius duxerit reformandum. Omnes vero supradicti in omnibus suprascriptis articulis nec a decano nec a capitulo debent in aliquo gratiam aliquam optinere. Preterea ut omnis rancor et omnis dissensionis materia ab universis nobis et singulis auferatur, quecumque de preterito tempore usque modo de obedientiis et bonis predictis a fratribus nostris tam vivis quam mortuis minus bene sunt data auctoritate capituli nobis in hac parte commissa totaliter in nomine domini presentibus in perpetuum relaxamus. Et in huius ordinationis seu statuti firmitatem et ratificationem presens scriptum inde confectum sigillis videlicet nostri capituli et nostris fecimus sigillari. Datum Hildensem anno dominice incarnationis millesimo cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. nono, xv<sup>o</sup>. kalendas iulii. Conradus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 303. Siegel des Domkapitels fast zur Hälfte verloren, die ander vier wenig oder garnicht verletz.*

**337.** *Johann von Adensen verkauft dem Kl. Wülfinghausen den Zehnten in Verdessen und resigniert ihn dem Bischof Siegfried. Hildesheim 1289 Juli 15 (idus iulii).*

Testes huius venditionis sunt . . Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Iohannes celerarius, Iohannes (de Ro)dhen canonici Hil-

<sup>1)</sup> *Or. ministrare neglexit mit Zeichen der Umstellung.*

densemenses, Ekbertus camerarius, Ernestus pincerna, Iohannes de Wlvinge, Conradus de . . . , Ludoldus de Eschere, Basilius de Rutenbergh, Albertus Bok, Lukemannus de Geynhu(sen milites, Arnoldus Bok, Ernestus frater suus, Bodo de Aulica, Hermannus Bok, Her(mannus) de Ger(merdes)sen.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wülfinghausen Nr. 43, Siegel verloren. Gedr. von Hodenberg, Calenberger UB. VIII, S. 34 Nr. 14.*

**888.** *Mehrere Erzbischöfe und Bischöfe erteilen den Besuchern und Unterstützern des Kl. Heiningen Indulgenz. Rieti 1289 Juli 15.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos Philippus Salernitanus,<sup>1)</sup> Petrus Arborensis, Iohannicus Mokicensis et Theoctistus Adrianopolensis dei gratia archiepiscopi,<sup>2)</sup> Raymundus Vapincensis, Guillelmus Callensis, Petrus Tyrasonensis, Thomas Interampnensis, Bonifacius Parentinus, Galterius Nygrapontanus, Bonus Iohannes<sup>3)</sup> Esculanus, Bartholomeus Gaietanus, Conradus Tullensis, Perronus<sup>4)</sup> Larinensis,<sup>5)</sup> Leotherius Verulanus, Guillelmus Dignensis, Duius<sup>6)</sup> Phariensis,<sup>7)</sup> Adam Aversanus, Franciscus Phanensis<sup>8)</sup> episcopi salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter serviatur, de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene servientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores. Cupientes igitur, ut monasterium sanctimonialium in Heninghen in honorem beatorum Petri et Pauli apostolorum constructum ordinis sancti Augustini Hildensemensis dyocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictum monasterium in festis subscriptis videlicet in diebus dedicacionum ipsius monasterii et altarium in eodem existencium vel in anniversariis diebus,<sup>9)</sup> in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie, in singulis festis beatorum Petri et Pauli apostolorum, beate Marie Magdalene, beatorum Augustini et Nycolai pontificum, beate Katerine virginis et per octavas omnium festivitatum pre-

<sup>1)</sup> Cop. Galernitanus.

<sup>2)</sup> episcopi archiepiscopi.

<sup>3)</sup> Bonniches.

<sup>4)</sup> Perronus. <sup>5)</sup> Larmensis.

<sup>6)</sup> Dumus. <sup>7)</sup> Phanosinus (?).

<sup>8)</sup> Pharenisia.

<sup>9)</sup> dierum.



dictarum causa devocionis accesserint, aut qui dicto monasterio vel altaribus eiusdem pro suis luminaribus, ornamentis, structuris vel aliis suis necessariis manus porrexerint adiutrices aut in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eiusdem<sup>1)</sup> auctoritate confisi singuli singulis singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Reate idus iulii anno<sup>2)</sup> millesimo ducesimo octuagesimo nono, pontificatus domini Nicolai pape quarti anno secundo.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Klosters, Ms. 546 S. 126 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**839.** *Bischof Siegfried schenkt mit Zustimmung des Domkapitels den Zehnten in Verdessen, den ihm der Edele Johann von Adensen resigniert hat, dem Kl. Wülfinghausen. Hildesheim 1289 Juli 15 (idus iulii).*

Testes sunt Iohannes maior prepositus, Arnoldus decanus, Wlradus Montis prepositus, Geveh(ardus) prepositus sancte Crucis, Bernardus scolasticus, Iohannes cellerarius canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Sifridus de Rutenberg, Albertus Bok milites, Hermannus et Arnoldus Bok famuli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Wülfinghausen Nr. 44. Siegel verloren. Gedr. von Hodenberg, Calenberger UB. VIII, S. 34 Nr. 42.*

**840.** *Papst Nikolaus IV. gestattet dem Kl. Heiningen den Gottesdienst zur Zeit eines Interdiktes bei verschlossenen Türen und ohne Geldute und mit Ausschliessung der Exkommunizierten. Rieti 1289 Juli 23.*

Nicolaus<sup>3)</sup> episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus . . priorisse et conventui monasterii in Heninge per priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini Hildesemensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis clausis ianuis quibus-

<sup>1)</sup> eorundem.    <sup>2)</sup> anno mill. fehlt.    <sup>3)</sup> Verlängerte Schrift.



libet aliis presertim excommunicatis et interdictis exclusis non pulsatis campanis canonicas horas dicere et per capellanum proprium dicta officia facere celebrari, dummodo vos vel idem capellanus causam non dederitis interdicto nec id contingat vobis specialiter interdicti. Nulli ergo — —. Si quis autem — —. Datum Reate x. kalendas augusti, pontificatus nostri anno secundo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 41. Bleibulle an roten und gelben Seidenfäden.*

**841.** *Der Vogt von Lichtenberg bekundet, dass der Meier in Luttrum allen Ansprüchen an einen Hof daselbst entsagt und dessen Sohn den Hof als Meier vom Kreuzstift auf drei Jahre erhalten hat. Lichtenberg 1289 August 26.*

Echehardus de Vinna advocatus in Lechtenberche notum esse volumus omnibus presens scriptum cernentibus, quod inter dominos ecclesie sancte Crucis Hildensemensis et inter Bertrammum de Luttenem quondam eorum villicum super edificiis et inpensis curie in Luttenem me mediante et instanter petente talis compositio intercessit. Idem Ber(trammus) coram me in castro Lechtenberche et dominis T(iderico) H(enrico) de Walmode et Wil(likino) de Olbere et B(runone) dicto Crevet et aliis pluribus honestis militibus omni iuri et actioni, quam habere in predicta curia Luttenem videbatur, manu et lingua renunciavit penitus, ut est moris, et me humiliter supplicante predicti domini eandem curiam filio predicti Ber(trammi) tamquam villico a festo Petri proxime instantis<sup>1)</sup> locaverunt in antea ad tres annos. Et idem villicus coram me diligentius re-promisit, quod eosdem dominos in iure suo bene et benivole per istud triennium pertractabit et nichil in eadem curia edificabit, nisi fuerit de eorum beneplacito voluntatis. Triennio vero elapso sepedicta curia ab antedicto villico erit omnimodis absoluta, nisi de speciali gratia et amicitia sibi denuo committatur. Testes huius compositionis sunt domini T(idericus) H(enricus) de Walmode, Wil(likinus) de Olbere et B(runone) dictus Crevet honesti milites et alii quam plures homines fide digni. In cuius rei evidens argumentum presens scriptum meo et Ber(nhardi) domini prepositi de Derneburgh et T(iderici) H(enrici) de Walmede sigillis diligencius est signatum. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>ix<sup>o</sup>. in castro Lentenberche<sup>1)</sup> feria sexta post Bartolomei.

<sup>1)</sup> *So das Or.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 200. Die drei Siegel von den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**842.** *Bischof Siegfried vidimiert drei Urkunden der Grafen von Scharzfeld betr. Resignation der Vogtei über die Meierei in Borsum. Hildesheim 1289 August 29.*

Nos Borchardus, Egbertus, Hermannus fratres, filii domini Borchardi de Wulfelbuttel, omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Litteris protestamur, nos pro amore dei et beati Petri et Pauli apostolorum et ad remedium nostrarum animarum necnon ad petitionem Thiderici et Iohannis et Hillebrandi fratrum x iugera et unam curiam et unum pratium et partem in silva quod vocatur nuth in villa Horum, que a nobis iure feudali tenuerunt, nobis relinquuntibus super scrineum beati Petri et Pauli in ecclesia Henynge liberaliter et unanimes consensu perpetuo contulisse, sub tali vero condicione, quidquid de hoc annuatim cedat fratri ipsorum Bodoni converso ad supplementum sui eo vivente deserviat, ipso autem mortuo ecclesie permanebit. Et ne ista tradantur oblivioni et aliquis possit infringere, nostri sigilli<sup>1)</sup> munimine fecimus consignari. Datum anno domini m. cc. lxxxix., in die Cecillie virginis. Huius rei testes sunt Hinricus prepositus, plebanus de Rede et alii quam plures.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Kl. Heiningen, beglaubigt im Jahre 1713, Ms. 546 S. 92 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Asseburger UB. I, S. 291 Nr. 453.*

**890.** *Bruno von Harsum, Kanoniker des Kreuzstiftes, ernennt Siegfried von Blankenburg, den Pfarrer Werner, Scholaster Bertold dictus Wlfgrove und mag. Bruno zu seinen Testamentsvollstreckern, dotiert die Kapelle der h. Anna und Elisabeth und trifft Bestimmungen über ihre Besitzungen und religiöse Handlungen in ihr. 1290 Dezember 5 (in vigilia sancti Nicolay).<sup>2)</sup>*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung, Kreuzstift Nr. 202 mit beschädigtem Kapitelssiegel, und Nr. 203, Siegel verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 218 Nr. 442.*

**891.** *Bischof Siegfried ordnet den Dienst auf einem von den Kirchspielsleuten errichteten Altar in der Andreaskirche zu Braunschweig und verspricht demnächstige Konfirmation dieser Stiftung. Peine 1290 Dezember 23 (sabbato ante nativitatem Domini).*

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig, gut erhaltenes Siegel des Bischofs. Gedr. Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 173 Nr. 367.*

<sup>1)</sup> Cop. nostro sigillo. <sup>2)</sup> Die andere Ausfertigung: in vigilia Nicolai.

**892.** *Bischof Siegfried erteilt den Besuchern und Unterstützern der Domkirche in Merseburg vierzig Tage Ablass. 1290.*

*Regest Kehr, UB. des Hochstiftes Merseburg (GQ. der Prov. Sachsen 36) S. 435 Nr. 546.*

**893.** *Bischof Siegfried erteilt allen, welche das Kl. Frankenberg an bestimmten Tagen besuchen und unterstützen, vierzig Tage Ablass. Goslar 1290.*

*Gedr. nach Copie Bode, UB. II, S. 421 Nr. 417.*

**894.** *Abt Ernst, Prior Arnold und der Konvent des Michaelisklosters bestimmen von einem Garten im Alten Dorfe zwölf Schilling zur Feier der Memorie der Adelheid, deren Mann Hildebrand von Linde (de Lindethe) ihnen fünf Mark Silber zu demselben Zwecke übergeben hat. 1290.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 81. Siegel des Abtes und des Konventes. Gedr. Doebner, UB. I, S. 220 Nr. 443.*

**895.** *Graf Heinrich von Wohldenbergh der Jüngere verkauft die Hälfte des Dorfes Bockenem den Brüdern Johann und Konrad und den Brüdern Heinrich, Ludolf und Burchard, Grafen von Wohldenbergh, welche die Belehnung damit bei der Äbtissin von Gandersheim nachsuchen mögen. 1290.*

*Testes insuper sunt dominus Sifridus de Blankenborch et Otto de Woldenberg canonici<sup>1)</sup> Hildenshemenses, Hermannus et Henricus fratres comites de Woldenberg, Olricus de Barem.*

*Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh. S. 788, Buchholz, Gesch. von Bockenem S. 128.*

**896.** *Domherr Ludolf von Hallermund entsagt gegen vier Bremer Mark allen Ansprüchen auf die Güter in Werdere, die das Kl. Loccum von Burchard Blome gekauft hat. Hildesheim 1290.*

*Gedr. von Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 300 Nr. 480, vgl. auch Nr. 398. Regest Westfäl. UB. VI, S. 460 Nr. 1450, vgl. Nr. 1196.*

**897.** *Wilbrand von Gustedt übergibt dem Kl. Wöltingerode eine Salzlieferung in Wepstidde für den Zehnten in Rechede (?). 1290.*

*Nos Willebrandus dei gratia comes<sup>2)</sup> dictus de Gustidde — — protestamur, quod nos — — contulimus et<sup>3)</sup> in hiis scriptis con-*

<sup>1)</sup> *Har. canonicus.* <sup>2)</sup> *Soll wohl miles heissen.* <sup>3)</sup> *et fehlt im Cop.*

ferimus ecclesie in Woltingerode septem frusta salis in Wepstidde pro decima in Rechede, que ad dictum claustrum pertinebat, libere et quiete perpetuo possidenda. Pro quarum donatione nos et nostros successores obligamus per presentes, quod prefate ecclesie volumus et debemus, si necesse fuerit, veram prestare warandiam. Testes huius facti sunt dominus Borchardus et dominus Lippoldus milites de Cramme, dominus Aschwinus de Saldere et dominus Pil de Lewenstede et fratres de Knistede et alii quam plures fide digni. Et ut — —. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts in Cop. VI, 115, S. 687 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Für Rechede ist vielleicht Rehede, Rhede im Kr. Marienburg, zu lesen.*

**898.** *Das Kl. Wöltingerode verkauft einem Bürger in Dedeleben eine halbe Hufe und eine Hausstätte ebenda. 1290.*

In nomine domini amen. Dei gratia Thidericus prepositus, Ghertrudis abbatissa, Sophia priorissa totusque conventus sancte Marie in Woltingerodhe — — notum esse volumus universis, quod, cum nostra ecclesia in multis esset debitis obligata et propter werram terre et magnam caristiam temporis onerosa, nos vero habentes et tenentes dimidium mansum et aream unam in campis et in villa Dedenleve liberum et solutum ab omni iure advocatie et a quolibet servitutis onere exemptum ipsum vendidimus Eghelmero civi in Dedenleve et uxori sue et pneris suis necnon et heredibus ipsorum ab eisdem legitime descendentibus,<sup>1)</sup> ita videlicet quod idem E(ghelmerus) vel sui heredes legitimi in die sancti Martini ecclesie nostre fertonem unum usualis argenti persolvant annuatim. Ne autem alicui dubium super his premissis oriatur, presentem paginam conscribi fecimus et sigillo nostre ecclesie eidem E(ghelmero) et suis legitimis heredibus tradimus efficaciter et in validum testimonium roboratum. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. cc. lxxx<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 56. Beschädigtes Konventssiegel.*

**899.** *Die Bürger Volkmar vom Hause und Dietrich von Minden verkaufen dem Kreuzstift zwei Gärten des Arnold von Minden mit dem Versprechen, dass dieser die Gärten dem Bischof Siegfried resigniert, und verpflichten sich zur Zahlung von 26 Mark an Bruno von Harsum*

<sup>1)</sup> *Or. descentibus.*

und den Scholaster Bertold, wenn das Stift das Eigentum der Gärten nicht erlangen kann. O. D. (nm 1290).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 223. Die beiden Siegel verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 221 Nr. 446.

**900.** Das Kl. Dorstadt bekundet, dass der verstorbene Priester Volquin ihm drei Pfund übertragen hat, mit denen es eine Hufe in Klein-Flöthe zur Feier der Memorie des Schenkers gekauft hat. O. D. (um 1290).

Thidericus dei gratia prepositus, Elizabeth priorissa totusque conventus sanctimonialium ecclesie in Dorstat omnibus — — recognoscimus, quod quidam sacerdos nomine Volchwinnus felicis memorie nostre ecclesie contulit tria talenta, cum quibus una area in minori Vlottedhe<sup>1)</sup> est comparata, de qua singulis annis sequenti die beati Gregorii nostris dominabus dabuntur v solidi et v pulli, ut pro eis missa pro defunctis et vigilie celebrentur in remedium anime domini prenotati. Ut hoc ratum et inconvulsum permaneat, litteram presentem cum appensione nostri sigilli fecimus roborari. Actum et datum etc.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Kl. Dorstadt zu Dorstadt fol. 25v.*

**901.** Genannte teilen dem Propste Dietrich (von Dorstadt) mit, dass L. Markeling auf seine Ansprüche verzichtet hat. O. D. (um 1290).

Reverendo domino T(hiderico) preposito ac universo capitulo in Dorstat Io. et H. dicti de Benz famuli necnon Io. plebanus in Kuz ac alii quam plures fide digni quicquid poterint obsequii et honoris. Scire vos volumus et presentibus protestamur, quod tam L. Markeling dictus quam sui heredes et successores ab actionibus iam dudum habitis penitus cessavit, quare litteras nostras testimoniales ad plenam confidenciam conscribi iussimus sigilli nostri appensione firmiter roboratas. Testes huius plures sunt. Petimus etiam quatenus etc.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Kl. Dorstadt zu Dorstadt fol. 28.*

**902.** Johann von Dahlum, Ritter, und seine Söhne Engelbert und Rudolf verzichten auf zwei Hufen in Eitzum (Eychem) zu Gunsten

<sup>1)</sup> Cop. hat Dorstat, die Überschrift aber lautet de una area in minori Vlottedhe.

des Kl. Marienrode in Gegenwart der Brüder Johann und Konrad Grafen vom Werder. 1291 März 19 (xiiii. kalendas aprilis).

Testes huius facti sunt dominus Conradus de Stenberge iunior et dominus Olricus de Barem milites, Theodericus de Hedereshusen, Alexander dictus Hupe.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 56. Die fünf Siegel an weissen Zwirnfäden meist wenig beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 82 Nr. 71.

**903.** Die Grafen Konrad, Johann, Heinrich, Ludolf und Burchard von Wohldenberg übereignen dem Maria-Magdalenenkloster ihnen von Hugo Vinkelere resignierte zwei Hufen in Gross-Düngen (in maiori villa Dunggem). Auf der Insel bei Wohldenberg 1291 März 25 (in annunciatione sancte Marie virginis).

Presentes erant et testes sunt Grubo et Conradus filius eius milites dicti de Stenberg, Olricus de Barem miles, Trobe, Hermannus de Vinkelere, Evardus de Dungem, Gunselinus de Netthe, Lippoldus et Theodericus fratres de Hethegerishusen.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 117. Siegel der Grafen Konrad und Heinrich.

**904.** Bischof Siegfried überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Propst Gerold und dem Konvente des Maria-Magdalenenklosters zwei Hufen in Gross-Düngen (in maiori villa Dungghem), die sie von Hugo Vinkelere gekauft und dieser ihm resigniert hat. Ruthe 1291 März 27 (feria iii. post annunciationem sancte Marie virginis gloriose).

Testes huius rei sunt Gevehardus summus prepositus, Arnoldus summus decanus, Bernardus scolasticus summus, Bernardus dictus de Meynersem, Iohannes dictus de Rothem canonici maioris ecclesie, Sifridus de Rutenberge, Albertus Boc, Ernestus pincerna milites, Lippoldus et Theodericus de Rohthinge, Evardus de Dungem, Hermannus dictus de Vinkelere ecclesie ministeriales.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 118. Beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels.

**905.** Papst Nicolaus IV. erteilt allen, welche die Kirche st. Martini in Wrisbergholzen (Holthusen) an den Marienfesten, am Tage st. Martini und deren Oktaven besuchen, ein Jahr und vierzig Tage Indulgenz. Viterbo 1291 Mai 3 (v. nonas maii, pontificatus nostri anno quarto).

Gedr. Falke, Cod. tradit. Corbei. S. 911. Regest Potthast 23651, Langlois, Registres de Nicol. IV. Nr. 4946.

**906.** *Bodo von Bolzum verspricht dem Propste des Bartholomäusstiftes, den rückständigen Zins einer Hufe in Bolzum auf Michaelis zu zahlen. 1291 Mai* [www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

Ego Bodo dictus de Bolthsem tenore presencium publice pretestor et recognosco, quod, cum dominus Hermannus prepositus sancti Bartholomei Hildensemensis censum unius mansi Bolthsem decem annorum preteritorum a me retentum ad ecclesiam suam Sultensem spectantis ad preces domini Henrici plebani de Gledygge, domini Hermanni Lepel<sup>1)</sup> militis, Hermanni ducis<sup>2)</sup> Cuccensis (?), Hermanni de Vorden michi remisissent, presentibus eisdem discretis viris promisi censum prefati mansi Bolthesem videlicet sex solidos Hildensemensis monete dativorum denariorum singulis annis de cetero in festo sancti Michaelis domino preposito et sue ecclesie persolvendum. Si autem, quod absit, eadem solucio census a me aut heredibus meis neglecta fuerit in dicto festo, ego autem et heredes mei ex parte domini prepositi vel sue ecclesie debent moneri, ut infra quatuor septimanas persolvant. Hoc iterum si neglectum fuerit, ego secundario aut heredes mei debent moneri, ut infra quatuor septimanas sequentes persolvant. Quod si non fecero vel heredes mei non fecerint, sed neglexerint, antedictus mansus sine contradictione ad ecclesiam Sultensem a me et heredibus meis absolutus libere revertetur. Ego et heredes mei ipsum de cetero non recipient nec requirent. Super hiis presentem litteram sigilli mei caractere<sup>3)</sup> roboravi dando eam ecclesie Sultensi futurorum ad cautelam. Huius rei testes sunt supradicti. Actum anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>. nonagesimo primo, septimo ydus may.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts in Ms. 324 fol. 82v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**907.** *Graf Heinrich von Wohldenbergh verkauft dem Moritzstift vier Hufen und drei Hofstätten in Heinde (Henedhe), welche ihm der Bürger Heinrich Hoeleke und er selbst dem Bischof resigniert. Hildesheim 1291 Mai 16 (xvii<sup>o</sup>. kalendas iunii).*

Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Iohannes celerarius, Robertus de Mansvelt<sup>4)</sup> Hildensemensis ecclesie, Ecbertus camerarius, Lutoldus de Escherthe, Sifridus de Rutenberch, Albertus Bok milites.

<sup>1)</sup> Cop. Lopel. <sup>2)</sup> So scheint im Cop. zu stehen. Wenn richtig gelesen, ist wohl vor ducis ein Wort wie dapiferi oder dergl. ausgefallen. <sup>3)</sup> Cop. caractore.

<sup>4)</sup> canonicus ist zu ergänzen

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 56. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest Doebner, UB. I, S. 222 Nr. 447.*

[www.htool.com.cn](http://www.htool.com.cn)

**908.** *Bischof Siegfried überträgt dem Moritzstift mehrere ihm resignierte Güter in Heinde. Hildesheim 1291 (zu Mai 16).*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — — ad noticiam tam presentium quam futurorum presentibus cupimus pervenire, quod de consensu nostri capituli et beneplacito curiam cum quatuor mansis, mansum de triginta iugeribus, et duas areas, item unam aream cum septem iugeribus in Henedhe cum omnibus suis iuribus et attinentiis tam in villa quam in campis ab omni advocacy et servitio libera, que omnia Henricus dictus Hoeleke burgensis noster Hildensemensis et uxor eius a comite Henrico filio Henrici comitis de Woldenberch in pheodo tenuerunt et in manus eisdem Henrici comitis de Woldenberch receptis prius venditionis titulo quinquaginta marcis puri argenti ab ecclesia montis sancti Mauricii Hildensemensis pro eisdem bonis liberaliter resingnaverunt, et post hec prefati comitis Henrici de Woldenberch eorundem bonorum, quia ipsa a nobis in feodo tenuit, principaliter resignatione accepta eidem ecclesie montis sancti Mauricii extra muros Hildensemenses dilecte nobis in Christo filie, cuius cultum in omnibus ampliare cupientes pro remedio anime nostre ad honorem omnipotentis dei et sancti Mauricii in proprium dedimus et presentibus damus iure perpetuo possidenda. In cuius rei robur — —. Testes sunt Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus de Meinersem cantor ecclesie Hildensemensis, Ecbertus camerarius, Sifridus de Rutenberch, Albertus Bock milites, Hermannus de Stempne famulus et alii clerici et layci quam plures fide digni. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. primo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 58. Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**909.** *Das Moritzstift verkauft dem Kl. Escherde vier Hufen in Agchem. 1291 (1261) Mai 16.*

Dei gratia Wlradius prepositus, Ludegherus decanus, Conradus scolasticus totumque capitulum montis sancti Mauricii in Hildensem — —. Hinc est, quod nos Wlradius prepositus, Ludegherus decanus, Conradus scolasticus et capitulum Montis iam predicti notum esse volumus, quod bona ecclesie nostre videlicet quatuor mansos sitos



in Agchem cum omni iure et utilitate scilicet silvis, pratis, paschuis, viis et inviis, aquis aquarumve decursibus et plane omnibus iuribus et proventibus, sicut ea pluribus annis libere possedimus, vendidimus domino Ludero preposito et conventui sanctimonialium in Escherte pro nonaginta marcis Bremensis argenti libere et quiete in perpetuum possidenda. In huius nostre venditionis perpetuum robur et munimen presentem litteram inde conscriptam sigillis videlicet nostris et ecclesie nostre munitam prescriptis . . . preposito, . . . priorisse et conventui super hoc dedimus ad cautelam. Testes huius sunt Arnoldus Hildensemensis ecclesie decanus, Wernerus plebanus forensis ecclesie ibidem, Iohannes cellerarius, Bernardus cantor Hildensemenses canonici, Eylardus de Dotessem, Thidericus de Redhen, Sifridus de Rutenberch, Albertus Bok milites et alii quam plures. Actum et datum anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lx.<sup>1)</sup> primo, xvii<sup>o</sup>. kalendas iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 38. Siegel des Propstes und des Kapitels an roten und gelben Seidenfäden.*

**910.** *Bischof Siegfried bekundet, dass in seiner Gegenwart Willikin von Gustedt das Eigentum von zwei Hufen in Meerdorf dem Ritter Johann von Gadenstedt übertragen hat. Reden (Reten) 1291 Mai 22 (xi. kalendas iunii).*

Presentes fuerunt Sifridus de Rutenberg, Aschwinus de Luttere milites, Lippoldus de Rothinge, Borchardus de Saldere famuli.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Riddagshausen Nr. 285. Siegel des Bischofs von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**911.** *Die Brüder Ludolf und Burchard von Cramme, Ritter, verkaufen mit ihren Söhnen Lippold, Burchard, Dietrich und Harbert dem Kl. Marienrode drei Hufen in Anderten, die Hälfte des Zehnten des ganzen Dorfes und eine Mühle daselbst für 120 Mark Silber. 1291 (zu Mai 23).*

Testes huius rei sunt Ghevehardus maior (prepositus), Arnoldus decanus, Bernardus cantor, Siffridus de Blankenborch, Iohannes de Roden, Fredericus de Adenoys, Ludolfus de Halremunt, Conradus de Valkensteyn canonici Hildensemenses.

*Abchrift des 15. Jahrhunderts im Ms. XXIII, 767, fol. 124 in der Kgl. Bibliothek zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 83 Nr. 72.*

<sup>1)</sup> *So das Or. mit Rasur dahinter. Die Urk. muss nach Ausstellern und Zeugen in das Jahr 1291 gesetzt werden.*

**912.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Marienrode auf Bitten des Abtes Widekind zwei Hufen und den halben Zehnten und eine Mühle in Anderten, welche die Ritter und Ministerialen Ludolf und Burchard von Cramme ihm mit Zustimmung ihrer Söhne Lippold und Burchard und Hartbert resigniert haben. Hildesheim 1291 Mai 23 (x<sup>o</sup>. kalendas iunii).*

Testes sunt Gevehardus prepositus, Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Wlradius prepositus Montis, Wernerus plebanus.

*Abchrift des 15. Jahrhunderts in Ms. XXIII, 767, fol. 125 in der Kgl. Bibliothek zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 84 Nr. 73. Regest Doebner, UB. I, S. 222 Nr. 448. Die Brüder von Cramme resignieren die Güter dem Bischofe Juni 2 (iiii<sup>o</sup>. nonas iunii), Abchrift a. a. O. fol. 124v, gedr. a. a. O. S. 86 Nr. 75; hier wohl Fehler im Datum (die in dem Ms. sehr häufig sind), denn der Bischof spricht bereits von der vollzogenen Resignation.*

**913.** *Graf Johann von Wunstorf überträgt dem Kl. Marienrode das Eigentum einer Hufe in Anderten, welche Ritter Burchard von Cramme von ihm zu Lehn hatte. 1291 Mai 24 (ix<sup>o</sup>. kalendas iunii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 57. Siegel nebst Befestigung verloren. Gedr. Marienroder UB. S. 85 Nr. 74.*

**914.** *Das Stift Gandersheim schenkt dem Kl. Escherde fünf Hufen in Wenerde und erhält dafür von Ritter Ludold von Escherde, der sie ihm resigniert hat, als Entschädigung fünf Hufen in Warzen. 1291 Mai 27.*

Margareta dei gratia abbatissa, Mechteldis preposita, Lutgardis decana, Sophia custos totumque capitulum secularis ecclesie in Gandershem ad perpetuam rei memoriam. Notum esse<sup>1)</sup> cupimus universis presentibus et futuris, quod deliberatione competenti prehabita de communi consensu nostri capituli donavimus monasterio sanctimonialium in Escherte quinque mansos sites in villa Wenerde, quos dominus Ludoldus miles de Escherte ab ecclesia nostra in feodo detinuerat et nobis libere resignavit, iure proprietario quiete et libere perpetuo possidendos. In quorum mansorum commutatione de dicti Ludoldi proprietate recepimus alios quinque mansos sites in villa Werdessen equivalentes supradictis mansis, quos idem L(udoldus) ecclesie nostre donavit, sicut liquido apparet suas litteras per patentes. Ad cuius — —. Testes sunt Theodericus de Reden,

<sup>1)</sup> esse über der Zeile nachgetragen.

Theodericus de Zellenstede milites, Guncelinus de Peyne, Mane-goldus et Iohannes de Brughem, Hermannus Surinc et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. nonagesimo primo, vi<sup>o</sup>. kalendas iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 75a. Gut erhaltene Siegel der Äbtissin und des Konventes. Die Schrift der Urk. stellenweise abgesprungen.*

**915.** *Bischof Siegfried verpflichtet sich, die Bischofsmühle auf eigene Kosten zu verlegen und die Brücke über die Leine bei Poppenburg wiederherzustellen, und verzeiht den Bürgern die Ausschreitungen gegen ihn, doch ohne Verzicht auf sein und der Kirche Recht innerhalb und ausserhalb der Stadt. Hildesheim 1291 Juni 23 (ix. kalendas iulii, in vigilia beati Iohannis baptiste).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 339. Siegel des Bischofs. Gedr. Abgenüthigte Animadversiones Stadt contra Kl. s. Michael., Hildesheim 1722 S. 156, Doebner, UB. I, S. 223 Nr. 450.*

**916.** *Bischof Siegfried bekundet die Gründung einer Vikarie im Kreuzstift durch den Kanoniker Ludolf von Braunschweig. Hildesheim 1291 Juni 29.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Sigfridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — — notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod dominus Ludolphus de Brunshwig ad honorem dei et salutifere crucis pro remedio anime sue et parentum suorum solatio vicariam perpetuam sacerdotis cum quinque mansis in Dinckeler sitis instituit nostra fultus autoritate in ecclesia sancte Crucis eo modo videlicet, quod eiusdem vicarie sacerdos ad debitum chori tanquam alii vicarii sancte Crucis erit perpetuo obligatus. Quia vero propter collationem talium beneficiorum ad capitulum spectantium nonnunquam propter vota dissidentium graves dissensiones in capitulis oriuntur, idem dominus Ludolphus ad futuras controversias precavendas provida deliberatione perhabita collationem predictae vicarie sicut<sup>1)</sup> prioris, quam ibidem instituit, absolute confert decano, scholastico et custodi post mortem suam, ut ipsi deum pre oculis habentes ecclesie sancte Crucis et predicto beneficio super animas suas provideant idonea de persona. Nos igitur considerantes, prefati domini Ludolphi statutum omnimodis esse pium, ipsum autoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra pre-

<sup>1)</sup> Cop. sic et.

sentibus in nomine domini confirmamus precipientes sub forma excommunicationis et suspensionis, ne aliquis ullo unquam tempore ipsum ~~presumat~~ ~~assumit~~ temerario violare. Volumus preterea,<sup>1)</sup> ut bona ad predictam vicariam conquisita vel procedente tempore conquirenda sub eadem pena, quam premisimus, sint defensa. Ne quidem — —. Datum Hildesii anno domini m. cc. lxxx. primo, in die apostolorum Petri et Pauli.

*Abchrift des 18. Jahrhunderts in Ms. 185 S. 71 im Museum zu Hildesheim. Die frühere Gründung der Vikarie vgl. oben Nr. 555.*

**917.** *Bischof Siegfried überträgt mit Zustimmung des Domkapitels den Zehnten von 57 Hufen in Lebenstedt (Levenstede), den die Brüder Hermann und Heinrich und deren Vettern (patruelles) Johann und Konrad, Brüder, Grafen von Wohldenbergh, ihm aufgelassen haben, auf Bitten des ebenfalls resignierenden Johann Pil dem Kl. Riddagshausen. Hildesheim 1291 Juli 4 (iv. nonas iulii).*

Huius rei testes sunt Eggelbertus plebanus de Levenstede, Thidericus de Walmeden, Thidericus de Godenstede, Andreas de Luttere, Bruno dictus Creveth milites, Gevehardus et Ludolfus de Bortvelde.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 289. Von den sieben meist stark beschädigten Siegeln an roten und grünen Seidenfäden fehlt das fünfte ganz.*

**918.** *Propst Volrad des Moritzstiftes überträgt dem Kl. Riddagshausen den Zehnten von 16 Hufen in Lebenstedt (Levenstede), den die Brüder Friedrich und Gebhard von Bortfeld ihm resigniert haben. Hildesheim 1291 Juli 6 (pridie nonas iulii).*

Huius testes rei sunt Tidericus prepositus de Dorstat, Engelbertus plebanus in Levenstede, Tidericus de Walmoden miles, Ludolfus et Gevehardus fratres de Bortvelde, Iohannes Pil.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 290. Siegel des Propstes wenig, des Kapitels stark beschädigt an roten und grünen Seidenfäden.*

**919.** *Die Brüder von Bortfeld schenken dem Moritzstift vier Hufen in Gustedt. 1291 Juli 8.*

Nos Ludolfus et Gevehardus fratres dicti de Bortvelde tenore presencium recognoscimus et pupplice protestamur, quod nos ad in-

<sup>1)</sup> *Cop. propterea.*

stanciam patrum nostrorum videlicet Gevehardi et Friderici dictis<sup>1)</sup> de villa antedicta damus domino preposito necnon decano, scolastico totique conventui montis sancti Mauricii extra muros Hildensemensis ecclesie<sup>2)</sup> proprietatem quatuor mansorum in villa Gustede iure perpetuo possidendam. Ne ergo — —. Datum anno domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxx primo, in die Kiliani martiris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 57. Gemeinsames Siegel der Brüder, schildförmig, zeigt kreuzweise gelegte Glevenstäbe: (S. L)VDOLFI GEVEHARDI DE BORTVELDE.*

**920.** *Die Brüder von Bortfeld erhalten vom Moritzstift die Meierei in Lebenstedt auf Lebenszeit in Pacht. 1291 Juli 11.*

Nos Gevehardus et Fridericus fratres dicti de Bortvelde presentibus recognoscimus publice protestantes, quod villicacionem in Levenstede ecclesie montis sancti Mauricii in Hildensem ad vite nostre solummodo tempora in commisso ab eiusdem ecclesie preposito, decano et capitulo recepimus tali condicione sive pacto, quod ego Gevehardus interim quod vivo et ego Fridericus Gevehardo defuncto debeamus, sicut fide data promissimus, ipsis dominis de dicta villicacione prebendam debitam scilicet sex<sup>3)</sup> talenta in festo sancti Martini Hildensemensium denariorum dativorum omni exceptione remota, qualiscumque sit status terre, expedite annis singulis ministrare. Alioquin si predicta sex talenta suis iam dictis terminis post legitimam monicionem nullatinus, quod absit, ministraremus vel quando nos ambos decedere contingit, extunc predicta villicacio cum omnibus suis iuribus et attinenciis ipso facto prefate ecclesie vacabit et ad ipsam sine omni contradictione nostra libere revertetur, quia recognovimus et presentibus recognoscimus, quod nullum ius hereditarium habuimus vel habemus nec nostri heredes debent nec possunt aut poterunt ius aliquod vendicare. In huius rei testimonium presentem litteram nostro mandato inde conscriptam sigillo nostro communi et sigillis domini Ludolfi de Cramme consanguinei nostri et domini Thiderici de Gūdenstede militum fecimus sigillari. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc. primo, quinto idus iulii.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 16 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

<sup>1)</sup> So das Or.    <sup>2)</sup> Soll civitatis heissen.    <sup>3)</sup> Cop tria, am Rande von späterer Hand sex entsprechend der folgenden Angabe.

**921.** *Der Rut der Stadt bekundet, dass die Brüder Bertold und Heinrich von Heyersum, Bürger, von dem Moritzstifte die Meierei in Heyersum auf Lebenszeit mit der Verpflichtung erhalten haben, die daraus zu entrichtende Prébende sowie die in den letzten fünf Jahren zurückbehaltenen zu bezahlen. 1291 Juli 13 (tercio idus iulii).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 16v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Doebner, UB. III, S. 656 Nachtr. Nr. 46.*

**922.** *Edelherr Johann von Adensen verkauft mit Zustimmung seiner Söhne Friedrich, Domherrn in Hildesheim, und Johann, Knappen, seiner Töchter Adelheid, Gräfin von Hallermund, und deren Sohnes Gerhard, Margarete Stiftsdame in Gandersheim, Gisela von Hardeggen und Gertrud von Ohsen dem Kl. Loccum Güter in Egestorf und Bakede. Eldagsen 1291 Juli 13 (in die Margarete virginis).*

*Abschrift des 14. Jahrh. in Cop. III, 130, S. 53 Nr. 252 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Scheidt, Vom Adel S. 60, v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 303 Nr. 485. Regest v. Spilcker, Gesch. der Gr. v. Everstein, UB. S. 214. Vgl. auch die Urk. ähnlichen Inhaltes von denselben aus dem J. 1294, Scheidt a. a. O. S. 84, v. Hodenberg a. a. O. S. 312 Nr. 501, von 1297 Juni 13 (ydus iunii) s. Hodenberg a. a. O. S. 324 Nr. 520, und von 1302 Mai 1 (in die apost. Philippi et Jacobi) a. a. O. S. 340 Str. 551.*

**923.** *Abt Hermann von Riddagshausen zeigt dem Bischof Siegfried die Übertragung des Eigentumes von fünfzehn Hufen in Lebenstedt an sein Kloster an als Ersatz für den Zehnten daselbst. 1291 Juli 22.*

Venerabili domino S(iffrido) Hildensemensis ecclesie episcopo totique eiusdem ecclesie capitulo frater Hermannus dictus abbas totusque conventus in Riddageshusen cum oracionibus devotis paratam ad quolibet beneplacita voluntatem. Presencium tenore recognoscimus et protestamur publice, quod nos nobis et nostre ecclesie dedimus proprietatem quindecim mansorum in villa Levenstede in restaurum iuris et proprietatis decime in iam dicta villa Levenstede, quam comites de Woldenberge a nobis feudali iure tenebant. In cuius rei — — Datum anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xc<sup>o</sup>i<sup>o</sup>, xi. kalendas Augusti.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 47 Nr. 607 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**924.** *Lippold von Dahlum verzichtet zu Gunsten des Kl. Marienrode auf zwei Hufen in Eitzum (Ezthem), nachdem ihm Abt Widekind*

*zwei Mark bezahlt hat. Winzenburg 1291 Juli 23 (in crastino Marie Magdalene).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 58. Siegel des Ausstellers und des Ritters Gerhard von Gandersheim beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 87 Nr. 76.*

**925.** *Propst Dietrich von Dorstadt unter den Zeugen der Urk. der Brüder Burchard, Ekbert und Hermann von Wolfenbüttel für das Kl. Riddagshausen. Braunschweig 1291 August 1 (kalendas augusti).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen. Gedr. Asseburger UB. I, S. 292 Nr. 455.*

**926.** *Die Bewahrer des Landfriedens nehmen die Stadt Helmstedt in den Frieden auf. Im Lager vor Harlingeberg 1291 August 7.*

Nos Ericus dei gratia Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Sifridus eadem gratia episcopus Hildensheymensis, Otto eiusdem gratia Brandenburgensis marchio, Albertus et Wilhelmus simili gratia duces de Brunswic necnon Otto eadem gratia comes Ascharie princeps in Anhalt ceterique nobiles et barones universi, iurate pacis conservatores, recognoscimus coram omnibus Christi fidelibus litteris presentibus publice protestantes, quod honestos viros consules et burgenses universos civitatis Helmenstede ipsamque civitatem cum omnibus bonis et rebus eisdem attinentibus assumpsimus nostre paci, defensionis pariter et tutele, ita quod ipsis in omnibus suis causis et negotiis huiusmodi pacis termino durante promovere tenebimur efficaciter et tueri. Nichilominus tamen et ipsi simile nobis tenebuntur facere versa vice, utpote qui se iuramento astrinxerunt pari nobiscum. In huius rei securitatem maiorem et evidens testimonium presentes litteras conscribi iussimus sigilli pacis generalis munimine roboratas. Acta sunt hec et data in castris ante Harlingeberge anno dominice incarnationis m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxxi<sup>o</sup>., vii<sup>o</sup>. idus augusti.

*Or. im Stadtarchiv zu Helmstedt. Gemeinsames Siegel der Verbündeten (iudicium pacis Saxonie generalis). Gedr. (Lichtenstein) Epist. observ. hist.-jurid., epist. III, S. 19, Scheid, Vom Adel S. 206 mit Abbildung des Siegels, Falke, Codex trad. Corb. S. 930, Riedel, Codex dipl. Brand. II, 1, S. 198, v. Heinemann, Codex Anhalt. II, S. 496 Nr. 703.*

**927.** *Erzbischof Erich von Magdeburg und die Bischöfe Siegfried von Hildesheim, Hermann von Schwerin und Johann von Havelberg*



verleihen allen, welche die Stephanskirche in Osterwieck an bestimmten Tagen besuchen, vierzig Tage Ablass. Osterwieck 1291 August 12 (pridie idus augusti).

Gedr. Mecklenburg. UB. X, S. 509 Nr. 7231.

**928.** Graf Gerhard von Hallermund überträgt dem Kl. Marienrode eine Hufe in Bemerode (Bewingherode), welche es von Ritter Siegfried von Roden gekauft und dieser ihm resigniert hat. 1291 August 28 (quinto kalendas septembris).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 59. Siegel des Grafen an weissen Hanfsechnüren gut erhalten. Gedr. Marienroder UB. S. 88 Nr. 77.

**929.** Die Brüder Ludolf, Domherr, und Gerhard Graf von Hallermund genehmigen den Verkauf einer Hufe in Bemerode (Beviggerodhe) durch Ritter Siegfried von Roden, der sie von ihnen zu Lehn hat, an das Kl. Marienrode und übertragen sie dem Kloster zum Seelenheil ihres verstorbenen Vaters Ludolf. 1291 August 30 (tercio kalendas septembris).

Testes autem huius rei sunt dominus H Ernestus pincerna, dominus Iohannes de Stedere, dominus Albertus dictus Bok.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 60. Beide Siegel verloren. Gedr. Marienroder UB. S. 88 Nr. 78.

**930.** Bischof Siegfried schenkt mit Zustimmung des Domkapitels den Minoriten in der Stadt Hannover, die ihm und seiner Kirche eigentümlich gehört, eine Hausstelle daselbst. Hildesheim 1291 September 5 (nonas septembris).

Or. im Stadtarchiv zu Hannover. Siegel des Bischofs und des Domkapitels. Gedr. UB. der Stadt Hannover (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen V) S. 55 Nr. 54.

**931.** Adelheid, Wittwe des Grafen Wilbrand von Hallermund, bekundet, dass ihr Sohn Gerhard und seine Schwester eine Hufe in Bemerode (Bevigerode), welche Ritter Siegfried von Roden von ihnen zu Lehn hatte, dem Kl. Marienrode übertragen haben und die Urkunde darüber besiegeln werden, sobald sie ein eigenes Siegel besitzen. Hallermund 1291 September 5 (nonas septembris).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 61. Siegel der Ausstellerin wenig beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 89 Nr. 79.

**932.** *Das Michaeliskloster übereignet dem Kl. Escherde Güter in Achum. 1291 September 21.*

In nomine domini amen. Ernestus dei gratia abbas, Ludolphus prior totusque conventus monasterii sancti Michaelis in Hildensem — — notum esse volumus presentibus et posteros non latere, quod, cum dominus Eylardus miles de Dotissen bona in Achum sita, que a nobis in feodo tenuit, nobis libera resignasset, nos domini prepositi atque totius conventus sanctimonialium ecclesie in Escherte devotis ac humilibus precibus inclinati de communi consensu et libera voluntate proprietatem predictorum bonorum iam dicte ecclesie contulimus propter deum et in nostrarum remedium animarum cum omni fructu et utilitate in silvis videlicet, in pascuis et in pratis necnon cum omnibus attinentiis perpetuo possidendam. Ut autem — — Datum anno domini millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. nonagesimo primo, xi<sup>o</sup>. kalendas octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 76. Siegel des Abtes und Konventes an rot-grünen geflochtenen Seidenschnüren. Die Urk. stockfleckig.*

**933.** *Domdechant (Arnold) ist beteiligt an dem Exkommunikationsprozess gegen den Slavenfürsten Bogislav, der die Güter des Templerordens in Deutschland und Slavien in Besitz genommen hat. 1291 September 27.*

*Vgl. das Nähere Langlois, Les Registres de Nicolas IV, S. 818 Nr. 6096.*

**934.** *Papst Nikolaus IV. beauftragt den Bischof (Heinrich) von Merseburg, die Brüder Heinrich, Albert und Wilhelm, Herzöge von Braunschweig, zu veranlassen, dass sie ihm die Bullen der Päpste Innocenz' IV. und Alexanders IV., in welchen diese den Vorfahren der Herzöge die Indulgenz erteilen, ohne besonderen Auftrag des päpstlichen Stuhles nicht exkommuniziert werden zu können, zur Abschriftnahme überlassen, und dass er die Abschriften unter seinem Siegel dem Papste einsende. Orvieto 1291 September 30 (ii. kalendas octobris, pontificatus nostri anno quarto).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 324. Bleibulle an Hansschnur. Danach gedr. Sudendorf, UB. I, S. 73 Nr. 119, nach Registerband 46 fol. 105 Nr. 529 im Vatikanischen Archiv, der auch auf der Rückseite der Urk. erwähnt wird, gedr. Finke, Westfälisches UB. V, S. 379 Nr. 794. Regest Potthast, Reg. pont. 23841, Kehr, UB. des Hochstifts Merseburg (GQ. der Provinz Sachsen 36) S. 440 Nr. 556. Die Bulle Innocenz' IV. von 1248 Juni 19 gedr. a. a. O. S. 23 Nr. 33, die Alexanders IV. von 1256 August 6 gedr. a. a. O. S. 28 Nr. 41.*

**985.** *Bischof Siegfried verkündet den in der Generalsynode zu Hildesheim gefassten Beschluss, dass Niemand von einer Kirche Zinsgüter haben könne, wenn er nicht entweder offenbar ein Lite der Kirche sei oder dies durch offene Briefe oder glaubwürdige Zeugen beweisen könne. Hildesheim 1291 Oktober 22 (in die Severi confessoris).*

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Beschädigtes Siegel des Bischofs. Gedr. Bode, UB. II, S. 434 Nr. 425, Doebner, UB. III, S. 657 Nachtr. Nr. 47.*

**986.** *Bischof Siegfried, Dompropst Gebhard, Domdechant Arnold, Domscholaster Bernhard und das ganze Domkapitel verheissen allen denen, welche zum Wiederaufbau der Kirche des Johannisstiftes beisteuern, vierzig Tage Ablass und verordnen, dass die Almosen dem Dechanten Ulrich und dem Stifftsherrn Johann von der Innerste übergeben werden. Hildesheim 1291 November 17 (xv<sup>o</sup>. kalendas decembris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 37. Bruchstück des Siegels des Bischofs, das des Kapitels verloren. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 224 Nr. 452. Eine im Wesentlichen wörtlich übereinstimmende Wiederholung dieses Ablasses erfolgte Hildesheim 1297 Juli 5 (iii. nonas iulii) durch dieselben, Or. a. a. O. Nr. 58, kleines Bruchstück des bischöflichen Siegels und etwa zur Hälfte erhaltenes Siegel des Domkapitels. Erwähnt a. a. O. Anm.*

**987.** *Bischof Siegfried verkauft den Brüdern Johann, Dietrich und Ekehard Werdegen (qui dicuntur Digni) einen Garten nördlich von seinem Allod bei der Stadt. Hildesheim 1291 Dezember 11 (tercio idus decembris, pontificatus nostri anno tercio decimo).*

*Testes huius rei sunt Arnoldus decanus, Wlradius Montis prepositus, Iohannes de Roden, Bernardus scolasticus canonici, Sifridus de Rutenberge, Albertus Boch.*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim, Mus. Nr. 21. Siegel des Bischofs und beschädigtes des Domkapitels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 225 Nr. 453.*

**988.** *Bischof Siegfried bekundet, dass der Propst und das Kapitel des Moritzstiftes aus Veranlassung eines besonderen Falles geschworen haben, Niemand zum Kanoniker zu erwählen, ehe nicht eine Präbende erledigt sei. Moritzstift 1291.*

*Sifridus dei gracia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus, ad quos presens littera pervenerit, gratiam in presenti et gloriam in futuro. Quam dilecti nobis in Christo prepositus et . . . decanus ac capitulum ecclesie Montis in Hildensem ad quorundam amicorum nostrorum devotam instanciam nostre dilectionis intuitu nulla in*

eadem ecclesia prebenda vacante Iohannem de Colonia scolarem et clericum nostrum et Iohannem de Honovere canonicum et scolasticum ecclesie sancti Iohannis in Hildensem elegerunt primo Iohannem de Colonia, secundo Iohannem de Honovere predictos more solito et simpliciter in canonicos et in fratres promittentes, quod, quando-cumque de iure primum facultas se obtulerit, quod<sup>1)</sup> volunt ipsis in prebendali fructu secundum ordinem cum plenitudine iuris canonici providere. Qui viceversa in manus nostras et domini Volradi dicte ecclesie prepositi nomine eiusdem capituli sui promissionem huiusmodi recipientis promiserunt, quod, antequam prebende alique vacent ibidem, que ipsis de iure debeantur, capitulum nolunt nec debeant impetere vel aliquo modo infestare. Ne vero propter inopportunitatem petencium, quando nulla apud ipsos vacat prebenda, aliqua electio de cetero attemptetur, petentibus omnibus de nostro et infrascriptorum consilio . . . prepositus predictus in animas omnium de capitulo voluntate singulorum ad sancta dei ewangelia statim iuravit, quod de cetero antequam prebenda aliqua vacet salva auctoritate superioris nullam velint electionem canonicorum vel debeant aliquo modo celebrare. Nos autem predicta omnia et singula grata et rata habentes de consilio dominorum Gevehardi prepositi, Arnoldi decani, Iohannis cellerarii, Sifridi de Blankenborch nostre maioris ecclesie, qui hiis interfuerunt, auctoritate nostra ordinaria in nomine domini presentibus confirmamus. Si quis vero hanc nostre confirmationis litteram infringere presumpserit vel ei ausu temerario contraire, indignationem omnipotentis dei et nostram preter reatum periurii se noverit incurrisse. Et in huius rei testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillis nostro videlicet et predictorum dominorum una cum sigillo eiusdem capituli Montis fecimus sigillari. Datum et actum Hildensem in Monte anno dominice incarnationis m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. primo.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 32<sup>v</sup> in der Beyerinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**939.** *Propst Volrad des Moritzstiftes überlässt seinem Kaplan, dem Kanoniker Konrad, dem Sohn des (†) Heinrich, Vogtes in Braunschweig, mit Zustimmung des Kapitels einen von ihm ausgebauten Platz super nostro claustrali ambitu super testudine versus meridiem auf*

<sup>1)</sup> So das Cop.

*Lebenszeit mit der Bedingung, dass der Platz dreissig Tage nach dem Tode Konrads zur freien Verfügung an das Stift zurückkomme. 1291.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 59. Beschädigtes Siegel des Propetes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Doebner, UB. I, S. 227 Nr. 456, Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 547 Nr. \*367.*

**940.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass der Bürger Johann von Heyersum (Hogersum) der Jakobikapelle einen Wachsziens aus seinem kleinen Hause angewiesen hat. 1291.*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 1245 e. Bruchstück des Stadtsiegels. Gedr. Doebner, S. 226 Nr. 454.*

**941.** *Die Ratsherren bekunden, dass Johann, Konrad, Adelheid und Mathilde, Kinder des verstorbenen Konrad von Astenbeck, dem Bürger Johann Berstelhede aus ihrem Hause beim Kreuztore eine Rente verkauft haben. 1291.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 204. Stadtsiegel verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 228 Nr. 457.*

**942.** *Bischof Siegfried genehmigt die Gründung der Kapelle der h. Anna und Elisabeth an der Kreuzkirche durch den Kanoniker Bruno von Harsum (Hardessem) und deren Besetzung durch einen Priester und Vikar. 1291.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 205. Kleines Bruchstück des Siegels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 226 Nr. 455. Die Gründung war bereits 1288 erfolgt, vgl. oben Nr. 802 und 809.*

**943.** *Balduin von Steinberg entsagt allen Ansprüchen an eine Hausstelle und eine Hufe in Gross-Düngen, welche das Maria-Magdalenenkloster von ihm gekauft hat. Poppenburg 1291.*

Ego Bolwinus dictus de Stenberge omnibus notum esse cupio, quod aream unam et mansum unum situm in maiori villa Dunghen, quem a comite Ottone de Everstene in feodo hereditario iure possedi, ipsi comiti libere resignavi, quem videlicet mansum et aream Gerholdus prepositus domus beate Marie Magdalene ad usus sui conventus necessarios perpetuo possidendum pro xiiii marcis examinati argenti a me comparavit. Ego vero Bolwinus omni iuri, quod michi in predictis bonis competere videbatur, renuncians prememoratum conventum rite et iusto modo superius scripta bona cum omni iure civili scilicet in agris, in silvis, in paschuis ceu in pratis sibi ven-

dicasse protestor in hiis scriptis. Ut autem — —. Huius rei testes sunt H Ernestus pyncerna Hildensemensis, Albertus Boc milites, Hermannus Boc, Arnoldus<sup>1)</sup> Boc ministeriales ecclesie, Lippoldus de Rotginge et Conradus de Saldere et alii quam plures fide digni. Actum et datum in castro Pompenborch anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. primo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 19. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt aufgerichteten Bock.*

**944.** *Graf Otto von Eberstein, Kölner Marschall, überträgt eine ihm von Balduin von Steinberg resignierte Hausstelle und Hufe in Gross-Düngen (in maiori villa Duggem) dem Maria-Magdalenenkloster. Polle 1291.*

Presentes erant et testes sunt Conradus miles de Stenberge, Ernestus pincerna Hildeshemensis, Lup(poldus) Hoyen, Albertus Boc milites, Hermannus Boc, Arnoldus Boc, Luppoldus et Theodericus de Rohtingen, Conradus et Bodo dicti de Zaldere.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 120. Wenig beschädigtes rundes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**945.** *Graf Ludwig von Eberstein entsagt allen Ansprüchen auf die Mühle des Kl. Escherde bei Emne. 1291.*

Lodiwicus dei gratia comes de Everstene omni populo Christiano, quibus hoc scriptum audire contigerit vel videre, salutem. De molendino claustris in Eschere iuxta Emne situm, de quo aliquociens licet minus rationabiliter et iniuste diximus esse nostrum et ad nos pertinere, saniori usi consilio et dominorum de Ammilingesborne precibus inclinati in presenti littera publice protestamur, quod nec nos nec aliquis ex nostra successione in posterum aliquod ius in predicto molendino nobis poterimus vindicare, et ad maiorem evidentiam declarandam presens scriptum munimine nostri sigilli fecimus roborari. Datum anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. nonagesimo i.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 77. Beschädigtes Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**946.** *Graf Konrad von Wohldenberk bekundet den Verzicht des Konrad von Düngen auf zwei Hufen in Gross-Düngen zu Gunsten des Maria-Magdalenenklosters. Auf dem Werder 1292 Januar 18.*

<sup>1)</sup> *Or. Arnaldus.*

Nos Conradus comes de Wolenberge litteris presentibus protestamur, quod coram nobis constituti Conradus de Dungen, duo quoque fratres eiusdem quicquid sibi iuris in duobus mansis sitis in maiore villa Dungen usurpaverant ob reverenciam dei nostreque petitionis intuitu conventui sancte Marie Magdalene in Hildensem resignaverunt absolute. Huius resignacionis et composicionis fuerunt testes subscripti Conradus dictus Zwaf, Olricus de Barem milites, Thidericus de Rohthinge, Trobe, Bone et alii quam plures digni. Actum et datum in Insula in castro nostro anno domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> xc<sup>o</sup> secundo, in die Prisce virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 121. Siegel des Ausstellers.*

**947.** Propst, Äbtissin und Konvent des Kl. Wöltlingerode bekunden, von dem Domstifte in Goslar ein Grundstück mit drei zinspflichtigen Häusern, gelegen bei ihrer Mühle unter dem Frankenberge an der Gose, welche der Domherr Friedrich gekauft hat, erhalten zu haben, mit der Verpflichtung, dass der Müller jährlich zur Feier eines Anniversars eine bestimmte Abgabe entrichtet und sie selbst das Jahrgedächtnis des Friedrich begehen werden. 1292 Februar 11 (idus februarii iii.).

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. II, S. 436 Nr. 429.*

**948.** Der Rat der Stadt Hildesheim genehmigt, dass der Bürger Dietrich Vorrat eine Hausstelle im Brühl den Klöstern Riddagshausen und Marienrode als Eigentum überträgt, doch unter der Bedingung, dass der Besitzer den Schoss (scot) an die Stadt entrichte. Hildesheim 1292 März 9 (dominica Oculi mei).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 41a. Bruchstück des älteren Stadtsiegels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 228 Nr. 458.*

**949.** Abt Berthold und der Konvent des Kl. Ringelheim verkaufen dem Kl. Riddagshausen für vier Mark eine Hufe in Hötensleben (Hotsensleve), welche jährlich einen Zins von acht Braunschweiger Schilling zahlt. 1292 März 21 (in die sancti Benedicti).

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 300. Siegel des Abtes verloren, das des Konventes beschädigt. Regest nach dem Cop. Riddagsh. fol. 71v im Kgl. St.-A. zu Magdeburg v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. III, S. 278 Nr. 736.*



**950.** *Andreas Bulle überträgt der Kirche in Holle drei Morgen und eine Wiese in Sillium zur Anschaffung von Wein. Wohldenbergl 1292 März 27.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

In nomine domini amen. Ego Andreas dictus Bulle recognosco presentibus publice protestando, me tria iugera ac spacium unius prati sita iuxta Syliem pro salute anime mee ecclesie in Holle contulisse Theoderico dicto Cil suisque heredibus annuatim pro quarto dimidio stoveko vini possidenda. Quod quidem vinum dabit annuatim ad eandem ecclesiam ad conficiendum in altari corpus et sanguinem domini nostri Ihesu Christi, cuius providencia bonitateque precipua largiuntur et gubernantur universa. Verum si Theodericus prefatus aut sui heredes debito tempore in persolucione predicti vini extiterint<sup>1)</sup> negligentes, mox iugera et pratum pretaxata ad eandem ecclesiam libera pertinent et soluta. Ut autem hec actio omni evo rata remaneat et inconvulsa, nobilis vir dominus Hen(ricus) comes de Woldenberg precibus meis annuens predicta bona iure proprietatis appropriavit ecclesie sepedicte ac presentem cartulam sui sigilli munimine manu propria roboravit. Datum Woldenberge anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxii<sup>o</sup>., feria v<sup>a</sup>. ante festum palmarum.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. VI, 105, S. 8 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**951.** *Bischof Siegfried überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Maria-Magdalenenkloster das Eigentum des Zehnten in Dilnem, den ihm Lippold von Freden (Vrethim) resigniert hat. Hildesheim 1292 Mai 15—22 (infra octavam ascensionis domini nostri Ihesu Christi).*

Huius rei testes sunt Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Sifridus de Blankenborh, Iohannes de Rothen plebanus, Sifridus de Rutenberg, Albertus Boc, Ernestus pincerna milites, Lippoldus de Rohthinge, Iohannes Dives, Arnoldus et Albertus fratres de Dammone dicti, Bruno Insanus burgenses.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 122. Beschädigtes Siegel des Bischofs und des Domkapitels. Regest Doebner, UB. I, S. 229 Nr. 459.*

**952.** *Bischof Siegfried bestätigt den Leineuwebern die Innung. 1292 Mai 25 (Urbani pape).*

*Beglaubigte Abschrift im Stadtarchiv zu Hildesheim. Gedr. Speculum veritat. et iustit. (Hildesheim 1691) Beil. Nr. 34, Doebner, UB. I, S. 229 Nr. 460.*

<sup>1)</sup> Cop. extitant.

**953.** Die Ritter Johann, Ludold und Dietrich von Escherde verkaufen mit Zustimmung ihrer Erben dem Kl. Marienrode für 150 Bremer Mark sechs Hufen in Bemerode (Bevingerode) mit einem Walde (vorst), genannt Broch, die sie von den Grafen Gerhard und Gerhard von Hallermund zu Lehn hatten. Hannover 1292 Mai 25 (in festo pentecostes).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 62. Die drei Siegel an roten Seidenfäden wenig beschädigt. Gedr. Gruppen, Orig. et Antiq. Hann. S. 83, Marienroder UB. S. 90 Nr. 80. An demselben Tage resignieren obige von Escherde die Besitzungen den Grafen von Hallermund, Or. a. a. O. Nr. 63 mit drei beschädigten Siegeln, gedr. Gruppen a. a. O. S. 84. UB. S. 91 Nr. 81.*

**954.** Die Grafen Gerhard und Gerhard von Hallermund schenken dem Kl. Marienrode sechs Hufen mit Zehnten und dem Walde Brok in Bemerode (Bevingerode), die ihnen die Brüder Johann, Ludold und Dietrich von Escherde, Ritter, resigniert haben. 1292 Mai 25 (in festo pentecostes).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 64. Das erste Siegel von den roten Seidenfäden verloren, das zweite an grün-rot-gelben Seidenfäden wenig beschädigt. Gedr. Gruppen, Orig. et Antiq. Hanov. S. 85, Marienroder UB. S. 93 Nr. 82.*

**955.** Bischof Konrad von Verden erteilt allen, welche die Kirche der Maria-Magdalena an angeführten Festtagen besuchen und im Bau unterstützen, vierzig Tage Ablass. Salzhausen 1292 Juni 7.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 123. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**956.** Propst Johann, Priorin Sophie und der Konvent des Kl. Heiningen übergeben dem Burchard von der Asseburg alle ihre Besitzungen in Hodale, Quenstedt, Schwanebeck, Schlanstedt und Aderstedt und erhalten dafür im Tausch den vierten Teil des Zehnten in Dorstadt. 1292 Juli 8 (feria tertia ante festum beate Margarete virginis et martiris).

Huius rei testes sunt Theodericus vicedominus sancti Cyriaci, dominus Baldewinus thesaurarius sancti Blasii ecclesiarum Brunswich, dominus Ecbertus de Assenborch et dominus Ecbertus filius suus, dominus Spiring de Brwende, dominus Bertrammus de Veltim milites, Borchardus et Borchardus filii domini Borchardi de Assenborch, frater Iohannes de Mandere, frater Thitmarus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 43 (früher in Magdeburg). Gut erhaltenes Konventsiegel. Gedr. Asseburger UB. I, S. 296 Nr. 462. Die entsprechende Urk. Burchards von der Asseburg a. a. O. Nr. 42 mit stark beschädigten Siegeln des Ausstellers und des Konventes, gedr. a. a. O. Nr. 461.*

**957.** Domdechant Arnold, Domscholaster Bernhard und das Domkapitel bekunden, dass bei Beilegung ihres Streites mit dem Domkürster Hermann von Steinberg dieser auf die Opferungen bei Ausstellung der Reliquien zu Gunsten des Domkapitels verzichtet, wofür sie ihn von der Lieferung des Messweines entbinden. Hildesheim 1292 August 4 (pridie nonas augusti).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 325. Beschädigtes Siegel des Domkapitels, das des Domkürsters zur Hälfte verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 229 Nr. 461.*

**958.** Erzbischof Gerhard von Mainz hebt auf Bitten des Bischofs in dessen Diözese die kirchlichen Strafen über diejenigen wieder auf, welche das Provinzial-Konzil nicht besucht haben. Aschaffenburg 1292 September 17.

Gher(hardus) dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius universis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem et sinceram in domino karitatem. Noverint universi, quod ad preces venerabilis domini Hildensemensis episcopi et propter familiaritatem, quam ad ipsum habemus, sentencias latas auctoritate domini pape et nostra in omnes illos, qui ad provinciale nostrum concilium celebrandum non venirent, presentibus in sua dyocesi relaxamus. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus communiri. Actum et datum Aschafeneborg anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xcii., in die sancti Lamberti martiris.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 620 Nr. 1170 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**959.** Erzbischof Gerhard von Mainz befiehlt dem Dechanten in Einbeck, zwölf Cistercienserklöster der Diözesen Mainz, Halberstadt, Paderborn, Verden und Hildesheim (Amelunxborn und Marienrode) gegen Misshandlungen zu schützen und gegen die Übeltäter nach den Satzungen des Mainzer Konzils zu verfahren. Aschaffenburg 1292 September 19 (xiii<sup>o</sup>. kalendas octobris).

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Gedr. UB. des Stiftes Walkenried (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen II) S. 346 Nr. 544.*

**960.** *Heinrich Hoye verpflichtet sich, dem Maria-Magdalenenkloster für eine von ihm gekaufte Hufe in Barnten Gewähr zu leisten und gegen die Ansprüche des Heinrich von Hary zu verteidigen. Einbeck 1292 September 24.*

Omnibus quorum noticia interest vel quibus nosse fuerit oportunum Hen(ricus) Hoye salutem in omnium salvatore. Recognoscimus, quod conventus sancte Marie Magdalene in Hildensem quendam mansum in Berenthen a nobis emptionis titulo rationabiliter comparavit, pro quo warandiam rationabilem dicto conventui faciemus loco et tempore oportuno. Ceterum si Hen(ricus) de Haringe cum dicto conventui<sup>1)</sup> quidquam causare habuerit, ignoramus, si mediatores esse volumus, ut dictus Hen(ricus) dictam ecclesiam contra iusticiam desinat aggravare. Datum Embeke feria quarta post Mauricii anno domini m<sup>o</sup>. cc. lxxxii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 124. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt zwei Adlerkrallen.*

**961.** *Äbtissin G(ertrud), Priorin S(ophie) und der Konvent des Kl. Wöltingerode machen mit dem Kl. Marienwerder eine Gebetsbrüderschaft. Wöltingerode 1292 Oktober 10 (in die Gereonis et sociorum eius).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienwerder Nr. 57. Siegel abgefallen. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VI, S. 52 Nr. 74.*

**962.** *Dechant Johann, Scholaster Hildebrand und das Kapitel des Andreasstiftes einigen sich durch Vermittelung des Domdechanten Arnold, des Siegfried von Blankenburg und des Officialis mag. Petrus, Domherrn, und des Johann Schönekind mit Heinrich, Sohn des Bürgers Giso und Bruder des verstorbenen Pfarrers Werner, wegen zweier Hufen in Garbolzum dahin, dass letzterer die beiden Hufen auf Lebenszeit besitze, jährlich am Anniversar des Werner dem Kapitel sechs Schilling zahle und sich verpflichte, die Hufen nicht zu veräußern. Hildesheim 1292 Oktober 24 (ix<sup>o</sup>. kalendas novembris).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim, Mus. Nr. 22. Es siegeln Bischof Siegfried und die Vermittler. Nur das Siegel des Bischofs und ein Stück von dem des Domdechanten erhalten. Gedr. Doebner, UB. I, S. 230 Nr. 462.*

<sup>1)</sup> So das Or.

**963.** Propst Hermann des Bonifaciusstiftes in Halberstadt fordert das Kl. Münzenberg zur Zahlung von einer Mark als Beitrag zu den durch Beschickung des Mainzer Konzils entstandenen Kosten auf, widrigenfalls er die Hilfe des Bischofs (Siegfried) von Hildesheim gegen dasselbe anrufen werde. 1292 Oktober 29 (sequenti die beatorum Simonis et Iude apostolorum).

Gedr. Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 544 Nr. 1585, erwähnt Erath, Cod. dipl. Quedlinb. S. 295.

**964.** Bischof Siegfried erteilt allen, welche an bestimmten Festtagen die Domkirche in Halberstadt besuchen, vierzig Tage Ablass. Halberstadt 1292.

Gedr. Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 549 Nr. 1592; a. a. O. Nr. 1593 ebenso für den Dombau.

**965.** Erzbischof Gieselbert von Bremen erteilt denen, welche die Kirche der Maria-Magdalena an genannten Festtagen besuchen und im Bau unterstützen, vierzig Tage Ablass. Bremen 1292.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 125. Siegel des Erzbischofs mit Rücksiegel. Gedr. Doebner, UB. I, S. 231 Nr. 463.

**966.** Graf Johann von Roden bekundet die Uebertragung eines Hörigen in Bodeke an das Johannishospital. 1292.

Iohannes comes de Rodhen<sup>1)</sup> omnibus presentia visuris salutem in domino. Noverint universi, quod dominus Iordanis<sup>2)</sup> miles dictus de Ekkere<sup>3)</sup> coram nobis constitutus cum consensu heredum suorum pietatis intuitu contulit hospitali sancti Iohannis in Hildensem virum unum in Bodeke villa, que sita est apud Nortwolde, qui quidem vir est Iohannes Kotmeyger appellatus, super qua<sup>4)</sup> collatione litteras nostras idem miles dari a nobis petiit dicto hospitali. In testimonium huius rei atque evidenciam plenioram et hoc fecimus presentibus testibus infrascriptis, qui sunt Lodewicus Rumscoltele, Conradus de Ekkere,<sup>5)</sup> Thidericus Holtgrave milites, Hildeboldus et Conradus fratres nostri, Allexander<sup>6)</sup> de Holle, Conradus de Heddesen<sup>6)</sup> necnon alii fide digni. Datum anno domini mclxxxii.

Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. 180 fol. 8 im städtischen Museum zu Hildesheim (A), des 18. Jahrhunderts in Cop. VI, 64, S. 101 im Kgl. St.-A. zu Hannover (B).

<sup>1)</sup> Rhoden B. <sup>2)</sup> Jordanus B. <sup>3)</sup> Ekkere B. <sup>4)</sup> que A. <sup>5)</sup> Alexander B. <sup>6)</sup> Heddesen B.

**967.** *Domherr Friedrich der Ältere von Winnigstedt (Winnigstede) unter den Zeugen der Urk. des Dompropstes Günther von Mansfeld und des Propstes Hermann des Bonifaciusstiftes in Halberstadt, in welcher Abt Heinrich von Ilsenburg denen von Gattersleben die Vogtei über zehnthalb Hufen in Mehringen abkauft. Halberstadt 1293 Januar 11 (dominica proxima post epyphaniam domini).*

*Gedr. Jacobs, UB. des Kl. Ilsenburg S. 126 N. 140, v. Heinemann, Codex Anhalt. II, S. 523 Nr. 740. Regest Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 551 Nr. 1597. Derselbe wird 1293 Juli 24 (in vigilia beati Jacobi apostoli) als Domherr in Halberstadt genannt, vgl. Jacobs a. a. O. S. 129 Nr. 144, v. Heinemann a. a. O. S. 533 Nr. 755.*

**968.** *Graf Heinrich von Wohldenberg überträgt dem Kl. Lamspringe einen Hörigen. 1293 Januar 25.*

Henricus dei gratia comes de Woldenberg universis presentem paginam inspecturis. Notum esse volumus, quod nos de consensu fratris nostri Ottonis canonici ecclesie Hildensemensis necnon filii nostri Henrici et omnium heredum nostrorum, quorum consensus fuerat legitime requirendus, Sifridum de Illethe virum nostrum proprium a nobis iure hereditario possessum ecclesie beati Adriani in Lammespringe cum omni sua posteritate contulimus propter deum. In cuius rei testimonium presentem paginam cum appensione sigillorum nostri videlicet et fratris nostri Ottonis canonici Hildensemensis predictae ecclesie contulimus ad cautelam. Testes sunt dominus Brant de Lyndethe, Conradus Svaph, Henricus de Walmode milites, Andreas Bolle advocatus, Hogerus de Mandere famuli et alii quamplures. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xciii., in conversione beati Pauli apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 63. Die beiden Siegel waren beschädigt.*

**969.** *Johann von Ochtersum (Ochtersem) und Frau Rickerese verkaufen dem Glückner Dietrich des Kreuzstiftes und dessen Schwester eine Hausstelle in der Venedig, indem sein Bruder Konrad, Domvikar, Bürge ist, dass ihre Kinder, wenn mündig, diesen Verkauf guthessen werden, und bestimmen, dass die Hausstelle nach ihrem Tode an das Godehardkloster zur Feier ihrer Memorie falle. 1293 Januar 30 (feria sexta ante purificationem beate virginis).*

Actum et datum in presentia venerabilis patris domini Hildebrandi abbatis sancti Godehardi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 42. Beschädigtes Siegel des Abtes und des Konventes an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Doebner, UB. I. S. 232 Nr. 464.*

**970.** *Bischof Siegfried spricht dem Kl. Marienrode das Patronatsrecht der Kirchen in Freden und Betheln zu. Hildesheim 1293 Februar 6.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus universis tam presentibus quam futuris gratiam in presenti et gloriam in futuro. Questione super iure patronatus ecclesiarum in Vredhen et in Betenem in archidiaconatu Redhen constitutarum inter nos ex una et dilectos filios . . abbatem et fratres monasterii Novalis sancte Marie, quod antea Bakkenrodhe nunc autem Betzingerodhe dicitur, ordinis Cysterciensis parte ex altera suborta, examinatis super hoc eorum privilegiis et auditis nostre ecclesie canonicis et prelati maioribus et aliis quibusdam senioribus tam clericis quam laicis fide dignis invenimus, ius patronatus earumdem ecclesiarum ad dictos . . abbatem et fratres dicti monasterii libere pertinere. Unde deliberato consilio exigente iusticia eiusdem monasterii . . abbati et fratribus ius patronatus earumdem ecclesiarum in Vredhen et in Betenem longo ab eis tempore possessum, non obstante quod tempore questionis huius contrarium attemptavimus, adiudicamus libere et in perpetuum possidendum. In cuius rei testimonium presentem litteram inde conscriptam prefati monasterii . . abbati et fratribus sigillis nostro videlicet et nostri capituli munitam super hoc dedimus ad cautelam. Datum Hildensem anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. nonagesimo tercio, octavo idus februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 78. Beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels an grünen Seidenfäden. Freden gehörte zum Archidiaconate Alfeld.*

**971.** *Dompropst Gebhard schenkt dem Kl. Escherde gegen Verpflichtung eines jährlichen Zinses zwei Hufen und zwei Hausstellen in Gross- und Klein-Escherde. 1293 Februar 23.*

Nos Gevehardus dei gratia Hildensemensis ecclesie prepositus universis, ad quos presens littera pervenerit, notum esse volumus presentibus publice protestantes, quod de beneplacito et consensu nostri capituli duos mansos villicationis in Hyemedesdore de quinaginta sex iugeribus in maiori et minori Escherte sitos cum duabus areis eorundem mansorum, quos Henricus et Iohannes fratres dicti



Heydenrigzingi eiusdem villicationis litones receptis per eos a domino . . preposito et conventu in Escherte quindecim marcis puri argenti pro se et ad cautelam pro suis heredibus ad manus nostras libere resignaverunt, cum omnibus suis iuribus et utilitatibus tam in villa quam in campis eidem domino . . preposito et conventui in Escherte iure proprietatis donavimus et donamus et eorundem possessionem tradidimus et tradimus per presentes in perpetuum possidendos, ita quod de dictis mansis et suis attinenciis nobis et nostris successoribus, qui pro tempore fuerint, vel officiali eiusdem villicationis Hyemedesdore annum censum videlicet quindecim solidos usualis monete et duos modios tritici debeat annis singulis ministrare tali precipua conditione adiecta, quod quilibet de parentela illius Henrici et Iohannis dummodo litones eiusdem villicationis vel . . prepositus maior Hildensemensis qui pro tempore fuerit aut nostrum capitulum eadem bona cum omni suo iure et utilitate tam in villa quam in campis possit libere reemere quancumque placuerit alicui ex personis predictis vel nobis aut capitulo reddita . . preposito et conventui prefatis in Escherte predicta quindecim marcarum pecunie quantitate. In cuius rei testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillis capituli nostri et nostro munitam ipsis . . preposito et conventui super hoc dedimus ad cautelam. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxiii<sup>o</sup>., septimo kalendas marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 78a. Siegel des Dompropstes Gebhard und des Domkapitels gut erhalten.*

**972.** *Bischof Siegfried übereignet auf Bitten der Ritter Johann und Dietrich von Escherde und mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Wienhausen fünfzehn Morgen und eine Hofstelle in Harber (Hertbere). Hildesheim 1293 Februar 23 (vii. kalendas marcii).*

Testes sunt Arnoldus decanus, Wlradus Montis prepositus, Ber(nardus) scholasticus, Ber(nardus) cantor, Io(hannes) cellerarius canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Sifridus de Rutenberge, Al(bertus) Bok, Io(hannes) de Stedere milites.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 116. Siegel des Bischofs und des Domkapitels gut erhalten.*

**973.** *Ritter Albert Bock überlässt dem Bischof Siegfried eine Hufe in Alferde als Ersatz für eine Hufe in Wülfingen, die er der Kirche daselbst zu schenken beabsichtigt. Hildesheim 1293 März 10.*

Nos Albertus miles dictus Bock presentibus recognoscimus publice protestando, quod venerabili domino nostro Sifrido Hildensemensi episcopo et eidem ecclesie unum mansum situm in Aleforde cum omnibus attinenciis ad eundem pertinentibus dimisimus perpetuo possidendum pro eo, quod unum mansum situm in Wlvice, quem ad ecclesiam in eadem villa donare decrevimus, cum omni iure ad ipsum pertinente dicte ecclesie absolute dimittat. Ut autem — —. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xc<sup>o</sup> tercio, feria iii<sup>a</sup>. ante vigiliam beati Gregorii pape.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 326. An dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen das am Rande beschädigte Siegel, zwei sprungbereite Wölfe über einander zeigend.*

**974.** *Johann und Dietrich von Escherde, Ritter, verkaufen dem Kl. Wienhausen fünfzehn Morgen und eine Hausstelle in Harber (Hertbere) und verzichten darauf vor dem Bischof Siegfried, von dem sie sie zu Lehn haben. 1293 März 12 (in die Gregorii).*

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 117. Siegel des Johann gut erhalten, des Dietrich stark beschädigt.*

**975.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Wienhausen die sogen. berehmole bei Vöhrum (Vorden) nach der Resignation der Edeln Burchard, dessen Oheims (patruus) Luthard und des Luthard und Konrad von Meinersen, denen Knappe Hugo von Ilsede die Mühle resigniert hat. Hildesheim 1293 März 25 (viii. kalendas aprilis).*

Testes sunt Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Iohannes cellerarius, Henricus et Otto de Woldenberge, Conradus de Valkenstone canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Sifridus et Basilius fratres de Rutenberge, Albertus Bock, Aschwinus de Luttere, Bertoldus et Io(hannes) fratres de Godenstede milites, Thetmarus de Luttere, Conradus de Saldere famuli.

*Abstrift des 14. Jahrhunderts in Cop. IX, 265, S. 86 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**976.** *Graf Heinrich von Wohldenbergr überträgt dem Bischof Siegfried das Eigentum von zehn Hufen in Engerode mit der Fischerei und von sechs Hufen in Heere. Wohldenbergr 1293 April 16.*

Dei gratia nos comes Heynricus de Woldenbergr omnibus in perpetuum. Presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod

venerabili domino nostro Sifrido Hildensemensi episcopo et sue ecclesie de consensu omnium heredum nostrorum, quorum intererat, dedimus proprietatem decem mansorum in Enekenrodhe cum una piscatura ibidem; dedimus nichilominus eidem et sue ecclesie proprietatem sex mansorum in Herre maiori cum omni iure et utilitate, quam habuimus in eisdem tam in pratis, pascuis, silvis et campis, viis et inviis, quesitis et inquirendis iure perpetuo possidendos. Ut autem — —. Testes huius sunt Conradus et Iohannes comites de Woldenberge nostri consanguinei, Willekinus de Olberghe, Brant de Lindhe, Heynricus de Walmode, Conradus Swaf, Conradus Rovere milites, ministeriales Hildensemensis ecclesie, et plures alii milites et famuli fide digni. Datum in Woldenberge anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. tercio, xvi. kalendas maii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 327. Beschädigtes Siegel des Ausstellers.*

**977.** *Bischof Siegfried bekundet, dass die Wittwe des Ritters Ludolf von Borsum dem Andreasstifte eine Hufe in Garbolzum verkauft hat. Hildesheim 1293 April 23.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod . . relicta domini Ludolfi quondam militis de Borseum dicti Ruschere bone memorie de consensu filii sui Ludolfi necnon omnium, quorum intererat, mansum unum de viginti quatuor iugeribus situm in Gerboldessen cum area ad dictum mansum pertinente et omni iure tam in villa quam extra villam, quem mansum idem Ludolfus suus filius a nobis in feodo tenebat, pro novem marcis examinatis vendidit decano et capitulo ecclesie sancti Andree in Hildensem, et nos recepta liberali resignatione prefati Ludolfi filii sui predictum mansum cum omnibus suis attinentiis capituli nostri consensu accedente capitulo supradicte ecclesie sancti Andree in Hildensem pro remedio et salute anime nostre in proprium contulimus ad habendum, tenendum et proprietatis titulo perpetuo possidendum. Ut autem — —. Testes huius sunt Geveh(ardus) prepositus, Arnoldus decanus, Wlradus Montis prepositus, Bernardus scholasticus, Bernardus cantor, Ioh(annes) cellerarius canonici Hildensemenses, Sifridus de Rutenberge, Albertus Bok, Ludolfus camerarius, Heynricus de Steinberge milites et alii quam plures. Datum Hildensem anno domini millesimo cc. xc. tertio. ix. kalendas maii.

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim, Museum Nr. 23. Siegel des Bischofs und des Domkapitels in weissem Wachs.*

**978.** *Bischof Siegfried übergibt mit Zustimmung des Domkapitels dem Grafen Heinrich von Wohldenberc und dessen Bruder Otto, Domherrn, das Eigentum von zehn Hufen in Meerdorf, welche der Graf von ihm zu Lehn hatte, und erhält dafür das Eigentum von zehn Hufen in Engerode (Enekenrodhe) und die Fischerei daselbst. Hildesheim 1293 o. T. (vor April 27).*

Testes sunt Gevehardus maior prepositus, Arnoldus decanus, Wlradius Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Syfridus de Blankenborch, Borchardus et Iohannes fratres de Drenleve canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Syfridus de Rutenberge, Albertus Bok, Arnoldus Bok, Ludolfus camerarius milites.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Riddagshausen Nr. 310. Bruchstücke der Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**979.** *Domherr Otto und sein Bruder Heinrich Grafen von Wohldenberc übertragen nach Empfang von zehn Mark dem Kl. Riddagshausen zehn Hufen in Meerdorf, welche einst Ritter Hildemar von Oberg von ihnen zu Lehn hatte und deren Eigentum Bischof Siegfried ihnen übergeben hat. Hildesheim 1293 April 27 (v<sup>o</sup>. kalendas maii).*

Testes sunt Leonardus decanus, Bertoldus scolasticus, Ludolfus de Brunswic canonicus sancte Crucis in Hildensem, Sifridus de Rutenberche, Ecbertus camerarius, Albertus dictus Boc milites, Iohannes de Oberche laycus.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 307. Siegel des Otto wenig beschädigt, das des Heinrich verloren.*

**979 a.** *Genannte bekunden den Verzicht des Heinrich Hopperludinch auf eine Hufe des Kl. Derneburg in Heersum. Holle 1293 April 29.*

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, nos Wilkinus de Holtiber et Conradus Swevus milites recognoscimus et publice protestamur, quod Hollis apud capellam beati Servatii presente preposito Volkardo et Aleida priorissa et octo dominabus ecclesie in Derneburgh Henricus Hopperludinch omnem actionem, quam se dixit habere in manso Hederkessen situato, resignavit coram nobis. Testes huius rei sunt Ioannes viceplebanus ibidem, Thedericus de Hollis, Ioannes de Gustede, Wernerus de Levede, Her-

mannus de Curia, Hermannus de Lamspringe, Iordanus et filius suus Iordanus, Henricus Subache, Hermannus Cnobbe, Ioannes Opilio et alii quam plures fide digni. Ne igitur in posterum de hoc facto dubitari<sup>1)</sup> contingat, de consensu et rogatu predicti Henrici Hopperluding presentem litteram conscribi fecimus et sigillis nostris roborari. Actum et datum anno domini mcccxxxiii., tertio kalendas may.

*Abschrift des 18. Jahrhunderts in Cop. VI, 108a fol. 16 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**980.** *Herzog Albert von Braunschweig belehnt den Ritter Dietrich vom Berge mit dem Schlosse Staufenburg wie es der Bischof von Hildesheim besessen hat, doch mit Vorbehalt des Rückkaufes innerhalb zweier Jahre. 1294 Mai 1 (in die beate Walburgis virginis).*

*Nach Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover gedr. Sudendorf, UB. I, S. 77 Nr. 124. Regest Aaseburger UB. I, S. 297 Nr. 466.*

**981.** *Die Grafen von Wernigerode bekunden, dass Ritter Basil von Romessleve eine Mark Silber dem Kl. Wöltingerode verkauft hat, welche Hermann von Hildesheim zur nächtlichen Beleuchtung im neuen Schlafhause bestimmt. Wernigerode 1293 Mai 10.*

Nos Albertus et Fredericus dei gratia comites in Werningerodhe recognoscimus in hiis scriptis protestantes publice, quod nobis presentibus miles de Romessleve nomine Basilius vendidit unam marcā puri argenti ecclesie in Woltingerode in curia sua, que quondam exstitit fratris sui militis Th(iderici) de Romessleve pie memorie, sine omni inpedimento annuatim eidem in festo sancti Michahelis persolvendam, quam venerabilis dominus Hermannus dictus de Hildensem habitans Brunswik divina inspiratione ductus ad duo luminaria in novo dormitorio nocturno tempore ardentia indefesse a supradicto milite B(asilio) de Romessleve in curia sua pro marcis duodecim puri<sup>2)</sup> emptionis titulo comparavit. Ut autem — —. Huius rei testes sunt Iohannes de Romessleve, Hermannus de Dhingelstede, Iohannes de Dhingelstede, Iohannes de Hartesrode, Anno de Hartesrode, Bernardus de Olvenstede, Petrus de Tsemmenstede, Iordanis de Minsleve milites, Sifridus de Minsleve, Konemannus de Ihercsem, Henricus Kolit, Wernerus AlvoIdi, Hartmannus de Siltstede, Henricus de Nigendhorpe, Conradus Rex, Ulricus Dux consules et alii quam plures fide digni. Datum Wer-

<sup>1)</sup> Cop. dubitare.    <sup>2)</sup> argenti ist zu ergänzen.

ningerode anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>xx<sup>o</sup>. iiii<sup>o</sup>., dominica proxima ante pentekosten.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wltingerode Nr. 57. Siegel des Albert beschädigt, von dem des Friedrich noch kleiner Rest erhalten.*

**982.** *Bischof Siegfried übereignet mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Lamspringe den Zehnten in Evensen. Hildesheim 1293 Mai 23.*

(Sygfridus dei gratia episcopus Hildensemensis) omnibus in perpetuum. Ut (negotia gesta<sup>1</sup>) per nos derogari non contingat in posterum, notum facimus per presentes, quod de consensu nostri capituli decimam in Hebenhusen cum proprietate ipsius et cum omni iure in villa et extra villam pro remedio anime nostre monasterio sanctimonialium in Lamspring contulimus perpetuo possidendam. Super quo (ne dubium oriatur, presentem literam inde) scriptam et sigillis nostro et nostri capituli roboratam dicto monasterio dari fecimus ad cautelam. Testes sunt Geverhardus prepositus, Arnoldus decanus, Bernhardus scholasticus), Wlradus Montis prepositus, Iohannes cellerarius Hildensemensis ecclesie, Sigfridus de Rutenberge), Albertus Bok, Ecbertus camerarius (milites et plures alii fide digni. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xciii<sup>o</sup>., (decimo kalendas iunii).

*Vom Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 64, ist nur das mittlere Stück mit dem gut erhaltenen Siegel des Domkapitels vorhanden. Die Ergänzungen nach der neueren Abschrift in Ms. 199 S. 203 im Museum zu Hildesheim.*

**983.** *Thesaurar Johann des Kreuzstiftes, vorher Propst zu Steterburg, benachrichtigt den Herzog Albrecht, dass Dietrich von Gadenstedt mit Zustimmung der Wittve des Hermann von Oldershausen dem Kl. Steterburg drei Hufen in Klein-Mahner (parva villa Mandere) verkauft und die Edeln von Meinersen diese ihm übereignet haben. 1293 Mai 30 (in die beati Felicis pape et martyris).*

Hec acta sunt in presencia illustris principis domini H(einrici) ducis Brunswicensis presentibus domino Thiderico de Barem dicto Haken et Ludolfo Mathie in Brunsvic burgense.

*Aus dem Steterburger Copiar im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel S. 534. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 188 Nr. 389.*

<sup>1</sup>) Cop. negotiis gestis.

**984.** *Bischof Siegfried verleiht dem neuen Johannis-Hospital in Goslar zur Unterstützung der Armen den Novalzehnten von verschiedenen Grundstücken. Hildesheim 1293 Juni 26 (in die beatorum martirum Johannis et Pauli).*

Testes sunt et presentes fuerunt Vulradus Montis prepositus, Bernardus cantor, Bernardus scholasticus, Sifridus de Blankenberg, magister Petrus officialis, Heynricus de Woldenberge canonici Hildensemenses, Sifridus de Rutenberge miles, Andreas Bulle famulus, Gyseko de Bröclede civis Goslariensis.

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Stark beschädigtes Siegel des Bischofs und gut erhaltenes des Domkapitels. Gedr. Heineccius, Antiquit. Goslar. S. 313, Bode, UB. II, S. 451 Nr. 448. Erwähnt Lüntzel, Ältere Diözese S. 411.*

**985.** *Bischof Siegfried übereignet mehrere Güter in Esbeke apud Eddingehusen, welche Konrad von Steinberg und Sohn Heinrich von ihm zu Lehn hatten, nach deren Resignation dem Kl. Amelunxborn. Hildesheim 1293 Juni 26 (vi<sup>o</sup>. kalendas iulii).*

Testes sunt Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Wlradus Montis prepositus, Bernardus cantor, Iohannes cellerarius canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Syfridus de Rutenberge, Albertus Boc milites.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Diplom. des Kl. Amelunxborn I, fol. 43 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Ebenda fol. 43v die gleiche Urk. des Propstes Volrad des Moritzstiftes mit demselben Datum, und fol. 43 die Verkaufsurk. der von Steinberg, in der der Kämmerer Ludolf, Ritter, Zeuge ist, von demselben Tage.*

**986.** *Propst Volrad, Dechant Ludeger und das Kapitel des Moritzstiftes schenken dem Kl. Marienrode sechs Hufen im Felde von Bemerode (Bevingerode) und den halben Zehnten von Bemerode, Wenderode und Anecampe, welche das Kloster von den Rittern Johann, Ludold und Dietrich von Escherde gekauft und diese ihnen resigniert haben. 1293 Juli 6 (pridie nonas iulii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 66. Siegel des Propstes fast ganz ab von den weissen und grünen Seidenfäden, das des Dechanten an grünen Seidenfäden beschädigt, ebenso das des Kapitels an weissen und grünen. Gedr. Marienroder UB. S. 96 Nr. 85. Die Verkaufsurk. der von Escherde von demselben Tage, Or. a. a. O. Nr. 65, gedr. a. a. O. S. 95 Nr. 84 nach Transsumt von 1317 März 10.*



**987.** *Johann von Escherde erlässt dem Kl. Marienrode die Zufuhr des halben Zehnten in Anecampe und Bemerode zu seinem Allod. Hannover O. J. (1293) August 3.*

Iohannes dictus de Escherte hiis, quibus hoc scriptum fuerit exhibitum, salutem. Notum esse volo, quod, cum medietas decime in Anecampe et Bevingrode, que pertinet ad claustrum Backenrod, duci soleret ab antiquo in allodium meum et idem claustrum predictum sentiret incommodum, prepositus Henricus tunc temporis rector eiusdem monasterii cum consensu confratrum omnium xl solidos michi dedit et ego renunciavi omni iuri, quod videbar habere de ducendo in allodium meum, et dedi eis liberam facultatem ducendi decime sue partem, quo placeret. Et quod hec ista sit, testimonio presentis cartule recognosco. Testes huius rei sunt dominus Bertoldus sacerdos sancti Egidii, Eylardus Dumeko, Fredericus de Oslevessen, Renoldus Pistor, Wolterus Sutor, Henricus Bok, Bertramus Sutor cives in Honovere. Datum ibidem iii. nonas augusti.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Ms. XXIII, 767 fol. 127 in der Kl. Bibliothek zu Hannover.*

**988.** *Das Domkapitel in Goslar verkauft dem Rat und der Bürgerschaft daselbst ihre vier Mühlen, um mit dem Erlöse den Kaufpreis für den Zehnten in Zilly an den Grafen Heinrich von Regenstein zu zahlen, mit Genehmigung des Bischofs Siegfried, der durch den Domdechanten Arnold, den Prior und Lector der Prediger und den Guardian und Lector der Minoriten aus Hildesheim vertreten wird. 1293 Oktober 14 (in die beati Kalixti pape et martyris).*

*Or. in doppelter Ausfertigung im Stadtarchiv zu Goslar. Siegel des Bischofs an roten Seidenfäden, des Dechanten Konemann in Goslar, des Domstiftes in Goslar, des Domdechanten Arnold, des Priors der Prediger und des Guardians der Minoriten. Gedr. Bode, UB. II, S. 456 Nr. 454. An demselben Tage genehmigt Bischof Siegfried, durch dieselben vertreten, den Verkauf von Mühlen durch das Stift Riechenberg an dieselben, Or. ebenda, gedr. a. a. O. S. 458 Nr. 455.*

**989.** *Der Rat von Goslar bekundet die Beilegung eines Streites zwischen ihm und der Stifts- und Klostergeistlichkeit wegen des Baues einer neuen Mühle und von Kaufhallen durch Vermittelung des Bischofs Siegfried, Domdechanten Arnold, des Priors und Lectors der Dominikaner und des Guardians und Lectors der Minoriten in Hildesheim und des Guardians in Goslar. 1293 Oktober 16 (in die beatorum Galli et Lulli confessorum).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Grauhof Nr. 32, das angehängte Siegel verloren, und im Stadtarchiv zu Goslar, das Siegel erhalten. Gedr. Bode, UB. II, S. 462 Nr. 457 nach beiden Ausfertigungen, Heineccius, Antiquit. Goslar. S. 312.*

**990.** *Bischof Siegfried genehmigt den zwischen dem Rat und der Stifts- und Klostergeistlichkeit der Stadt Goslar geschlossenen Vertrag wegen des Baues einer neuen Mühle und Hallen unter Wiedergabe der Urk. des Rates vom 16. Oktober und unter Mitbesiegelung des Domdechanten Arnold von Warberg, des Priors und Guardians der Prediger und des Guardians der Minoriten in Hildesheim. 1293 Oktober 31 (pridie kalendas novembris).*

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Die vier Siegel erhalten. Gedr. Bode, UB. II, S. 466 Nr. 460. Die Urk. des Rates in vorhergehender Nr.*

**991.** *Herzog Otto von Lüneburg übereignet dem Maria-Magdalenenkloster neun Äcker und eine Hausstelle in Farmsen. Hannover 1293 Dezember 22.*

Dei gratia Otto dux de Luneborh omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem — —. Sciant igitur tam presentes quam futuri, quod nos celo dei ducti conventui sancte Marie Magdalene apud muros Hildensemenses novem agrorum et unius aree proprietatem, que sita est apud curiam in Veremersen sicut et agri supra scripti in campo ipsius curie siti, cum omni iure tam in pratis quam in silvis sive pascuis contulimus pro remedio anime nostre humiliter propter deum, ut post obitum nostrum et parentum nostrorum et nostri memoria ab ipso conventu eo devocius quolibet anno peragatur. Testes huius donacionis sunt Iohannes de Esscerte, Burchardus de Cramme, Thidericus de Alten, Luderus de Hanense et frater eius Zegebodo, Bertoldus de Reden milites, Thidericus de Esscerte et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xlviii., datum Honovere feria tertia post Exurge quare obdormis d(omine). Ut autem — —.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 126. Wenig beschädigtes Siegel des Herzogs.*

**992.** *Graf Heinrich von Wohldenberg weist die ihm bisher mit seinen Oheimen gemeinsamen Vasallen wegen der Belehnung an seinen Oheim Heinrich. 1293.*

Nos Heynricus quondam filius domini Burchardi comitis de Woldenberg protestamur et recognoscimus publice per presentes, quod homines sive vasallos nostros, quos communiter cum aliis de

Woldenberg et quos cum patruis nostris domino Heynrico et domino Hermanno quondam filiis domini Heynrici pie recordacionis comitis de Woldenberg infeodavimus, pro huiusmodi bonis et homagio deinceps ad eundem dominum Heynricum nunc comitem de Woldenberg patrum nostrum dilectum remittimus et ab eo ex parte nostra dictorum bonorum infeodationem ulterius recipient et in hoc ipsius gratiam solummodo expectabunt. In huius rei testimonium — —. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. iii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 328. Siegel wenig beschädigt.*

**993.** *Die Vollstrecker des letzten Willens des verstorbenen Dompropstes Johann gründen nach dessen Bestimmung eine ewige Lampe aus einer Unschlittkerze beim Grabmahl des h. Godehard. 1293.*

Dei gratia Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus de Dorstat scolasticus ecclesie Hildensemensis testamentarii a domino Iohanne bone memorie preposito Hildensemensis ecclesie deputati universis, ad quos presens littera pervenerit, veram in domino karitatem. Quia venerabilis memorie dominus Iohannes nostre maioris ecclesie prepositus in extremis constitutus inter cetera sui testamenti tunc conditi instituit et ordinavit, quatinus de rebus sive de bonis suis deberemus unam candelam de sepo perpetuam ad honorem sancti Godehardi iuxta sepulcrum ipsius sancti Godehardi perpetuo ardentem modis omnibus ordinare, unde nos ex huiusmodi officii nostri debito piam ipsius in hoc voluntatem et ordinationem benigno favore exequentes statuimus et ordinamus, quod de decima in Lafforde, quam de ipsius relicta pecunia comparavimus, unus centenarius et dimidius de sepo ad lumen sive candelam unam die ac nocte ad prefatum sancti Godehardi sepulcrum perpetuo ardentem sive capitulum sive aliquis de capitulo vel quicumque alius dicte in Lafforde decime amministrationem habeat illi persone, que pro tempore dicto sepulcro preerit, omni dilatione et excusatione frivola postposita in festo sancti Michahelis debet expedite annis singulis ministrare. Cui ordinationi capitulum nostrum congaudens in maioris firmitatis signum et testimonium futurorum sigillum suum una cum nostris sigillis presentibus apposuit in perpetuum valituris. Datum anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. nonagesimo tercio. Conradus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 329. Siegel des Domkapitels beschädigt, die drei andern gut erhalten.*

**994.** *Die von Freden resignieren dem Bischof Siegfried den Zehnten in Delnem. Hildesheim 1293.*

Reverendo in Christo patri ac domino suo S(ifrigo) Hildensemensis ecclesie episcopo Lippoldus miles, Ecbertus et Basilius famuli sui filii de Vreden cum debita fidelitate obsequium semper promptum. Noveritis, pater et domine reverende, quod decimam in Delnem in campo et in villa, quam Arnoldus et Albertus fratres dicti de<sup>1)</sup> Dammone a nobis in feodo tenebant et nos inmediate a vobis in feodo tenebamus, cum magna et debita gratiarum actione vobis per presentes litteras resignamus. Testes huius resignationis sunt Burgardus de Wildensten et Basilius de Rutenberg milites, qui pro nobis promiserunt etiam data fide, quod eandem resignationem ratam semper habebimus atque firmam. Et ne super hoc alicui imposterum dubium aliquod oriatur, presentem litteram sigillis nostris sigillavimus ad cautelam. Et quia ego Basilius proprium sigillum non habeo, sigillis patris et fratris mei in hoc negotio sum contentus. Datum et actum Hildensem in pallatio domini episcopi anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>iii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 128. Die beiden Siegel wenig beschädigt. Regest Doebner, UB. I, S. 234 Nr. 469.*

**995.** *Abt Hildebrand und der Konvent des Godehardiklosters bekunden, dass der Bürger und Bäcker Hermann von Emmerke (Embreke) seinen Garten im Alten Dorfe (in Veteri villa) dem Priester Ludolf der Katharinenkapelle mit der Bestimmung verkauft habe, dass nach seinem Tode der Garten an das Kloster falle zur Bestreitung des Weines beim Gottesdienst und zu seiner Memorie. 1293.*

Testes — — sunt Iohannes prior, Conradus de Foro, Gerhardus Calvus, Eylardus sacerdotes, Henricus de Goltorne dyaconus nostri ecclesie monachi, Helmoldus custos de sancto Bartolomeo, Bertoldus subcustos de summo, Henricus de Hardsessem sacerdos et vicarius sancte Crucis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 42a. Gedr. Doebner, UB. I, S. 234 Nr. 468, woselbst auch das Weitere wegen der auffallenden Besiegelung.*

**996.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass das Kreuzstift von dem Bürger Heinrich Holeke eine Rente von drei Pfund gekauft hat. 1293.*

*Or. im Städtarchiv zu Hildesheim Nr. 114. Siegel verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 233 Nr. 466.*

<sup>1)</sup> de fehlt im Or.

**997.** *Vor Abt Hildebrand des Godehardiklosters machen Profess die Brüder Johann, Hermann, Siegfried und Heidenreich. O. D. (1293—1315).* [www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

*Die Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 488—491 ohne Besiegelung. Im Wesentlichen wörtlich unter sich und mit mehreren des I. Bandes, z. B. Nr. 596, übereinstimmend.*

**998.** *Siegfried von Rautenberg bekundet, dass Johann Slich dem Johannisstift aus einem Hofe in Luppenstede auf drei Jahre eine Abgabe zu leisten hat. 1294 Januar 13.*

Nos Sifridus miles dictus de Rutenberge tenore presencium publice recognoscimus et protestamur, quod Iohannes dictus Slich noster vogetman curiam in Luppenstede attinentem ecclesie sancti Iohannis in Dammone pro annua pensione recepit ad tres annos proxime nunc venturos sic videlicet, quod quolibet anno de dicta curia, qualiscumque sit status, exactio fiat et<sup>1)</sup> quocumque xxii modios siliginis, xxii modios ordeï, xxii modios avene, sex solidos Hildensemensium denariorum et sex pullos in festo Michaelis dictis dominis presentabit. Si vero post dictum terminum dictam annonam infra xiiii dies non presentaverit, iure sibi concessio in dicta curia se noverit ab illo die in antea spoliatum et in opcione dominorum sit, quemcumque instituere velint possessorem. Dictis eciam tribus annis transactis dicta curia ad dictos dominos libera et soluta sine aliqua contradictione revertetur et liberam dicti domini habebunt facultatem de dicta curia ordinandi seu disponendi. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, in octava epiphanie domini.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts im Copiar des Johannisstiftes, Ms. 341 fol. 12<sup>v</sup> in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Würdtwein, Nova subs. I, S. 353.*

**999.** *Propst, Priorin und Konvent des Kl. Steterburg bekunden, dass Dompropst Gebhard, Domdechant Arnold, Domscholaster Bernhard und das Domkapitel, durch Schulden gedrückt, ihnen drei Hufen und zwei Hausstellen in Flöthe (Vlotode) für 26 Mark verkauft haben, welche die Eheleute Ulrich und Eileka von Adenstedt, der verstorbene Bernhard Calvus und dessen Wittwe Adelheid dem Kloster geschenkt haben. Steterburg 1294 Februar 22 (in cathedra sancti Petri apostoli).*

<sup>1)</sup> Cop. a.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Steterburg Nr. 14. Von den beiden Siegeln an roten und grünen Seidenfäden nur ein Bruchstück des des Propstes vorhanden. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 191 Nr. 397; vgl. auch oben Nr. 788.*

**1000.** *Bischof Siegfried bekundet, dass die Ritter des Deutschen Ordens vom alten Hospital in Goslar mit der Kirche st. Johannis beim Rammelsberge wegen der Abgabe von einer Mühle sich geeinigt haben. Goslar 1294 März 16 (xvii<sup>o</sup>. kalendas aprilis).*

*Or. im German. Museum in Nürnberg. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs an roter Seidenschnur. Gedr. Bode, UB. II, S. 470 Nr. 466.*

**1001.** *Bischof Siegfried überträgt dem Ritter Friedrich von Winnigstedt und dessen Frau und Sohne vier und eine halbe Hufe in Bredelem auf Lebenszeit dieser drei. 1294 März 21.*

Ne gestarum rerum memoria deperiat vel processu temporis evanescat, discretorum prudentia solet litteris commendari. Hinc est, quod nos Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus una cum consensu nostri capituli eiusdem ecclesie contulimus domino F(rideric) militi dicto de Winningstede et uxori sue et filio suo v mansum in Bredenem pro decima in Oldetvrde ad tempus vite ipsorum trium cum hominibus et omnibus ad predicta bona pertinentiis<sup>1)</sup> cum omni iure possidendos tali tamen condicione, quod predicta bona post discessum ipsorum trium redibunt ad nostram ecclesiam cum omni iure nichil eorum veris heredibus in ipsis bonis penitus permanente. Testes autem huius rei dominus Her(mannus) prepositus sancti Bonifacii<sup>2)</sup> et comes H(einricus) frater suus de Blankeneburch, Ioh(annes) comes de Regensteyn, Con(radus) de Bivende, Io(hannes) de Getle, F(ridericus) de Bunede et alii quam plures fide digni. In cuius rei — —. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxxiiii<sup>o</sup>., in dominica qua cantatur Oculi mei.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 330. Siegel des Bischofs stark beschädigt.*

**1002.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Escherde 48 Morgen und eine Hausstätte in Escherde, von denen der Bürger Ludolf Rufus 40 Morgen und die Hausstätte von Nandwich Groneberg und acht von dem Kämmerer, Ritter Ekbert, und dem Schenken Ernst zu Lehn hatte*

<sup>1)</sup> Or. pertinencia.    <sup>2)</sup> Or. Bonificii.

und dem Propst Ludger und dem Konvente verkauft hat. *Hildesheim 1294 Mai 11* (vº. idus maii).

Testes huius nostre donationis et resignationis facte sunt Arnoldus decanus, Wlradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Iohannes cellerarius, magister Petrus, Heynricus et Otto de Woldenberge canonici nostre ecclesie, Sifridus de Rutenberge, Albertus Bok, Heynricus de Berningerode, Arnoldus Bok milites, Hermannus Bok, Boldvinus de Steinberge, Iohannes de Wolvinge famuli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 79. Beschädigtes Siegel des Bischofs, das des Domkapitels zur Hälfte fort. Gedr. Doebner, UB. I, S. 235 Nr. 470.*

**1003.** *Ritter Heinrich von Hanstein verkauft dem Kl. Hilwartshausen Güter in Ermenswerde, was Lippold, Propst von Nörten und Domherr in Mainz und Hildesheim, bestätigt. 1294 Mai 19* (xiiiº kalendas iunii).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Hilwartshausen Nr. 70. Gut erhaltenes Siegel des Propstes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen und beschädigtes des Heinrich.*

**1004.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Wienhausen drei Hufen in Bekum (Bekem), welche es vom Ritter Dietrich von Promme gekauft, dieser dem Grafen Johann von Wunstorf und dieser dem Bischofe resigniert hat, ferner zwei Hufen in Harber (Hertbere) mit drei Hausstätten, die es vom Ritter Ludolf von Goltern, und eine Hufe ebenda, die es von Ottrave (Odraven) gekauft hat und welche in derselben Weise resigniert worden sind. Hildesheim 1294 Juni 12* (pridie idus iunii).

Testes huius sunt Arnoldus decanus, Wlradus Montis prepositus, Bernardus cantor, Sifridus de Blankenborg, Bernardus scholasticus, Conradus de Walkenstene, Heynricus et Otto de Woldenberge canonici Hildensemenses, Sifridus de Rutenberge, Aschwinus de Luttere et Thetmarus frater suus, Basilius de Rutenberge, Bertoldus et Iohannes fratres de Godenstede milites, Godeschalcus de Ellese, Iohannes de Oberge, Conradus de Saldere, Hugo de Ilsede famuli.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 125. Wenig beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels an rot-gelben geflochtenen Seidenschnüren.*

**1005.** *Schenk Ernst und Heinrich von Rautenberg, Ritter, quittieren dem Domkapitel über die Restzahlung der 100 Mark, mit*



denen sie die Meierei in Borsum gelöst haben, im Hause des bischöflichen Münzmeisters Heinrich von Holle. Hildesheim 1294 Juni 14 (xviii<sup>o</sup>. kalendas iulii).

Testes huius sunt et dicte solutioni interfuerunt Arnoldus decanus, Bernardus scolasticus, Volradus Montis prepositus, Sifridus de Blankenborch, Iohannes de Rodhen, Borchardus de Drenleve canonici Hildensemenses, Hermannus et Bertoldus ibidem sacerdotes et vicarii, und Bürger.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 331. Von den drei Siegel das erste beschädigt, die anderen gut erhalten. Gedr. Doebner, UB. I, S. 235 Nr. 471.

**1006.** Die Ritter Johann und Ludold von Escherde resignieren dem Propst Volrad des Moritzstiftes den halben Zehnten in Anecampe, Bemeroode (Bevincherode) und Wenderode, den sie vom Stift zu Lehn haben, mit der Bitte, ihn dem Kl. Marienrode zu übereignen. 1294 Juli 3 (quinto nonas iulii).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 60. Siegel des Johann, Ludold und Dietrich von Escherde gut erhalten.

**1007.** Das Kl. Dorstadt verkauft dem Pfarrer Elias in Bruchmactersen zwei Hausstellen ebenda. 1294 Juli 6.

In nomine domini amen. Theodericus prepositus, . . Elizabeth priorissa . . totusque conventus sanctimonialium in Dorstat — —. Notum esse volumus omnibus hanc litteram inspecturis, quod nos unanimi consensu ad solvenda debita ecclesie nostre accepimus a domino Elya plebano in Machtersem apud Lechtenberch sex talenta denariorum Brunswicensis monete, pro quibus eidem duas areas ibidem sitas, unam apud ecclesiam, in qua manserat Bertoldus quondam campenarius, alteram in villa, in qua fuerat Iohannes Lupus, cum omni iure vendidimus possidendas. Ut autem — —. Testis huius facti est cum beata virgine Maria et cum omnibus sanctis dominus Ihesus Christus. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>iiii<sup>o</sup>., in octava apostolorum Petri et Pauli.

Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel der Propstei und des Konventes gut erhalten.

**1008.** Die von Escherde übereignen dem Moritzstift Ländereien in Lehrte und Rethen, nachdem das Stift den halben Zehnten in Ane-

campe, Bemeroode und Wenderode dem Kl. Marienrode übertragen hat. 1294 Juli 9.

Nos Iohannes et Ludoldus dicti de Escherte milites universis tam presentibus quam futuris notum esse volumus per presentes, quod de libera voluntate et consensu domini Theoderici militis et Hugonis fratris eiusdem domini Theoderici, filiorum domini Iohannis, heredum nostrorum, damus proprietatem duorum mansorum et unius curie in Rethen et duorum mansorum et dimidii et unius curie in Lerethe cum omni iure suo reverendis dominis preposito et capitulo ecclesie montis sancti Mauricii extra muros Hyldensemenses iure proprietatis et domini perpetuo possidendam. Attendimus enim, quod iidem domini . . . prepositus et capitulum propter deum et nostram devotam instantiam medietatem decime, que extenditur per Aneampe, Bevincherode et Wenderode, quam ab eadem ecclesia Montis et preposito in pheodo habuimus, benigno favore abbati et conventui Novalis sancte Marie, quod vulgariter Betzinherode dicitur, ordinis Cisterciensis, iure proprietatis et domini liberaliter et possidendam perpetualiter contulerunt. In cuius robur firmitatis et testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillis nostris et eiusdem domini Thiderici nomine et consensu Hugonis fratris sui, qui adhuc sigillo caret, utpote proximorum heredum nostrorum fecimus communiri. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. nonagesimo quarto, septimo idus iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 61. Die drei Siegel gut erhalten.*

**1009.** *Dompropst Gebhard, Domdechant Arnold, Domscholaster Bernhard und das Domkapitel übertragen dem Grafen Heinrich von Wohldenbergh zwei Hufen in Söhre (Sodere), die ihnen Heinrich, Arnold und Volkmar Frangkeneberch resigniert haben. 1294 Juli 15 (idus iulii).*

Testes sunt Ecbertus camerarius et Ludolfus filius suus, Ernestus pincerna, Sifridus de Rutenberge, Albertus Boc milites, und Bürger.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 67. Beschädigtes Siegel des Dompropstes an roten und des Domkapitels an gelben Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 98 Nr. 87. Regest Doebner, UB. I, S. 236 Nr. 473.*

**1010.** *Bischof Siegfried, Dompropst Gebhard, Domdechant Arnold, Domscholaster Bernhard und das Domkapitel übertragen dem Grafen*

*Heinrich von Wohldenberge zwei Hufen in Söhre (Sodere), welche Johann und Ludold von Escherde von ihnen zu Lehn haben. 1294 Juli 15 (idus iulii).*

Testes sunt Ecbertus camerarius et Ludolfus filius suus, Ernestus pincerna, Sifridus de Rutenberge, Albertus Boc milites, und Bürger.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 69. Beschädigte Siegel des Bischofs an gelben und des Domkapitels an grünen Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 99 Nr. 89. Regest Doebner, UB. I, S. 237 Nr. 474. Johann von Escherde und seine Söhne Ludold und Dietrich resignieren dem Bischof obige beiden Hufen in demselben Jahre ohne Tagesangabe, presentibus domino Iohanne de Roden plebano, Sifrido de Rutenberge, Alberto Boc, Bernardo Pagano, Volcmaro de Godenstede militibus, Or. a. a. O. Nr. 68 mit drei gut erhaltenen Siegeln an weissen Zwirnfäden, gedr. a. a. O. Nr. 88, und denen von Escherde wieder die Bürger Heinrich, Arnold und Volkmar Frankenberg 1294 August 14 (in vigilia assumptionis beate Marie virginis), Or. a. a. O. Nr. 71 mit drei gut erhaltenen Siegeln, gedr. a. a. O. S. 101 Nr. 91, Regest Doebner, UB. I, S. 237 Nr. 476; dieselben resignieren die Güter auch dem Dompropst Gebhard, Abschrift des 14. Jahrhunderts in Ms. XXIII, 767 fol. 27 in der Kgl. Bibliothek zu Hannover, ohne Tagesangabe, gedr. Marienroder UB. S. 97 Nr. 86.*

**1011.** *Graf Heinrich von Wohldenberge übereignet mit Zustimmung seiner Brüder Hermann und Otto und seiner Söhne Heinrich, Ludolf und Otto dem Kl. Marienrode vier Hufen in Söhre (Sodere), die er vom Bischof und vom Domkapitel in Tausch erhalten hat. 1294 Juli 15 (idus iulii).*

Testes sunt Henricus et Otto de Woldenberge, Fredericus de Adenoyis canonici maioris in Hildensem ecclesie, Sifridus de Rutenberge, Ernestus pincerna, Albertus Boc milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 70. Siegel des Ausstellers an grünen Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 100 Nr. 90.*

**1012.** *Die Grafen von Wohldenberge übereignen dem Kl. Derneburg eine Hufe in Hackenstedt. Braunschweig 1294 Juli 15 (?).*

Ludolfus dei gracia comes de Waldenberghe, Conradus et Iohannes fratres eius, Hermannus, Henricus, Borchardus et Ludolfus filii ipsius comitis — —. Notum igitur cupimus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos propter deum et anime nostre remedium mansum unum Havekenstidde situm, qui vulgariter vocatur coningshove, cum omni iure, quod habet in villa et in campo, in nemoribus atque pratis, proprietamus et proprietando conferimus

ecclesie in Derneborch iure perpetuo irrefragabiliter possidendum, et precipimus omnibus, qui propter nos facere et dimittere sunt parati, ne eandem ecclesiam in eodem manso ullo unquam tempore inquietent. Testes huius collacionis sunt Hermannus comes de Woldenberg, item iunior comes Hermannus, Ludolfus de Cramme, Hermannus de Steinberch, Heynricus Rasehorn, Conradus Swaff milites, Wikbrandus de Harboldessem, Lippoldus de Cramme, Asswinus de Walmeden, Olricus de Barem, Tydericus et Eylardus<sup>1)</sup> de Nethe, item Heynricus de Nethe, Albertus et Bernardus de Haringe, Gunceko et Wgrighe advocati. Ne igitur — —. Actum Brunswich anno domini m<sup>o</sup>. cc. lxxxiiiij<sup>o</sup>., xviii<sup>o</sup>.<sup>2)</sup> kalendas augusti.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 106, S. 10 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1018.** *Bischof Siegfried entscheidet einen Streit des Kreuzstiftes mit Aschwin Svaf wegen vorenthaltenen Zinses in Tidekesse. Hildesheim 1294 Juli 22.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus. Notum esse volumus omnibus presens scriptum intuentibus, quod nobis mediantibus inter capitulum ecclesie sancte Crucis et Aschwinum Svaf super censu bonorum in Tidekesse octo annis retento talis compositio intervenit. Idem Aschwinus et sui filii sunt publice protestati, quod in predictis bonis scilicet in Tidekesse nichil iuris penitus sibi vendicant aut asscribunt et quod de cetero censum debitum, id est septem maldratas siliginis et totidem avene et quatuor pullos, expedite debent in festo Michaelis solvere annuatim. Quod si dictum censum ex malicia vel negligencia non persolvunt, extunc sepepredicta bona in Tidekesse erunt libera et soluta sancte Crucis. Agros vero, prata et areas ab eisdem bonis abstracta restitui omnimodis procurabunt et pro censu octo annis retento dabunt hoc anno instanti duplicem censum et anno futuro eundem censum iterum duplicabunt. Ut autem hec omnia inviolabiliter teneant et observent, in manus nostras et manus decani, custodis et scholastici et Boldvini canonicorum sancte Crucis necnon in manus domini Aschvini de Luttere militis, Heynrici de Elvede famuli promiserunt fide data. Promiserunt nichilominus pro eis et cum eis dominus Conradus Svaf miles frater suus, Everhardus filius suus. Nos etiam ad maiorem horum firmitatem presentem litteram

<sup>1)</sup> Cop. Eylardus. <sup>2)</sup> Das wären die Iden.

sigillo nostro fecimus communiri. Testes huius sunt Iohannes de Roden canonicus Hildensemensis, Ecbertus camerarius, Ludolfus filius suus, Sifridus de Rutenberge milites et alii quam plures. Datum Hildensem anno domini millesimo cc. xciii<sup>o</sup>, xi<sup>o</sup>. kalendas augusti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 206. Kleines Bruchstück des Siegels an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1014.** *Propst Volrad des Moritzstiftes bekundet, dass mehrere Lehngüter im Falle der Erledigung an das Kapitel zurückfallen sollen. 1294 Juli 30.*

Datum per copiam. Nos Volradus dei gratia prepositus Hildensemensis recognoscimus et veritatis testimonio presentibus publice protestamur, quod capitulum nostrum Montis urgente necessitate et gravamine debitorum tres mansos in Tossem, quos dominus Iohannes de Goltorne miles, et tres mansos in Essem, quos Iohannes filius Borchardi ante Waluam orientalem civis Hildensemensis, item redditus quadraginta modiorum salis in Hemmendorpe et duos mansos in Hutcinghese, quos Borchardus de Wvinghusen cum eorum iuribus et attinenciis a nobis nunc tenent in feodo, tali protestatione vendidit et infeodari instituit, quod, quandocumque predicta bona vel aliqua ex ipsis ita vacare contingit, quod prepositus Montis, qui pro tempore fuerit, de iuris rigore et evidenti iusticia non cogatur alicui illa conferre, extunc eadem bona de iure vacantia nulli ulterius in feodum conferri debent, sed ad capitulum redibunt et apud ipsum integraliter et libere remanebunt, nec nos nec nostri pro tempore successores prepositi debent aut poterunt in eisdem vacantibus bonis ius aliquod de cetero specialiter aliquo modo vindicare, sed nos et nostri successores debemus et volumus ipsum capitulum in illis pro nostris viribus cum diligentia promovere. Et ut hec — —. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. nonagesimo quarto, tercio kalendas augusti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 332. Siegel des Kapitels des Moritzstiftes gut erhalten. Regest Doebner UB. I, S. 237 Nr. 475.*

**1015.** *Das Godehardikloster vergleicht sich mit Friedrich von Stedere. 1294 August 14.*

Nos Hildebrandus dei gracia abbas ecclesie sancti Godehardi in Hildensem nosque Iohannes prior totusque conventus eiusdem ecclesie notum facimus universis presencia visuris et audituris, quod

ad sedendam impetitionem, quam adversus ecclesiam nostram habuit Fr(edericus) de Stedere, et ob amorem amicorum suorum ecclesiam nostram et nos ad hoc obligamus, quod singulis annis eidem Fr(ederico) de Stedere ~~viii. maldra siliginis~~ iiiique maldra ordeï dabimus festo beati Mychahelis, cuius vero annone medietas de granario domini abbatis, medietas autem de granario conventus dabitur et requiretur. Preterea duos mansos in Gronstede sitos ad ecclesiam nostram iure litonico pertinentes et xvi solidos solventes annuatim eidem assignamus hec omnia tali condicione facientes, quod, si predictus Fr(edericus) de Stedere morte tractus fuerit vel vivens beneficio ditatus fuerit a quocumque, census annone predictæ cum duobus mansis pretaxatis ad ecclesiam nostram solutus revertatur. Testes huius sunt Sifridus de Rutenberch, Fredericus de Stedere milites, Raso de Uttese, Sifridus de Rodhen famuli et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xciii<sup>o</sup>, vigilia assumptionis beate Marie dei genitricis.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Godehardikl., Ms. 311 Nr. 84 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1016.** Propst Volrad des Moritzstiftes (montis sancti Mauricii extra muros Hildensemenses) überträgt der Kapelle der h. Anna auf dem Kirchhofe des Kreuzstiftes drei Hausstellen in Bierbergen (Bierberghe), die ihm die Bürger Arnold und Albert vom Damme resigniert haben. 1294 August 27 (sexto kalendas septembris).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 207. Beide Siegel verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 237 Nr. 477.*

**1017.** Graf Heinrich von Wohldenberge übergibt dem Domkapitel das Eigentum eines Hofes und zweier Hufen in Dinkelbe, damit die Güter der Dompropst dem Burchard von Cramme zu Lehn gibt. 1294 September 15.

Heinricus dei gracia comes de Woldenberge audituris has litteras seu visuris salutem in domino. Ne rebus per nos gestis inposterum derogari contingat, notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos omnium heredum nostrorum accedente consensu proprietatem unius curie et duorum mansorum in Dingelvedhe cum omnibus attinenciis in silvis, pratis, pascuis et in campis capitulo maioris ecclesie Hildensemensis in perpetuum dedimus absolute, sic tamen quod dominus Borchardus miles dictus de Kramme et heredes ipsius

debeant eadem bona in feudum recipere a maiore preposito Hildensemensis ecclesie supradicte. Super quo ne — —. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. cc. xc<sup>o</sup>iiii<sup>o</sup>., xvii<sup>o</sup>. kalendas octobris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 333. Siegel gut erhalten.*

**1018.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass die Bürger Heinrich, Arnold und Volkmar Frankenberg dem Kl. Marienrode ihre Güter in Söhre (Sodere) verkauft haben. 1294 November 29 (in vigilia sancti Andree apostoli).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 72. Siegel verloren. Gedr. Marienroder UB. S. 102 Nr. 92, Doebner, UB. S. 238 Nr. 479.*

**1019.** *Edelherr Johann von Adensen verkauft mit Zustimmung seiner Söhne Friedrich, Domherrn, und Johann und seiner Töchter Adelheid, Gräfin von Hallermund, deren Sohnes, des Grafen Gerhard, der Stiftsdame Margarete in Gandersheim, der Gisela von Hardegens, und der Gertrud von Hohenbüchen dem Kl. Loccum vier vogteifreie Hufen in Egestorf. 1294.*

*Gedr. nach dem Loccumer Cop. fol. 53 von Hodenberg, Calenberg. UB. III, S. 312 Nr. 501, Scheidt, Vom Adel S. 84. Vgl. unten Nr. 922, wo Gertrud von Hohenbüchen „von Ohsen“ genannt wird, und Zeitschrift 1833 S. 1 und Nachtr. S. 651.*

**1020.** *Das Godehardikloster beklagt sich über die Cistercienser bei den Äbten und Prioren des Benedictinerordens. O. D. (1294—1302).*

Religiosis patribus et dominis beati Benedicti ordinis abbatibus et prioribus, ad quos presentes littere pervenerint, Hildebrandus dei gracia abbas, Iohannes prior totusque conventus ecclesie sancti Godehardi in Hildensem cum devotis oracionibus sinceram in domino karitatem. Reverendi patres, cum vestris subditis universis nobiscum et pro nobis plangite et dolete, o dolor et o plus quam dolor! Non<sup>1)</sup> est dolor sicut dolor noster. Loquimur<sup>2)</sup> in amaritudine anime nostre eo, quod facti<sup>3)</sup> sumus obprobrium vicinis nostris et subsannacio<sup>4)</sup> et derisus hiis, qui in circuitu nostro manent. Intelleximus siquidem et longe lateque divulgatum est, quod monachi Cistercienses nos et nostram ecclesiam graviter infamantes, ipsam videlicet ecclesiam et bona nostra intendunt sibi usurpare et nobis exterminatis et abiectis racione studii generalis faciendi possidere magnificent<sup>5)</sup> fimbrias

<sup>1)</sup> Vgl. Thren. 1, 12    <sup>2)</sup> Iob 10, 1.    <sup>3)</sup> Psal. 30, 12.    <sup>4)</sup> Psal. 43, 14.  
<sup>5)</sup> Matth. 43, 5.



suas, ut sibi faciant<sup>1)</sup> nomen grande; non in grandi nomine, sed in amplitudine caritatis acquiritur regnum dei. Hinc est, quod sub vestram proteccionem confugimus lacrimabiliter supplicantes, quatenus, quia ~~principiis est obstandum~~, ne quid deterius inde contingat, huic supplicacioni nobiscum viriliter resistentes, quia tunc tua res agitur, paries dum proximus ardet, nos in arto positos et consolacione destitutos dignemini consolari, ut vestro consilio et auxilio mediantibus a tribulacione<sup>2)</sup> et angustia, que nos invenerunt, et infamia, que nos sequitur, eximi mereamur. Vos quidem eritis nobis turris<sup>3)</sup> fortitudinis a facie Cisterciensis ordinis inimici, sed non decet membra a capite discedere vel aliquid discordare, quia turpis est omnis pars, que suo non congruit universo. Ceterum scire debetis, quod nos et nostri conventus fratres, quorum nomina inferius continentur, sancti spiritus gracia univit taliter et coniunxit, quod novo et inaudito scelere usque ad sanguinem resistere volumus et restare bona ecclesie nostre usque ad novissimum mansum si necesse fuerit expendentis. Hildebrandus abbas, Iohannes prior, Bertoldus, Conradus, Eggehardus, Olricus, Thetmarus, Herinicus, Albertus, Gherhardus, Arnoldus, Hermannus, Hinricus, Eylardus sacerdotes, Thidericus, Hinricus, Hermannus, Ludolfus, Reynerus dyaconi, Hinricus, Bertramus, Hildebrandus subdyaconi.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Godehardikl., Ms. 311 fol. 86 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Zeitlich angesetzt nach dem Vorkommen des Priors Johann.*

**1021.** *Domherr Heinrich von Wohldenbergh bekundet, dass er Zeuge gewesen eines Ländertausches zwischen Ritter Heidenreich von Hetjershausen und seinem verstorbenen Bruder. Hildesheim 1295 Februar 1.*

Ego Henricus de Wldenbergh<sup>4)</sup> canonicus maioris ecclesie Hildensemensis tenore presentium recognosco, quod dominus Heydenricus miles de Hedershusen fratri meo comiti Hermanno de Woldenberge bone memorie me presente mansum unum in Yshusen dimisit. In cuius mansi recompensationem unum mansum situm in Nigenstede dicto militi titulo contulit pheodali et possessione dicti mansi investivit eundem. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Hildensem anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. nonagesimo quinto, in vigilia purificationis.

<sup>1)</sup> 2. Reg. 7, 9.    <sup>2)</sup> Psal. 118, 143.    <sup>3)</sup> Psal. 60, 4.    <sup>4)</sup> de Wldenbergh  
*über der Zeile nachgetragen.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 65. Kleiner Siegelrest an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1022.** *Bischof Siegfried beglaubigt eine Urk. des Kl. Lamspringe, in welcher diesem das Kl. Frankenberg den Zehnten in Mahlum verkauft. 1295 Februar 14.*

Nos Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus notum facimus, quod litteras prepositi et conventus sanctimonialium in Lamspringhe super decima in Maldem et quibusdam bonis aliis vidimus et perspeximus, quarum tenor talis est. (*Folgt die Urk. von 1285 Juni 26, oben Nr. 725.*) Verum quia instrumenta originalia incurate custodiri, maliciose subtrahi, incendiis devastari, vetustate aliquando consumi contingit, nos ad preces discreti viri Iohannis prepositi et favorem conventus sanctimonialium in Lamspringhe dictas litteras rescribi fecimus et in predictorum omnium memoriam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. nonagesimo quinto, xvi<sup>o</sup>. kalendas marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 66. Siegel des Bischofs gut erhalten.*

**1023.** *Die Braunschweiger Bürger Stapel resignieren dem Kreuzstifte drei Hufen in Klein-Stöckheim, die sie dem Pfarrer in Watzum verkauft haben. Braunschweig 1295 Februar 19.*

Honorabilibus viris dominis . . preposito, . . decano totique capitulo ecclesie sancte Crucis in Hildensem Mechtildis relicta Henrici Stapel bone memorie, Iohannes filius suus et Henricus nepos suus quondam filius Hermanni Stapel, cives Brunswicenses, obsequii quantum poterunt et honoris. Noverit vestra discretio, quod domino Conrado plebano in Wattekessem, Conrado et Gevehardo filiis sororis sue tres mansos sitos in villa Capelstockem vendidimus et dimisimus cum omni iure, quod habuimus in eisdem, salvo in omnibus iure vestro ipsos mansos vestre ecclesie cum omni iure, quo nos habuimus, resignantes. Et quia sigillis caruimus, sigillis domini Baldewini thesaurarii sancti Blasii in Brunswic, Henrici et Conradi fratrum de Domo, Hermanni Stapel filii Iohannis et Iohannis Stapel usi fuimus in presentī. Datum Brunswic anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. v., xi<sup>o</sup>. kalendas marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 208. Von den fünf Siegeln nur das spitzovale des Theसारars und das kleine dreieckige des Heinrich vom Hause erhalten. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: Bona resignata per*

presentes litteras domino Conrado de Wattedesem et domine Eremgarde necnon Conrado et Ghevehardo filiis filie sue commisimus ad vite tempora eorundem eo modo, quod festo Michahelis xxiii solidos et vi denarios Hildensemenses nobis solvant annis singulis expedite et quod eadem bona numquam dividant neque scindant, et si iam dictum censum per triennium solvere supersederint vel ipsa bona scinderint, propter hoc ipsum eadem bona ad nostram ecclesiam liberé revertentur. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxv<sup>o</sup>., proxima feria tertia post Letare (März 15).

**1024.** *Bischof Siegfried verspricht allen, welche das Kl. Frose an bestimmten Tagen besuchen und es unterstützen, vierzig Tage Ablass. Halberstadt 1295 März 4 (sexta feria post dominicam Reminiscere).*

*Nach Cop. gedr. v. Heinemann, Codex Anhalt. II, S. 554 Nr. 789.*

**1025.** *Die Grafen von Wohldenberg geben den von ihnen beneficierten Pfarrern ein Privileg. 1295 März 14.*

Conradus, Iohannes fratres dei gratia comites, item Henricus, Ludolphus et Borchardus fratres filii Ludolphi quondam comitis in Woldenberge — —. Inherentes igitur vestigijs predecessorum nostrorum scilicet nobilium de Woldenberg, qui, sicut nobilitatis est proprium, universalem ecclesiam atque clerum honorare fideliter et promovere studebant, ad honorem dei et virginis gloriose necnon ad remedium animarum nostrarum et predictorum nobilium, ad futuram quoque utilitatem dilecte nobis ecclesie in Woltingerode nostris specialibus clericis beneficiatis a nobis, scilicet de Borchstene, Slebeke, Here, Engelemstede, Bornem, Slebeke, Bilderla, Sodhere sacerdotibus et eorum successoribus damus in perpetuum privilegium, quod eos non solum defendemus in vita, verum etiam post obitum ipsorum exuvias seu bona, que dimiserint, sive de iure sive de facto nobis hoc competeret, non tollemus, sed habebunt libertatem suam testamenta condendi et ordinandi rationabiliter iuxta ecclesiam Woltingerode de rebus propriis quicquid volunt et sue confraternitati crediderint profuturum. Nam ibidem eligent sepulturam exequisque et tricesimis tam nostris quam confratrum suorum ibidem omnes pariter interesse debebunt. Preterea bis in anno scilicet prima vice post festum pasche, altera vice ante festum s. Michahelis diebus, quos elegerint, dicti sacerdotes vel successores eorum suis expensis in claustro predicto convenient et totius parentele de Woltingrode memoriam devote peragent in vigiliis et in

missis prestituri non solum tunc, sed etiam quandocumque<sup>1)</sup> requisiti fuerint fidele consilium et auxilium eidem ecclesie, ut tenentur et ut toti confraternitati viderint expedire. Presbyteri quoque seu clerici de Mulbeke, Borsne, Hillewardingerode, Dornete et Immenrode, quorum ecclesie dependent a claustro predicto, pari debent libertate et confraternitate gaudere, et nos eis omnibus viriliter assistemus. Super quibus ne dubium oriat, presentem litteram sigillis nostris et cognatorum nostrorum Henrici et Ottonis canonicorum Hildensemensis ecclesie nobilium virorum de Woldenberg<sup>2)</sup> munitam claustro et rectoribus dictarum ecclesiarum dedimus ad cautelam. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, pridie idus martii.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts in Cop. VI, 115, S. 157 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1026.** Rogerius archiepiscopus sancte Severine, Aymardus Lucerie, Perronus Larinensis, frater Maurus Ameliensis, frater Franciscus Terracinensis et Emanuel Cremonensis episcopi *erteilen allen, welche die Kirche des Maria-Magdalenenklosters besuchen und im Bau unterstützen, einen vierzigjährigen Ablass. Rom 1295 März 15 (idus marcii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 129. Sechs gut erhaltene Siegel in rotem Wachs an roten und gelben Seidenfäden. Auf der Rückseite: ego Hermannus Persicus clericus ecclesie sancte Marie Magdalene per annualem pensionem annexus apud sedem apostolicam constitutus hanc litteram indulgentie impetravi ad honorem beate Marie Magdalene et ob favorem prepositi et omnium dominarum.*

**1027.** Rogerius archiepiscopus sancte Severine, Aymardus Lucerie, Perronus Larinensis, frater Maurus Ameliensis, frater Franciscus Terracinensis, Emanuel Cremonensis episcopi *erteilen allen, welche die Michaeliskirche an genannten Festtagen besuchen und unterstützen, vierzig Tage Ablass. Rom 1295 März 15 (idus marcii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 82. Die sechs Siegel in rotem Wachs an roten und gelben Seidenfäden gut erhalten. Die Urkunde wird durch Bischof Siegfried 1296 Juli 4 (quarto nonas iulii) bestätigt, der selbst noch vierzig Tage hinzufügt, Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Michaeliskloster Nr. 17, beschädigtes Siegel des Bischofs an roten und gelben Seidenfäden.*

1) Cop. quancumque. 2) Cop. Wolenberg.

**1028.** *Das Johannisstift verpachtet dem Heinrich Specht und dessen Frau einen Hof mit Hausstelle in den kleinen Steinen und vor dem Pantaleonstore. 1295 April 15.*

[www.hbtol.com.cn](http://www.hbtol.com.cn)

Arnoldus dei gratia maioris ecclesie Hildensemensis decanus et ecclesie sancti Iohannis ibidem decanus et patronus necnon Olricus decanus et capitulum eiusdem ecclesie sancti Iohannis universis Christi fidelibus, quibus presentes litteras<sup>1)</sup> videre contigerit vel audire, salutem in omni salutari. Tenore presencium publice recognoscimus protestantes, quod nos unanimi consensu domum et aream sitam in parvis lapidibus et ante valvam Pantaleonis, que quondam stupa fuit, pertinentem canonicis ac hospitali sancti Iohannis locavimus iure empheotetico Heinricho dicto Pico et uxori eius Alheidi ac veris heredibus eorundem in perpetuum possidendam tali apposita pactione, quod predicti H(einricus) et uxor eius singulis annis, quoad vixerint, dabunt dictis canonicis et hospitali triginta solidos Hildensemensium denariorum, quorum decem cedent hospitali et viginti canonicis memoratis. Post mortem vero utriusque predictorum H(einrici) et uxoris<sup>2)</sup> eius A(lheidis) heredes ipsorum veri et legitimi dabunt annuatim duo talenta, quorum decem solidi cedent hospitali et reliqua summa canonicis iam prefatis. Dabunt autem supradicti H(einricus) et uxor eius necnon et heredes eorundem supradictum censum in duobus terminis anni videlicet medietatem in festo beati Michaelis et alteram medietatem in festo pasche eo modo, ut de supradictis H(einrico) et uxore eius ac heredibus ipsorum superius est notatum. Post mortem vero sepe dictorum H(einrici) et uxoris eius A(lheidis) et verorum heredum ipsorum edificia prenotate domus ad sepe dictos sancti Iohannis canonicos libere revertentur. Si vero, quod absit, sepedictus H(einricus) et uxor eius vel heredes ipsorum paupertatis aut alio necessitatis articulo urgerentur, liberum erit eis domum vendere supradictam, ita tamen quod tunc deinceps emptores eiusdem domus duo talenta dabunt canonicis supradictis, et tunc nos super huiuscemodi vendicione iure empheotetico<sup>3)</sup> requiremur. Ut autem predicta locacio firma maneat et illesa, presentes appensione sigillorum nostrorum duximus roborandas<sup>4)</sup>. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xcvi<sup>o</sup>., in crastino sanctorum martirum Tiburcii et Valeriani, presentibus et consencientibus honorabilibus viris Ol(rico) decano,

<sup>1)</sup> litteras fehlt im Cop.    <sup>2)</sup> Cop. uxori.    <sup>3)</sup> Cop. emphetetico.    <sup>4)</sup> Cop. roborandam.

Io(hanne) scolastico, Io(hanne) de sancto Lamberto, Bernardo, Iohanne dicto Stangge, Io(hanne) de sancta Cruce canonicis ecclesie sancti Iohannis, Conra(do) de Minda sacerdote rectore curie hospitalis et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno et die supradictis. Item de domo et area eidem<sup>1)</sup> domui et aree annexa xiiii solidorum redditus, quorum medietas in festo pasche persolvitur, reliqua medietas in festo beati Michaelis.

*Abchrift des 16. Jahrhunderts im Copiar des Johannisstiftes, Ms. 341 fol. 6 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Würdtwein, Nova subs. I, S. 354. Regest Doebner UB. I, S. 239 Nr. 581. „Das Kollegiatstift st. Johannis auf dem Damme stand unter dem Schutze und der Jurisdiktion des Domdechanten. Für die eigentlichen officia des Dechanten hatte es in der ersten Periode seines Bestehens einen eigenen Dechanten. Nach 1350 verschwindet er und seine officia im Stifte hatte der senior canonicorum zu besorgen.“ Freundliche Mitteilung des Herrn Dombibliothekars J. Waechter in Hildesheim.*

**1029.** *Ritter Basil von Rautenberg gestattet dem Bischof oder dem Domkapitel den Rückkauf eines Allods in Lühnde. 1295 Mai 11.*

Noverint universi presentia visuri vel auditori, quod nos Basilius de Rutenberch miles presentibus recognoscimus, quod allodium in Lulene cum suis attinentiis, quod a venerabili domino nostro Sifrido Hildensemensi episcopo emimus iusto titulo emptionis pro lx mansis argenti examinati, eidem domino nostro episcopo sive eiusdem successori sive dominis nostris maioris ecclesie in Hildensem canonicis nos aut nostri heredes ad reemendum dabimus pro pecunia memorata infra duos annos a festo pasche proxime affuturo. In cuius rei — — Datum anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>v<sup>o</sup>., feria quarta vigilia ascensionis domini nostri Ihesu Christi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 334. Beschädigtes Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1030.** *Der Offizial beauftragt einen Domherrn und den Scholaster des Kreuzstiftes, der Geistlichkeit der Stadt die Befehle der Konserwatoren zu übermitteln und zu befehlen, an drei Sonntagen allen die Meidung der Exkommunizierten anzuraten. (1295) Mai 19.*

Officialis curie Hildensemensis executor sacri concilii Maguntini honorabilibus viris et in Christo dilectis domino Borchardo de Ponte canonico Hildensemensi et scolastico sancte Crucis ibidem salutem. Mandamus vobis in virtute sancte obediencie et sub pena suspen-

<sup>1)</sup> Cop. eedem.

sionis ab officio, quatenus mandata conservatorum Hildensemensis ecclesie, que vobis lator presencium presentabit, ad singulas parrochias et ecclesias ~~Hildensemenses~~ ~~deferatis~~ et ea prelati et plebanis ibidem et eorum vices gerentibus exponatis percipientes eisdem, ut dicta mandata in omni sui forma, si penas in eisdem contentas evitare voluerint, diligencius exequantur et ut continue proximis tribus dominicis moneant universos, ut a communione excommunicatorum Hildensemensium abstineant, sicut in mandatis dictorum conservatorum plenius continetur. In hiis exequendis alter alterum non expectet; facta execucione reddite litteras sigillis vestris in testimonium sigillatas. Datum anno domini ut supra<sup>1)</sup>, die feria v. proxima post dominicam Exaudi domine.

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 536 Nr. 920 IV im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1031.** *Bischof Siegfried übereignet mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Lamspringe zwei Hufen in Wöllersheim (Woldersem). Hildesheim 1295 Mai 25 (quinta feria penthecostes).*

Testes sunt Arnoldus decanus, Wlradus Montis prepositus, Bernardus cantor, Bernardus scholasticus, Iohannes cellerarius, magister Petrus officialis canonici Hildensemenses.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 67. Eingenähtes Siegel des Bischofs und beschädigtes des Domkapitels.*

**1032.** *Der Offizial der Hildesheimer Kurie teilt der Geistlichkeit der Stadt und Umgegend mit, dass er genannte Rats Herrn und Bürger wegen der Eingriffe in die Immunität der Kirche exkommuniziert und die Stadt mit dem Interdikt belegt habe. Hildesheim 1295 Mai 31 (pridie kalendas iunii).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 11, S. 534 Nr. 917 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 239 Nr. 482.*

**1033.** *Bischof Bruno und Dompropst Bruno von Naumburg danken dem Domkapitel für das Festhalten an ihrem Rechte gegenüber der Stadt und ermahnen sie zu weiterem Ausharren. Naumburg (1295) Juni 4.*

Bruno dei gracia episcopus et Bruno prepositus ecclesie Nuenburgensis, conservatores venerabilis in Christo patris et domini

<sup>1)</sup> D. h. wie in der vorhergehenden Nr. des Cop.



episcopi et ecclesie Hildensemensis a sede apostolica deputati honorabili viro domino decano, celerario, officiali et capitulo Hildensemensibus sinceram in domino caritatem. Gratas vobis referimus super eo, quod pro iuribus, privilegiis et libertatibus vestre famose Hildensemensis ecclesie conservandis corporibus et rebus, prout nobis relatum est, laborare cepistis; monemus igitur et hortamur vos et nichilominus qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus non cito nec facilliter moveamini recedentes a proposito vestro bono, sed pro iniuriis et dampnis ecclesie et vobis illatis unanimiter condignam exigatis et expectetis emendam et caucionem nichilominus de futuro, scientes, quod, cum a vobis fuerimus requisiti, vestro vobis non deficiemus in iure. Cetera lator. Datum Nuenborch sabbato post dominicam Domine in tua.

*Abachr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 535 Nr. 919 im Kgl. St.-A. zu Hannover. — Ein ähnliches Schreiben wird aus Goslar geschickt worden sein, vgl. a. a. O. Nr. 918 am Ende: hic dominis nostris de civitate Hildens. expulsis quam plures plurimum condolerent, honorabiles domini canonici Goslarienses capitulo Hildens. consolatoriam litteram liberaliter per solempnes nuncios transmiserunt in hec verba. Der Brief fehlt aber, da der unten Nr. 1048 wohl nicht gemeint sein kann.*

**1034.** *Ludolf, Kämmerer des Stiftes, bekundet die Zustimmung seiner Frau Vredeken dazu, dass ihr Bruder Konrad von Luthardessen einen Hof in Lüthorst (Luthardessen) und vier Hufen in Deensen (Deddenhusen) dem Kl. Amelunxborn verkauft, und verspricht zugleich mit seinem Bruder Ekbert, Domherrn, und dem Ritter Konrad von Gandersheim, dass Irmgard und Vredeken, Töchter der Vredeken, nach erlangter Volljährigkeit auf die Güter verzichten werden. Alfeld 1295 Juni 8 (sexto idus iunii).*

*Abachr. des 15. Jahrhunderts im Diplom. des Kl. Amelunxborn III, fol. 108 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**1035.** *Bischof Siegfried verkauft dem Andreasstift die Rodung Brük am Steinberge. Ruthe 1295 Juni 21.*

In nomine domini amen. Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — — notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum nos essemus debitorum onere gravati propter redemptionem honorum ecclesie nostre obligatorum, de consensu et beneplacito nostri capituli vendidimus decano et capitulo sancti Andree in Hildensem pro octoginta duabus marcis examinatis novale

nostrum quod vulgariter Brūk dicitur habens partem Montis lapidei apud Bethzingerode de quinque mansis, quorum quilibet triginta continet iugera, cum omnibus eorum attineniis, utilitate et iure, decimis, collibus, vallibus, montibus, paludibus, pratis, paschuis, silvis, viis et inviis, aquis aquarumve decursibus cum proprietate eorumdem, quemadmodum ipsos habuimus, iure perpetuo possidendos. Ut autem hec nostra venditio et proprietatio perpetuis temporibus firma et inconvulsa permaneat, presentem litteram inde confectam sigillis nostro videlicet et nostri capituli, Ernesti sancti Michaelis, Ludolfi sancti Godehardi abbatum, Gevehardi prepositi, Arnoldi decani ecclesie Hildensemensis, Wlradi prepositi Montis in evidens testimonium fecimus communiri. Testes sunt Bernardus cantor, Bernardus scholasticus, Sifridus de Blankenborg, Iohannes cellerarius, Heynricus et Otto de Woldenberge canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Thidericus de Stockem, Albertus et Arnoldus Bocke, Heynricus de Berningerode, Lippoldus de Rothinghe milites, Conradus et Borchardus fratres de Valua orientali, Iohannes Dives, Bruno Insanus, Thidericus Friso, Albertus et Arnoldus fratres de Dammone, Bertrammus Reynfridi, Arnoldus et Volcmarus dicti Frankeneberg burgenses Hildensemenses et alii quamplures. Datum Rute anno domini millesimo cc. xcv<sup>o</sup>, xi<sup>o</sup>. kalendas iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Andreasstift Nr. 15. Die sieben Siegel verloren, aber noch vorhanden die Befestigung des zweiten (rote), des fünften und siebenten (grüne) und des sechsten (rote und grüne Seidenfäden). Gedr. nach Abschrift des 15. Jahrhunderts, Marienroder UB. S. 103 Nr. 93.*

**1036.** *Dechant Johann, Scholaster Hildebrand und das Kapitel von st. Andreas verkaufen dem Kl. Marienrode (novalis sancte Marie in Bethzingerode) die Rodung gen. Brok am Steinberge mit Genehmigung des Bischofs Siegfried. Hildesheim 1295 Juni 21 (xi<sup>o</sup>. kalendas iunii).*

Testes sunt Ernestus sancti Michaelis, Ludolfus sancti Godehardi abbates, Gevehardus prepositus, Arnoldus decanus, Wlradius Montis prepositus, Bernardus cantor canonici Hildensemenses, Ecbertus camerarius, Ernestus pincerna, Lippoldus de Rothinghe, Thidericus de Stockem, Albertus et Arnoldus Bocke, Heynricus de Berningerode milites, und Bürger.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 209. Beide Siegel verloren. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 241 Nr. 483, nach dem Transsumt vom 1445 Marienroder UB. (UB. des histor. Vereins f. Niedersachsen Bd. IV) S. 104 Nr. 94.*

**1037.** *Der Offizial der Hildesheimer Kurie befiehlt der Geistlichkeit, genannte Ratsherren und deren Anhang für exkommuniziert zu erklären. Peine 1295 Juni. 22 (feria iii. proxima ante diem beati Iohannis baptiste).*

*Abchrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 535 Nr. 918 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 243 Nr. 485.*

**1038.** *Rat und Bürgerschaft appellieren durch den Notar und Ratsherrn Hermann gegen ihre Exkommunikation durch Bischof Siegfried an den apostolischen Stuhl. 1295 (nach Juni 22).*

*Abchrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 532 Nr. 915 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 241 Nr. 484, wo S. 243 Z. 15 das Komma hinter apostolos natürlich zu tilgen ist.*

**1039.** *Bischof Siegfried weist die Appellation des Rates zurück, verweigert ihm die Apostoli und beauftragt ihn bei Strafe des Bannes, seine litterae refutatoriae dem apostolischen Stuhle vorzulegen, wenn er bei der Appellation beharren sollte. O. D. (1295 nach Juni 22).*

*Abchrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 533 Nr. 916 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 245 Nr. 487.*

**1040.** *Bischof Siegfried bekundet den Verzicht des Basil von Rautenberg auf acht Hufen in Rautenberg, die das Michaeliskloster von diesem und seinem verstorbenen Bruder gekauft hat. Sarstedt 1295 Juni 23.*

Sifridus dei gracia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus presencia visuris vel<sup>1)</sup> auditoris salutem in domino. Noverint universi, quod, cum dilectus nobis in Christo dominus Ernestus abbas monasterii sancti Michahelis in Hildensem a Sifrido et Basilio fratribus dictis de Rutenberghe de consensu et beneplacito omnium suorum consanguineorum octo mansos in Rutenberghe sitos cum omnibus attinenciis in silvis, pratis, pascuis et campis pro centum et viginti marcis examinati argenti iure proprietatis perpetuo possidendos comparasset, prefatus Basilius post obitum ipsius Sifridi fratris sui eundem abbatem et ecclesiam suam pro eisdem mansis impetebat. Demum cum idem Basilius nostra et aliorum proborum hominum ammonitione inductus suam impetitionem novisset inportunam, in nostra constitutus presencia omni iuri, quod sibi in pre-

<sup>1)</sup> sen B.

dictis mansis cedere videbatur, digitis et lingua plane et expresse pro se et suis heredibus renunciavit et sic ab omni actione seu impetitione, quam contra predictum abbatem et ecclesiam suam pro eisdem mansis movebat, cessavit penitus et quievit. Ut autem — —. Huius facti testes sunt Iohannes de Rodhen, magister Petrus, Hinricus de Woldenberghe, Borgardus de Scrapelowe canonici Hildensemensis ecclesie, Ascwinus, Tethmarus fratres de Luttere, Bertoldus, Iohannes, Volcmarus fratres de Goddenstede, Ernestus pincerna, Iohannes de Stedere, Albertus Bock, Arnoldus Bock, Ludoldus de Eskerte, Iohannes Trobo milites, Godescalcus de Ellesen, Theodericus de Rothinghe, Conradus de Saldere, Iohannes de Oberghe, Iohannes et Arnoldus fratres dicti Blomen, Hinricus de Elvethe, Hermannus de Himmedesdore,<sup>1)</sup> Ethelerus advocatus et quam plures alii clerici et layci fide digni. Actum et datum in cymiterio Cserstede anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxv<sup>o</sup>. quinto, in vigilia nativitatis beati Iohannis baptiste.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Michaeliskl. 83a (A) und 83b (B), beide mit dem Siegel des Bischofs.*

**1041.** *Bischof (Bruno) und der Dompropst (Bruno) von Naumburg als päpstliche Deputierte befehlen der Geistlichkeit, die Ratsherrn und deren Anhang für exkommuniziert zu erklären. (1295) Juni 23 (die vigilia Iohannis baptiste).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 11, S. 534 Nr. 918 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 244 Nr. 486.*

**1042.** *Rat und Gemeinde der Stadt bitten den Bischof (Volrad) und das Domkapitel von Halberstadt, die Geistlichkeit der Stadt und der Diözese und den Rat der Stadt um Rat in dem Streite mit dem Domkapitel unter Darlegung des Sachverhaltes. O. D. (1295 Juni-Juli).*

*Abschrift des 15. Jahrh. im Cop. VI, 11, S. 537 VIII im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 84 Nr. 137, Doebner, UB. I, S. 246 Nr. 488.*

**1043.** *Das Domkapitel von Minden befiehlt sede vacante den Geistlichen der Diözese und Stadt Minden, die Ratsherrn von Hildesheim mit Anhang für exkommuniziert zu erklären. Minden 1295 Juli 1 (kalendas iulii).*

<sup>1)</sup> Himmethesdore B.

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 535 Nr. 920 I im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Westfäl. UB. VI, S. 489 Nr. 1540. — Am Schlusse der Urk. heisst es im Cop.: Mandatum simile huic predicto venerabiles patres Bremensis, Verdensis et Halberstadensis et Magdeburgensis subditis suis miserant.*

**1044.** *Das Mindener Domkapitel fordert die Rats Herrn und Bürger von Hildesheim auf, dem Domkapitel innerhalb acht Tage Genugthuung zu geben, widrigenfalls sie exkommuniziert werden würden. Minden (1295 Juli 1).*

Capitulum Mindensis ecclesie sede vacante consulibus civitatis Hildensemensis et universitati civium ibidem. Litteras venerabilis patris episcopi et in Christo dilecti prepositi Nuenburgensis ecclesie conservatorum Hildensemensis ecclesie recepimus continentes, quod, cum pro manifestis violenciis, effractionibus et incendiis per vos in emunitate ipsius ecclesie commissis in vos consules excommunicationis et in universitatem interdicti sententia sit prolata, eo quod de huiusmodi iniuriis infra monicionis et requisicionis debitum tempus satisfacere distulistis, nos huiusmodi sententias publicantes et publicari facientes accensis candelis et pulsatis campanis personas consulum nominatim et complicum eorundem denunciari singulis dominicis per nostram dyocesim faciamus sententias ipsas, sicut ordo iuris exegerit, de tempore in tempus ulterius aggravando, prout in mandato nobis super hoc directo plenius continetur. Quare vos et universitatem vestram rogamus, consulimus pariter et monemus, quatenus infra octo dies proximos de premissis iniuriis decano et ecclesie Hildensemensi satisfacere aut amicabiliter componere studeatis, alioquin nos extunc licet inviti contra vos et vobis communicantes districtius precedemus, sicut recepimus in mandatis. Datum Minde ut supra.

*Abschrift des 15. Jahrh. im Cop. VI, 11, S. 535 Nr. 920 II im Kgl. St.-A. zu Hannover, mit dem Zusatz: consimiles monitorias civibus Hild. premiserunt venerabiles patres Bremensis, Verdensis et Halberstadensis et Magdeburgensis ecclesiarum episcopi.*

**1045.** *Der Offizial der Kurie beauftragt genannte Pfarrer, die Bürger für exkommuniziert zu erklären. (1295) Juli 8.*

Officialis curie Hildensemensis executor sacri concilii Maguntini discretis viris in Wynhusen, Benborstle, Edemissen, Honekesbutle, Muden, Leforde, Borchtorpe, Biscopigdorpe, Roden, Siverdeshusen ecclesiarum plebanis salutem. Mandamus vobis in virtute sancte

obedientie, quatenus convocetis quantocius plebanos subditos sedium ecclesiarum vestrarum et eisdem auctoritate conservatorum Hildensemensis ecclesie a sede apostolica deputatorum et nostra sub pena suspensionis ab officio iniungatis, ut consules civitatis Hildensemensis, quos non est dubium sententias excommunicationis et interdicti in se pro manifestis violentiis, effractionibus et incendiis promulgatis non contempnere indurato, singulis diebus dominicis in ecclesiis suis accensis candelis et pulsatis campanis excommunicatos nominatim denuncient et vos similiter in vestris ecclesiis faciatis monentes nichilominus publice universos Christi fideles tribus proximis dominicis, ut ab eorum communione prorsus recedant, ita quod nec empzione nec vendicione, cibo, potu, furno, molendino, pratis, pascuis, igne aut aqua vel quovis alio humanitatis solatio eisdem communicare presumant, ne personas eorum vel pecora ipsorum hospicio recipiant vel admittant et ne ad civitatem Hildensemensem res vendendas adducant quomodolibet vel apportent, alioquin contrarium facientes extunc excommunicatos auctoritate conservatorum seu iudicum sedis apostolice publice cum dictis malefactoribus nuncietis. Facta execucione reddite litteras sigillis vestris in testimonium sigillatas. Datum anno domini sicut supra, die vero beati Kiliani.

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 536 Nr. 920 V im Kgl. St.-A. zu Hannover. Vgl. wegen dieser plebani Lüntzel, Ältere Diözese S. 301 und wegen Biscopigdorp auch Schulz in den Hann. Gesch.-Blättern 1901 S. 121.*

**1046.** *Bischof Siegfried übergibt den Domherrn Heinrich und Otto von Wohldenbergh das Eigentum des Zehnten in Weddingen nebst sechs Hausstellen und zwei Hufen daselbst, die Heinrich von Berkenstene von ihm zu Lehn hatte und jene dem Deutsch-Ordens-Hause in Goslar übertragen haben, und erhält dafür im Tausch vier Hufen in Bönningen (Bonige), fünf in Söder (Sodere), zwei in Biewende und fünf in Dötzum (Dotessem) und Empne. 1295 Juli 21 (xii<sup>o</sup>. kalendas augusti).*

Testes sunt Arnoldus decanus, Vulradus Montis prepositus, Bernardus cantor, Bernardus scholasticus, Sifridus de Blankenberg canonici Hildensemenses, Albertus Bok, Iohannes de Stedere milites.

*Or. in der Beverinischen Bibl. zu Hildesheim. Siegel des Bischofs verloren, das des Domkapitels und der beiden Domherrn von Wohldenbergh an weissen Seidenfäden. Gedr. Bode, UB. II, S. 487 Nr. 490.*

**1047.** *Die Domherrn Heinrich und Otto von Wohldenberg schenken dem Hause des deutschen Ordens in Goslar den ganzen Zehnten in Weddingen mit sechs Hausstellen, einer Weide und zwei Hufen, deren Eigentum sie von Bischof Siegfried und dem Domkapitel im Tausch erhalten haben, zur Memorie aller aus ihrem Geschlechte Verstorbenen. 1295 Juli 21 (xii. kalendas augusti).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Weddingen Nr. 5. Beide Siegel gut erhalten. Gedr. Bode, UB. II, S. 486 Nr. 489.*

**1048.** *Das Kapitel in Goslar bedauert die Bedrängnis des Domkapitels in Hildesheim und bietet ihm seine Kurien als Zufluchtsstätten an. O. D. (1295 Juli).*

Dominis suis ac amicis decano ac canonicis Hildensemensis ecclesie maioris Konemannus dei gracia decanus totumque capitulum ecclesie Goslariensis cum devotis orationibus quitquit possunt obsequii et honoris. Consolationum ac favorum vestrorum sepe participes effecti non immerito eciam passionum socii internas patimur angustias et compatimur honorificencie vestre videntes inquis vos pressuris et indignis iniuriis laborare. Verum si non tam efficaciter possumus quam libenter vellemus afflictionem<sup>1)</sup> vestram congrua consolacione relevare, tamen id quod valemus desideranti corde hilariter vobis offerentes exhibemus vobis omnibus et singulis et petimus, si alicui vestrum placuerit, ad nostram gracia mansionis vel maioris quietis declinare civitatem, nostras curias intretis unusquisque, ubi magis libeat sibi, in quibus ad commodum vestrum quitquit poterimus ordinabimus prebendam nostram impartituri vobis singulis secundum porcionem, que valet contingere quemque nostrum, et si ultra hec quitquam possumus vel habemus, parati sumus vestris commodis et honoribus impartiri. Vobis, domine decane, specialiter supplicamus, ut istud curetis dominis confratribus vestris absentibus intimare. Quod ut facilius fieri queat, patentem fecimus esse litteram huius scripti.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 538 Nr. 920.xiiii im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1049.** *Das Domkapitel von Minden verspricht dem in Hildesheim Beistand mit Rat und Tat in der Verteidigung seiner Rechte. O. D. (1295 Juli).*

<sup>1)</sup> Cop.: afflictorem.



Reverendo in Christo patri ac domino episcopo necnon honorabilibus viris decano et capitulo Hildensemensi capitulum ecclesie Mindensis cum sincero affectu paratam ad beneplacita voluntatem. Vestras et conservatorum vestrorum litteras vidimus vestram constantiam in domino commendantes super eo, quod statis viriliter pro iuribus vestre ecclesie defendendis, offerentes nos vobis prout petivistis paratos et benivolos ad impendenda vobis consilia et auxilia oportuna.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 536 Nr. 920 III. Ähnliche Schreiben liegen vor a. a. O. von den Kapiteln in Bremen und in Verden.*

**1050.** *Erzbischof Erich von Magdeburg als Beschützer des Gottesfriedens ermahnt den Rat und die Gemeinde von Hildesheim, sich mit dem Domkapitel zu vergleichen. O. D. (1295 Juli).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. VI, 11, S. 537 Nr. 920 IX im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 84 Nr. 138, Regest Doebner, UB. I, S. 248 Nr. 493.*

**1051.** *Markgraf Otto von Brandenburg ermahnt als Richter des Königsfriedens in Sachsen den Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg zu einer Unterredung mit ihm, ehe er sein Vorhaben, den Bürgern gegen die Geistlichkeit mit Rat und Hülfe beizustehen, zur Ausführung bringt. Berlin 1295 August 1 (in die sancti Petri ad vincula).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 11, S. 538 Nr. 920 XII. Gedr. Scheidt, Vom Adel S. 350, danach Riedel, Cod. dipl. Brandenburg. II, 1, S. 213, Sudendorf, UB. I, S. 82 Nr. 134. Regest Doebner, UB. I, S. 247 Nr. 489.*

**1052.** *Herzog Albrecht von Braunschweig bekundet, dass er sich vergeblich bemüht habe, die Streitigkeiten des Domkapitels mit dem Rate zu schlichten. Braunschweig 1295 August 22 (in octava assumptionis beate virginis).*

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 537 Nr. 920 VII im Kgl. St.-A. zu Hannover mit dem Zusatz: has predictas litteras consules publicari penitus inhibebant et sermones fratrum deinceps in civitate fieri prohibebant. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 83 Nr. 136. Regest Doebner, UB. I, S. 247 Nr. 490.*

**1053.** *Der Offizial der Kurie beauftragt den Domherrn Burchard und den Scholaster des Kreuzstiftes (Berthold), die Geistlichkeit anzuhalten, dass sie die Exkommunikation der Rats Herrn und ihres Anhanges alle Sonntage zu verkündigen fortfahren, und ebenso die Dienerschaft*

*derselben, welche bis Gallustag (Oktober 16) sich nicht der Dienste bei jenen enthält, exkommunizieren. 1295 August 25 (in crastino beati Bartholomei).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. VI, 11, S. 536 Nr. 920 VI im Kgl. St.-A. zu Hannover. Dazu Zusatz des Cop.: Ab hoc mandato scolasticus appellavit, sed postmodum usus saniori consilio infra sex dies ab appellacione recessit et promisit amplius exequi quod deberet. Borchardus vero de Ponte dictum mandatum exequatur ut debebat. Littera eiusdem tenoris missa fuit cantori et Mathie canonicis et<sup>1)</sup> Montis et predicto scolastico sancte Crucis, qui tunc executi fuerunt eam et reddiderunt sigillatam sabbato ante nativitatem beate virginis (Septbr. 3). Gedr. Doebner, UB. I, S. 247 Nr. 491.*

**1054.** *Markgraf Otto von Brandenburg ersucht den König Albrecht um Zusendung von Beisitzern zu dem auf Michaelis bevorstehenden Gerichtstage in der Sache des Domkapitels gegen die Stadt. O. D. (1295 August).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 11, S. 538 Nr. 920 xi. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 85 Nr. 138, danach Riedel, Cod. dipl. Brandenburg. III, 3, S. 6. Regest Doebner, UB. I, S. 248 Nr. 492.*

**1055.** *Die Brüder von Elze bekunden, dass ihr Verwandter Friedrich Loth dem Kl. Lamspringe den Zehnten in Evensen unter angegebenen Bedingungen verpfändet habe. 1295 September 22.*

Heinricus et Bodo fratres dicti de Aulica omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse volumus, quod, cum Fredericus d(ictus Loth) noster consanguineus esset perp(lexus) quibusdam debitis, decimam suam in Hebenhusen, quam ipse et uxor sua ad tempora vite eorum habere debuerunt, (receptis) vii marcis puri argenti a preposito et ecclesia in Lamspringhe, ad quam proprietates predictae decime pertinet, coram civibus eiusdem (ville) et aliis quam pluribus in quietam possessionem libere resignarunt tali conditione, si predictus Fredericus in proximo pascha predictam decimam redimere (non poterit), iam dicta ecclesia xiii marcas superaddere tenetur et ipsam decimam absque contradictione in perpetuum possidebit. Sed si (redimere voluerit) decimam sepredictam, in suam possessionem recipiet sicut prius. Insuper cum ipso F(rederico) et pro ipso fideiubemus, quod de cetero pre(fatam decimam) nullatenus obligando, infeodando, vendendo vel quocumque modo alienare debet ab ecclesia Lamspringensi, sed si quis (eam infestare) voluerit,

<sup>1)</sup> et ist zu tilgen.

ubicumque tenetur de iure pro ecclesia respondere. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>., in die Mauricii et sociorum eius.

*Or. im Kgl. St. A. zu Hannover. Lamspringe Nr. 62. Die beiden Siegel verloren, die Schrift stellenweise unleserlich geworden. Die Ergänzungen nach dem Cop. des Klosters, Ms. 530 S. 431 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1056.** *Abt Heinrich und der Konvent des Kl. Ringelheim verkaufen dem Kl. Neuwerk bei Goslar 25 Morgen Land in Söderhof (Tserdhen) und den Zehnten von drittheil Hufen und zwei Höfen ebenda. 1295 September 24 (viii<sup>o</sup>. kalendas octobris).*

*Or. in der Beverinischen Bibl. zu Hildesheim. Beide Siegel verloren. Gedr. Bode, UB. II, S. 489 Nr. 494.*

**1057.** *Erzbischof Erich von Magdeburg, Markgraf Otto von Brandenburg, die Edeln des Harzes und die übrigen Geschworenen des Königsfriedens melden dem Domdechanten und dem Domkapitel, dass sie die Bürgerschaft ermahnt haben, sich mit ihnen zu vergleichen, und versprechen, ihnen mit Rat und Hülfe beizustehen. O. J. (1295) September 26 (secunda feria post festum Mauricii).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 11, S. 538 Nr. 920 xiii. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 85 Nr. 140, danach Riedel, Cod. dipl. Brandenburg. III, 3, S. 7. Regest Doebner, UB. I, S. 248 Nr. 494.*

**1058.** *Graf Meinhard von Schladen verspricht, wenn der Abt des Michaelisklosters vier Hufen in Hallendorf vom Bischofe kauft, deren Vogtei dem letzteren zu resignieren. 1295 Oktober 16.*

Meynhardus dei gracia comes de Sladem universis Christi fidelibus presencia visuris vel audituris plenitudinem omnis boni. Notum esse volumus universis et tenore presencium protestamur, quod, quandocumque reverendus et in Christo nobis dilectus dominus Ernestus abbas monasterii sancti Michahelis in Hildensem a venerabili patre ac domino nostro Hildensemensis ecclesie episcopo proprietatem advocacie quatuor mansorum sitorum in Hethelenthorpe, qui mansi ecclesie sancti Michahelis in Hildensem dinoscuntur pertinere, potuerit comparare, nos dictam advocaciam in manus ipsius domini episcopi, a quo ipsam advocaciam iure tenemus feodali, omni occasione postposita cum consensu nostrorum heredum resignare volumus absolute nichilque iuris nobis aut nostris heredibus reservabimus in eadem. Et hoc litteris presentibus sigillo nostro sigillatis

publice protestamur. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. quinto, in die beati Galli abbatis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 84. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1059.** *Genannte bekunden, dass Bruno von Farmsen allen Ansprüchen an den Hof in Farmsen gegenüber dem Maria-Magdalenenkloster entsagt hat. Seesen 1295 Oktober 18.*

Nos Iohannes de Herste, Burhhardus de Willenstene, Albertus de Gowish, Conradus de Stenberge milites, Asswinus de Olenthorp, Basilius de Vrethen, Nicolaus advocatus<sup>1)</sup> de Norrhem, Iohannes de Behmere, Alexander Hupe, cale<sup>2)</sup> recognoscimus et publice per presentes protestamur, quod Bruno dictus de Vermersen receptis sex marcis puri argenti cum dimidia ad comparandam sibi tunicam a preposito Geroldo sancte Marie Magdalene apud muros Hildensemenses ob reverenciam dei et nostre dilectionis intuitu ab omni impetitione sive iure, quod adversus dictum prepositum et ipsius conventum habere sibi videbatur videlicet in curia Vermersen, ore et manu resignando nobis presentibus abrenunciavit. Hinc est, quod non solum pro se, verum eciam pro coheredibus suis omnibus, qui propter eum aliquid obmittendum vel eciam faciendum duxerint, ut equanimiter a simili inquietacione cessare debeant, pollicebatur. Ut autem — —. Actum Sehusen anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup> quinto, in die Luce ewangeliste.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 130. Siegel des Harste, Willenstedt, Gowisch, Steinberg und Freden gut erhalten, die beiden anderen verloren.*

**1060.** *Der Offzial der Kurie verordnet neuerdings die Exkommunikation der genannten Ratsherrn und Bürger. (1295) Oktober 19 (in crastino beati Luce ewangeliste).*

*Abchrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 537 Nr. 920x im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 249 Nr. 495.*

**1061.** *Herzog Albert von Braunschweig bekundet den Ankauf der Vogtei von vier Hufen in Hallendorf durch Abt Ernst des Michaelisklosters. 1295 Oktober 26.*

<sup>1)</sup> Or. advocatus.    <sup>2)</sup> So das Or.

In nomine domini amen. Dei gratia Albertus dux de Brunewich — — notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum Borchardus, Ecbertus et Hermannus de Wlferbutle advocatiam quatuor mansorum sitorum Hethelendorpe ad ecclesiam sancti Michahelis in Hildensem spectantium, quam de manu comitis Meynardi de Sladem in feodo tenuerunt, ad manus ipsius comitis et idem comes predictam advocatiam ad manus domini Hildensemensis episcopi, quam ab ipso in feodo tenuit, libere resignassent, dominus Ernestus abbas monasterii sancti Michahelis, vir providus et in omnibus circumspetus, predictam advocatiam de predictis fratribus de Wlferbutle et a predicto comite sue ecclesie possidendam perpetuo comparavit, domino episcopo Hildensemensi proprietatem sepedictorum mansorum dicto monasterio conferente. Idem dominus abbas prefate advocatie comparationem a nobis humiliter petiit approbari, quam approbamus et nichilominus confirmamus, volentes eam a predictis fratribus et eorum iustis heredibus perpetuis temporibus inviolabiliter observari. Et ne — —. Testes huius rei sunt Bertoldus de Honloghe canonicus sancti Blasii, Arnoldus Hake, magister Hillebrandus, Conradus de Munstede canonici sancti Cyriaci Brunewicensis, Iohannes et Ludolphus fratres de Hesnem, Ludolphus de Honloghe, Iohannes de Uttesse milites et quam plures alii fide digni. Datum anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>., vii<sup>o</sup>. kalendas novembris.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Michaelis Nr. 16. Siegel des Ausstellers von den roten Seidenfäden verloren bis auf ein kleines Bruchstück. Gedr. nach Cop. Asseburger UB. I, S. 306 Nr. 482.*

**1062.** *Burchard, Ekbert und Hermann von Wolfenbüttel, Brüder, verkaufen dem Michaeliskloster die Vogtei von vier Hufen in Hallendorf (Hethelendorpe), welche sie von Graf Meinhard von Schladen zu Lehn haben. 1295 Oktober 26 (vii<sup>o</sup>. kalendas novembris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 85. An roten Seidenschnüren Siegel des Burchard, des Johann und seines gener Ludolf von Hessen (Hesnem). Gedr. Asseburger UB. I, S. 305 Nr. 481.*

**1063.** *Bischof Siegfried, Abt Dietrich<sup>1)</sup> von Marienrode (Betsingherode), Prior Nikolaus der Predigerbrüder und Guardian Konrad der Minoriten vermitteln einen Vergleich zwischen der Geistlichkeit und der Bürgerschaft dahin, dass die Burg und die Klaustralkurien, die*

<sup>1)</sup> Kann nur Schreibfehler für Widekind sein.

*Konventual- und Parochialkirchen mit den Klaustralkurien, Kirchhöfen, Personen und Dotationen immun sein sollen; der Bischof verpflichtet sich, die Parochie und den Pfarrer Johann der Andreaskirche zum Unterhalt einer Lampe zur Sühne der Exzesse der Bürger anzuhalten und die zerstörte Kurie des Offiziales innerhalb eines Jahres wieder aufzubauen; je zwei der Domherrn und des Rates sollen jährlich als Schiedsrichter für Streitigkeiten auf Martini ernannt werden, welche eventuell sich ergänzen können. Peine 1295 November 24 (octavo kalendas decembris).*

Testes huius rei sunt — — Arnoldus decanus, Iohannes cellerarius, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Iohannes plebanus, Conradus de Valkenstene, Otto de Woldenberch canonici maioris ecclesie, magister Wernerus, Bruno de Alten canonici sancte Crucis, Everhardus canonicus sancti Andree, Bertoldus vicarius perpetuus maioris ecclesie, Henricus Benstorpe, Tidericus Penninselech, Henricus Pullus canonici in Olsburch, Martinus Mōzeko de Goddinstede, Woltherus de Bywende capellani nostri, Iohannes comes de Insula, Bertoldus et Iohannes fratres dicti de Goddinstede, Ascwinus et Thetmarus fratres dicti de Lutthere, Basilius de Rutenberch, Fridericus de Stedere, Conradus de Stockem milites, Godescalcus de Ellese, Otto de Bovenste nobiles, Race de Uttisse, Iohannes de Oberghe, Sifridus de Rutenberch, Conradus de Borsum, Conradus de Saldere, Henricus de Svechlete, Conradus marscalcus, Henricus Wolfgrove, Conradus de Weminghe, Hugo de Ilsedhe, Arnoldus de Stedere famuli, und Bürger.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 335. Siegel des Bischofs, des Abtes von Marienrode beschädigt, des Priors der Prediger zur Hälfte verloren, des Priors der Minoriten, des Domdechanten Arnold, des Domkellers Johann, Rest eines Siegels des . . . IS DE RVDEN . . ., des Domscholasters Bernhard, des Domkantors Bernhard von Meinersen, des Domherrn Konrad von Falkenstein und des Domherrn Otto von Wohldenberch; die vierzehn folgenden sind nie an den noch erhaltenen Pergamentstreifen befestigt gewesen. Gedr. Doebner, UB. I, S. 251 Nr. 498 und Vogell, Sammlung von Urk. des Schwicheldtschen Hauses II, S. 15 Nr. 10. Regest Sudendorf, UB. I, S. 85 Anm.*

**1064.** *Bischof Siegfried und das Domkapitel verpflichten sich, die Geistlichen zur Beobachtung der Sühne mit der Stadt anzuhalten, wie der Rat dasselbe in Bezug auf die Bürger versprochen hat. Peine 1295 November 24 (viii. kalendas decembris).*

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 540 Nr. 922 im Kgl. St.-A. zu Hannover, danach gedr. Doebner UB. I, S. 253 Nr. 499.*

**1065.** *Erzbischof Gerhard von Mainz beauftragt den Bischof (Siegfried), die Exkommunikation und das Interdikt über die Stadt aufzuheben. Bingen 1295 Dezember 1 (kalendas decembris).*

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 539 Nr. 920<sup>xv</sup> im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 253 Nr. 500.*

**1066.** *Das Michaeliskloster übergibt dem Bischof Siegfried Land in Meerdorf zu beliebiger Verwendung. 1295 Dezember 6.*

Ernestus dei gratia abbas, Ludolfus prior totusque conventus monasterii sancti Michahelis in Hildensem omnibus presencia visuris salutem in domino. Noverint universi, quod nos cum communi consensu damus venerabili patri domino Sifrido Hildensemensis ecclesie episcopo quedam iugera in villa Merdorpe sita solvencia decem solidos annuatim, ut cum ipsis ordinet quod sue placitum fuerit voluntati. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillis nostris, nostro videlicet et ecclesie nostre, fecimus communiri. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx<sup>o</sup>. quinto, in die beati Nycolai.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 317. Siegel des Abtes beschädigt, das des Konventes verloren.*

**1067.** *Bischof Siegfried verspricht dem Michaeliskloster 15 Morgen Land in Meerdorf als Ersatz für 15 andere zu geben. Hildesheim 1295 Dezember 6.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus. Noverint universi, quod domino . . abbati de sancto Michaelie et suo conventui dabimus quindecim iugera sita in villa Merdorpe cum proprietate eorundem libera ab omni onere advocacie perpetuo possidenda, et hoc in restaurum quindecim iugerum a dicto . . abbate et suo conventu datorum in villa supradicta. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus communiri et ad istud faciendum nos presentibus obligamus. Datum Hildensem anno domini millesimo cc. xcv<sup>o</sup>. in die beati Nicolai confessoris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 86. Beschädigtes Siegel des Bischofs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1068.** *Bischof Bruno<sup>1)</sup> und Dompropst Bruno von Naumburg*

<sup>1)</sup> Cop. L.



*beauftragen den Domdechanten (Arnold) und den Offizial, mag. Peter, mit der Aufhebung des Interdiktes und der Exkommunikation der Stadt. 1295. Dezember 7. (vii. idus decembris).*

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 539 Nr. 920 xvi im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Doebner, UB. I, S. 254 Nr. 501.*

**1069.** *Ritter Basil von Rautenberg verspricht dem Bischof oder dem Domkapitel, sieben Hufen in Lobke bei Löse auf Pfingsten und Bezahlung auf Martini zu resignieren. Peine 1295 Dezember 12.*

Ego Basilius miles de Rutenberge presentibus recognosco, quod septem mansos in Lobeke emptos a venerabili domino meo Sifrido Hildensemensi episcopo pro quinquaginta marcis examinatis et michi in feodo collatos<sup>1)</sup> ei aut suis successoribus aut suo capitulo, quando me aut meos heredes prescire fecerit in festo penthecostes et pecuniam prefatam in festo beati Martini subsequenti persolverit, libere<sup>2)</sup> sine qualibet contradictione resignabo, et ad hoc idem faciendum meos heredes obligo per presentes. In cuius rei — — Datum Payne anno domini millesimo cc. xcvi., in vigilia Lucie virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 336. Siegel nebst Befestigung verloren.*

**1070.** *Bischof Siegfried erteilt allen, welche die st. Gertrudenkirche in Halle an bestimmten Tagen besuchen und sie unterstützen, vierzig Tage Ablass. Hildesheim 1295.*

*Gedr. v. Ludewig, Rel. manuscr. XI, S. 497. Regest v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. III, S. 340 Nr. 886.*

**1071.** *Das Domkapitel erklärt die Kurie des Domherrn Johann von Oberg mit dazugehöriger Kapelle für eine Klausurkurie mit dem Rechte der Verfügung und der Anstellung des Kaplans, doch unbeschadet der Rechte des Domdechanten und des Domkapitels. Hildesheim 1295.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 337. Siegel des Domkapitels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 255 Nr. 503.*

**1072.** *Mehrere Bischöfe verheissen allen, welche die Bartholomäikirche an genannten Festtagen besuchen und unterstützen, vierzig Tage Ablass. Rom 1295.*

<sup>1)</sup> Or. collatas.    <sup>2)</sup> Or. libera.

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos dei gracia Andreas Liddensis, Peyronus Larinensis, Aimardus<sup>1)</sup> Lucerie, frater Jacobus Asernensis, Azo<sup>2)</sup> Cassertensis, frater Paulus Melfectensis, frater Romanus Croensis, frater Daniel Laquedoniensis, frater Michael Albaniensis et frater Franciscus Fanensis episcopi salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit — —. Cupientes igitur, ut ecclesia sancti Bartholomei apostoli extra muros Hildensemenses canonicorum regularium ordinis sancti Augustini congruis honoribus frequentetur et a Cristi fidelibus ingiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in festis infranotatis videlicet nativitatis domini, resurrectionis, ascensionis, pentecostes ac in singulis festis beate Marie virginis, sancti Michaelis archangeli, sanctorum Iohannis baptiste et evangeliste, beatorum Petri et Pauli apostolorum et precipue in festo sancto Bartholomei eiusdem ecclesie patroni, sanctorum Felicis et Adaucti, Prothi et Iacincti martirum, beatorum Nicolai, Martini et Augustini confessorum, beatarum Katherine, Margarete et Cecilie virginum, beate Marie Magdalene, in singulis festis sancte crucis, in festo omnium sanctorum, in die dedicacionis ipsius ecclesie et altarium ibidem constructorum et in singulis diebus dominicis in quadragesima et per septimanam passionis usque ad octavas pasce et per octavas omnium festivitatum predictarum octavas habencium causa devocionis et oracionis accesserint, vel qui ibidem divinum officium audierint in festis supradictis, vel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta seu aliqua alia necessaria ipsius ecclesie manus porrexerint adiutrices, vel in ultimis voluntatibus quicquam facultatum suarum legaverint, dederint seu procuraverint ecclesie prelibate, nos de omnipotentis dei misericordia beateque semper virginis Marie necnon et beatorum Petri et Pauli apostolorum atque omnium sanctorum auctoritate confisi singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitenciis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum Rome apud sanctum Petrum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno primo.

*Abschr. des 16. Jahrhunderts in Ms. 324 fol. 231v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

<sup>1)</sup> Cop. Limardus.      <sup>2)</sup> Cop. Aco.

**1073.** *Zehn Bischöfe erteilen allen denen, welche die Godehardikirche an genannten Festtagen besuchen und unterstützen und zur Ausbesserung der Gebäude, der Wege und der Brücken bei dem Kloster beitragen, vierzig Tage Ablass. Rom, st. Peter 1295.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 44. An roten und gelben Seidenfäden die meist wenig beschädigten Siegel der zehn Bischöfe in rotem Wachs, an elfter Stelle Bruchstück des Siegels des Bischofs Siegfried in weissem Wachs. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: † Daniel procuravit canonicus sancte Crucis. † Gedr. Doebner, UB. I, S. 256 Nr. 505.*

**1074.** *Abt Hildebrand des Godehardiklosters überträgt der Gertrud von Soest eine Hausstelle im Brühl mit Zustimmung des Domherrn Siegfried, Vizearchidiakons von st. Andreas, und des Pfarrers Johann von st. Nikolaus im Brühl, mit dem sie wegen der Hausstelle im Streite war. 1295.*

Testes sunt Gerhardus noster confrater, Bertoldus scolasticus sancte Crucis, Bertoldus capellanus decani maioris, Iohannes de Meyberch, Wicholdus scriptor, und Bürger.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 43. Beschädigtes Siegel des Abtes und des Vizearchidiakons, das des Pfarrers verloren. Gedr. nach Cop. Lüntzel, Ältere Diözese S. 411, nach dem Or. Doebner, UB. I, S. 255 Nr. 504.*

**1075.** *Die Brüder von Reden entscheiden zwischen den Brüdern von Achem und dem Kl. Escherde wegen eines Hofes in Betheln. 1295.*

Nos Th(idericus) et H(enricus) fratres dicti de Redhen — — notum esse volumus presentem paginam inspecturis, quod nos quorundam nostrorum hominum fratrum de Achem, qui nobis cedunt iure proprietario, causam sive impetitionem, quam fecerant in quadam curiam ecclesie in Esherte, que est in villa Betenem, qui sibi dicebant habere hereditariam residentiam in eadem curia, prout conovimus minus iustam, proborum virorum consilio et auxilio mediante ordinavimus sub hac forma, quod dominus L(udgerus) predictæ ecclesie prepositus v talenta Hildensemensis monete pro tali impetitione et ceteris<sup>1)</sup> edificiis huius curie dabit isdem, quorum denariorum quartam partem dominus prepositus ad manus cuiusdam servi, qui eorum frater est et terminos mutavit, reservabit, quousque eundem fratrem suum veraciter mortuum sentiant sive vivum. Si vero vixerit, tollet cum redierit suam partem, si autem mortuus

<sup>1)</sup> Or. ceteris.

fuerit, quod absit, partem dabit residuam fratribus reservatam. Preterea ne quis horum supradictorum fratrum sive heredum hoc factum infringere ~~videat~~ ~~ex parte~~ ipsorum, iam sepe dicte ecclesie in Esherte cautionem faciamus et presentem litteram nostri sigilli munimine roboramus. Huius rei testes sunt dominus Albertus Bok, dominus Arnoldus Bok, dominus Hernestus pincerna, Hermannus Bok, Arnoldus de Ghermerdessen, Iohannes de Bodensen, Iohannes de Betenem et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxx<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 80. Gut erhaltenes Siegel des Dietrich, das immer nur allein daran gehangen hat, an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1076.** *Der Abt von Marienrode genehmigt einen Ländertausch des Pfarrers in Betheln mit dem Kl. Escherde. Marienrode 1295.*

Dei gratia abbas de Backenrothe ordinis Cystersiensis patronus ecclesie in Betenem omnibus presens scriptum visuris salutem. Tenore presentium protestamur, quod dominus Bodo plebanus de Betenem noster cappellanus xx iugera indecimalia sita in campo claustrali, que ad suam ecclesiam pertinnerant, cambierit domino preposito et ecclesie in Escherte, recepit pro eisdem totidem iugera a iam dicto preposito et ecclesia sue ville melius adiacentia nostro consensu et beneplacito mediante. In cuius rei — —. Datum in ecclesia anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxx. v<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 81. Wenig beschädigtes Siegel des Abtes.*

**1077.** *Der Rat der Stadt Hildesheim bekundet, dass Siegfried von der Eselstiege und seine Frau Gertrud dem Andreasstifte nach ihrem Tode eine Rente von 18 Schilling aus einem Hause auf dem Hohen Wege überwiesen haben. 1295.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Andreasstift Nr. 16. Beschädigtes Stadtsiegel. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 254 Nr. 502.*

**1078.** *Jordan von Barkevelde und Friedrich Muzewal bekunden den Verzicht ihrer Frauen auf drei und eine halbe Hufe in Evensen zu Gunsten des Kl. Lamspringe. 1295.*

Nos Iordanus de Barkeweldhe et Fredericus dictus Muzewal omnibus, ad quos hoc scriptum pervenerit, notum esse volumus, quod de nostro consensu et bona voluntate nostre uxores Sophia

et Mechthildis filie quondam militis Engelberti de Hachem cum earum posteritate una cum fratre ipsarum Thiderico de Hachem renunciaverunt omni iuri, quod in tribus mansis et dimidio sitis in villa Hebenhusen cum omnibus ad eosdem mansos pertinentes in villa et extra villam, areis, pratis, pascuis, silvis, aquis, qui eas iure hereditario contingunt, quos Fredericus dictus Loth a predicto Thiderico de Hachem in pheodo tenuit, dantes propter deum et pro remedio animarum suarum proprietatem eorundem mansorum ecclesie beati Adriani in Lamspringhe in perpetuum possidendo. Ne igitur — —. Testes huius sunt viri nobiles Conradus et Iohannes comites de Woldenberghe, Iohannes dictus Trobe et Olicus de Barem milites, Henricus et Conradus de Lindhede, Arnoldus de Elvedhe et alii quam plures. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>., eodem anno, quo castrum Woldenstene edificatum est.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 68. Die drei Siegel beschädigt.*

**1079.** *Ritter Dietrich von Escherde verzichtet auf vier Hufen und den halben Zehnten in Schellerten (Scelerten) und eine Hufe in Bevelte, die sein verstorbener Vater dem Maria-Magdalenenkloster verkauft hat, unter Mitsiegelung des Bischofs Siegfried. Hildesheim 1296 Februar 24 (in die sancti Mathie apostoli).*

Testes et presentes fuerunt Burhchardus nobilis de Querenvorde, Iohannes de Rothen canonici Hildensemenses, Luderus prepositus de Esscerthen, Lippoldus de Rohthinge, Albertus Bok, Ludolfus camerarius, Iohannes de Stedere milites — —. Actum et datum Hildensem coram honorabili pontifice Sifrido.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 131. Siegel des Bischofs und des Ausstellers.*

**1080.** *Papst Bonifaz VIII. verbietet bei Strafe der Exkommunikation allen geistlichen Personen, von den kirchlichen Gütern irgend welche Abgaben an Laien zu entrichten, und allen weltlichen Machthabern, solche Güter mit Abgaben zu belasten oder eine Belastung zuzulassen. Rom 1296 Februar 25 (vi. kalendas martii, pontificatus nostri anno secundo).*

*Abschrift des 17. Jahrhunderts im Cop. III, 148 fol. 157 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 105 Nr. 95. Vgl. Potthast, Reg. pont. 24 291, woselbst die zahlreichen Drucke verzeichnet sind.*

**1081.** *Genannte bekunden, dass Ritter Andreas von Hetjershausen gewisse Güter des Kl. Lamspringe zu Unrecht beansprucht habe. O. D. (1296 März).* [www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

Nos Ludolfus camerarius, Conradus de Gandersem, Iohannes de Dalem, Lippoldus de Dalem milites presentibus protestamur, quod super causa et dissensione, que vertitur inter dominum prepositum de Lamspring et dominum Andream militem dictum de Hedegershusen de quibusdam bonis ita ordinatum et placitatum fuit nobis presentibus, quod dominus prepositus et sua ecclesia ius haberet ad dicta bona, pro quibus dominus Andreas impetit dictam ecclesiam, et quod nihil iuris habeat in eisdem. Similiter a communitate civium nobis presentibus, que vulgariter dicitur kuntschup, iudicatum et diffinitum fuit, prefatam ecclesiam ad dicta bona ius habere. Unde videtur nobis et vere scimus, quod dominus Andreas magnam iniuriam et violentiam infert domino preposito et sue ecclesie ipsam indebite et contra iusticiam molestando, quod presenti nostra litera protestamur. Testes etiam istius cause sunt dominus Conradus de Steinberge, dominus Conradus Griff,<sup>1)</sup> Ludolphus camerarius, Conradus de Gandersem, Lippoldus de Dalem milites, Henricus Ruschepe, Conradus de Vreden, Gandersem Gerhart,<sup>2)</sup> Ludolphus de Elvede armigeri et alii quam plures.

*Neuere Abschrift in Ms. 199 S. 214 im Museum zu Hildesheim. Der Ort der Güter wird nicht genannt, doch handelt es sich wohl um die in der folgenden Nr. genannten.*

**1082.** *Die Brüder von Hetjershausen verzichten in Beilegung einer Streitsache mit Kl. Lamspringe auf eine Hufe in Yshusen. 1296 (März).*

Nos fratres Andreas miles, Lippoldus, Theodericus dicti de Hedegershusen omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse volumus, quod discordia, que inter nos et ecclesiam Lamspringhe vertebatur pro manso in Yshusen, sive causa fuerit iusta vel iniusta, penitus est sopita. Renunciamus ergo omni iuri in presenti scripto, quod in predicto manso in villa et extra villam habere videbamus. Ne igitur — —. Testes sunt Andreas de Luttere, Aswinus de Saldere, Bertoldus de Neteleghen milites, Burhardus de Elvedhe et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>.

<sup>1)</sup> Wohl falsch statt Svaff.    <sup>2)</sup> So das Cop.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 73. Siegel Lippolds gut erhalten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, die beiden anderen verloren. In einer besonderen Urk. d. d. 1296 März 25—31 (in septimana pasche) verzichtet Andreas von Hetjershausen (Hedershusen) auf dieselbe Hufe, Or. a. a. O. Nr. 69, beschädigtes Siegel an gleicher Befestigung.*

**1083.** *Graf Heinrich von Wohldenberge überträgt dem Bischof Siegfried das Eigentum von Ländereien in Lebenstedt, Westerlinde, Heere, Bornum und Klein-Rhüden. 1296 April 1.*

Nos Heynricus dei gratia comes de Woldenberge presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod de consensu fratris nostri domini Ottonis canonici Hildensemensis et heredum nostrorum Heynrici, Ludolfi et Ottonis filiorum nostrorum et omnium aliorum, quorum consensus est in talibus requirendus, damus proprietatem quatuor mansorum in Levenstede, quatuor mansorum in Kerklindede, trium mansorum in Herre, trium mansorum in Bornem et quatuor mansorum in parvo Ruden venerabili domino nostro Sifrido Hildensemensi episcopo et sue ecclesie perpetuo possidendam.<sup>1)</sup> In cuius rei — —. Datum anno domini millesimo cc. xc. vi<sup>o</sup>, dominica Quasimodo geniti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 338. Siegel gut erhalten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1084.** *Graf Meinhard von Schladen verzichtet auf alles Recht an der Vogtei von vier Hufen in Hallendorf (Hethelendorpe), welche Abt Ernst des Michaelisklosters von den Brüdern Burchard, Ekbert und Hermann von Wolfenbüttel gekauft und diese ihm und er wieder dem Bischof resigniert hat. 1296 April 8 (vi<sup>o</sup>. idus aprilis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 87. Beschädigtes Siegel des Ausstellers. Gedr. Asseburger UB. I, S. 309 Nr. 486.*

**1085.** *Graf Hermann von Wohldenberge verspricht, dem Kl. Heiningen den vierten Teil des Zehnten in Dorstadt zu resignieren, wenn er darum angegangen wird. Hildesheim 1296 Mai 18.*

Nos Hermannus dei gratia comes de Woldenberch recognoscimus presentibus publice protestantes, quod nos et nostri veri heredes quartam partem decime in Dorstad, quam a venerabili domino nostro Hildensemensi episcopo in pheodo tenemus, ecclesie in Henighe resignabimus, quancumque ab ipsa fuerimus requisiti. Ne super — —. Huius rei testes sunt domini Otto de Woldenberch, Ber-

<sup>1)</sup> *Verbessert aus possidendos.*



nardus de Hardenberch canonici maioris ecclesie in Hildensem, Hildebrandus scolasticus sancti Andree dictus de Bruchem, Thidericus de Werre, Bruno ~~Insanus laici et alii~~ quam plures fide digni. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. sexto, feria sexta infra octavas pentecostes.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 44. Bruchstück des Siegels des Ausstellers. Regest Doebner, UB. I, S. 257 Nr. 507.*

**1086.** *Graf Heinrich von Wohldenberch verspricht, den vierten Teil des Zehnten in Dorstadt, den Ritter Burchard von der Asseburg von ihm zu Lehn hatte, dem Kl. Heiningen ungeschmälert zu erhalten und dem Bischofe zu resignieren, wenn es von ihm verlangt wird. Weferlingen 1296 Mai 22 (tercia feria post sanctam trinitatem).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 45. Beschädigtes Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Asseburger UB. I, S. 310 Nr. 488.*

**1087.** *Abt Widekind von Marienrode überträgt dem Kl. Escherde das Patronatsrecht der Kirche in Betheln. 1296 Juni 6.*

Nos frater . . Wedekindus abbas Novalis sancte Marie in Betcingherodhe<sup>1)</sup> ordinis Cysterkiensis totusque conventus ibidem omnibus in perpetuum — —. Igitur cum . . conventus monasterii sanctimonialium in Escherte<sup>2)</sup> orationibus et bonis operibus deo devotus in prima sui fundatione semper extiterit, decens esse dinoscitur, ut aliquo specialitatis privilegio inspirante devotionis artifice fulciatur. Presentibus itaque litteris recognoscimus et publice protestamur, quod ob favorem et dilectionem precipuam, quam ad dictum conventum habuimus ab antiquo, patronatum ecclesie in Betenum,<sup>3)</sup> quem multis annis pacifice et quiete possedimus, cum omnibus attinenciis, iuribus et utilitatibus . . preposito et . . conventui prefati monasterii in Escherte<sup>2)</sup> prout nos ac antecessores nostri habuimus, contulimus et donamus<sup>4)</sup> presentibus libere in perpetuum possidendum. Bona vero dicte ecclesie in Betenum hec sunt: in eadem villa curia dotalis cum sex mansis per triginta iugera, de quibus unus tantummodo decimatur, quatuor aree ibidem sacerdoti pertinentes, insuper in eadem villa mansus et dimidius cum duabus areis, quorum medietas et una area decimantur, decima in Abbensen, decima quatuor mansorum in Bervelte et octo iugera

*Abweichungen in B: 1) Betcingherode. 2) Eschert. 3) Betenem. 4) donavimus.*

in Malerte.<sup>1)</sup> Testes vero huius nostre collationis et perpetue donationis sunt hii: nos Wedekindus abbas, Albertus quondam abbas, Iohannes prior, Iohannes cellerarius monachi cenobii antedicti, honorabiles domini Arnoldus decanus, Volradus<sup>2)</sup> Montis prepositus, Bernardus<sup>3)</sup> scolasticus, Iohannes plebanus canonici Hildensemensis ecclesie, Lyppoldus<sup>4)</sup> de Rotcinghe,<sup>5)</sup> Albertus Bok, Ernestus pincerna, Arnoldus Bok milites et plures alii fide digni. Ut autem dicta nostra donatio firma et inconvulsa perpetuis temporibus perseveret, presentem litteram inde conscriptam sigillis<sup>6)</sup> nostro videlicet et testium prescriptorum sigillatam prefatis . . preposito et . . conventui sanctimonialium in Escherte tradidimus<sup>7)</sup> ad cautelam. Nos<sup>8)</sup> eciam testes prenominati dictam donationem perpetuam factam rationabiliter testimonio affirmantes ad petitionem et instanciam prefatorum . . abbatis et cenobii sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno domini<sup>9)</sup> millesimo ducesimo nonagesimo sexto, octavo idus iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Escherde Nr. 83 mit dem Siegel des Abtes mit Rücksiegel an grünen und gelben, des Domdechanten Arnold an roten und gelben, des Propstes Volrad an ebensolchen, des Domscholasters an gelben, des Pfarrers Johann an grünen, des L. von Rössing an gelben, des Albert Bock (zwei Wölfe im Sprunge über einander: S. ALBERTI IVNIORIS DE WLIVINGHE) an roten, des Schenken (zwei Querbalken: † S. ERNESTI DE MEYENBERGE) an gelben, und dem fast unkenntlichen des Arnold Bock an roten Seidenfäden. Die zweite Ausfertigung a. a. O. Nr. 82 (B) hat nur das Siegel des Abtes mit Rücksiegel an roten Baumwollfäden.*

**1088.** *Bischof Siegfried genehmigt die mit Zustimmung des Abtes von Riddagshausen erfolgte Übertragung des Patronats der Kirche in Betheln durch Abt Widekind von Marienrode an das Kl. Escherde. 1296 Juni 9 (quinto idus iunii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 84. Beschädigtes Siegel des Bischofs.*

**1089.** *Abt Ernst und der Konvent des Michaelisklosters, Abt Hildebrand und der Konvent des Godehardiklosters, Propst Volrad, Dechant Ludiger, Scholaster Konrad und der Konvent des Moritzstiftes, Propst Gebhard, Dechant Leonhard, Scholaster Bertold und das Kapitel des Kreuzstiftes bestätigen auf Bitten des Propstes von Escherde die*

*Abweichungen in B: 1) Malerten. 2) Wlradus. 3) Bernardus. 4) Lippoldus. 5) Rottinge. 6) sigillis—sigillatam fehlt. 7) sigillo nostro tradidimus sigillatam. 8) Nos—apponenda fehlt. 9) incarnationis dominice.*

*Übertragung des Patronats der Kirche in Betheln durch den Abt von Marienrode an das Kl. Escherde. 1296 Juni 10 (quarto idus iunii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 82. Die vier Konventsiegel beschädigt.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**1090.** *Abt Otto von Riddagshausen bestätigt als Visitor die Schenkung der Kirche in Betheln durch das Kl. Marienrode an das Kl. Escherde. 1296 Juni 13.*

Frater Otto abbas monasterii in Riddageshusen Cystericiensis ordinis, visitator religiosorum virorum abbatis et conventus in Bettingerode eiusdem ordinis Hildensemensis dyocesis, presentium inspectoribus salutem in filio virginis gloriose. Notum esse volumus, donationem ecclesie in Betenem cum omni iure et utilitate eiusdem per predictos viros religiosos abbatem et conventum Novalis sancte Marie in Bettingerode nostri ordinis Hildensemensis dyocesis rite ac rationabiliter, ut audivimus, factam dilectis in Christo preposito et conventui sanctimonialium in Escherte prefate dyocesis de nostro consensu et beneplacito processisse. In cuius rei — —. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. nonagesimo sexto, ydus iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 75. Siegel des Abtes am Rande wenig beschädigt.*

**1091.** *Bischof Siegfried gibt dem Kl. Lamspringe neun und eine halbe Hufe in Wöllersheim und Holthusen und erhält dafür fünf Hufen in Stidium und Holle. Alfeld 1296 Juni 15.*

In nomine domini amen. Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — — notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pro salute et remedio anime nostre et speciali favore, qua prepositum et ecclesiam in Lamespringhe prosequimur, de consensu nostri capituli novem mansos et dimidium liberos sites in Woldersen et in Holthusen cum areis, pratis, paschuis et nemoribus, cum proprietate et advocatia dictorum bonorum et omni utilitate eorundem dicte ecclesie in Lamespringe donavimus perpetuo possidendos, dando ecclesie prefate et eius provisoribus, qui pro tempore fuerint, facultatem liberam in locis communibus, que vulgariter dicuntur mende, arandi, sepiendi, fodiendi, novalia faciendi et omnia et singula ordinandi, que eis utilia visa fuerint, iure comece, quam nobis et nostre ecclesie reservavimus, non obstante. In reconpensam vero aliqualem dictorum bonorum prefatus prepo-

situs et ecclesia in Lamespringhe dimiserunt nobis et nostre ecclesie quinque mansos liberos sitos in villis Stidium et Holle cum omnibus utilitatibus et irubus pertinentibus ad eosdem. Ut autem — —. Actum et datum Alvelde anno domini millesimo cc. xc. vi<sup>o</sup>., xvii<sup>o</sup>. kalendas iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 70. Siegel des Bischofs, etwas beschädigt, und des Domkapitels.*

**1092.** *Domdechant Arnold und das Domkapitel verkaufen dem Kl. Marienrode die sogen. Pumpemole an der Innerste zwischen Ahrbergen und Gross-Bevelte mit Fischerei, Zins und allem Zubehör. 1296 Juni 24 (viii. kalendas iulii).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Ms. XXIII, 767 fol. 142v in der Kgl. Bibliothek zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 107 Nr. 96.*

**1093.** *Bischof Siegfried vereinigt das Patronatsrecht der Kirche in Betheln mit dem Kl. Escherde vorbehaltlich der Genehmigung des Papstes. 1296 (Juni).*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Noveritis, quod, cum dilecti in Christo . . abbas et . . conventus monasterii de Betsingherodhe Cysterciensis<sup>1)</sup> ordinis Hildensemensis dyocesis monasterio sanctimonialium in Escherte eiusdem dyocesis ius patronatus ecclesie in Betenem ad nostram petitionem liberaliter contulissent, nos . . prepositi, . . priorisse et . . conventus ipsius monasterii sanctimonialium precibus inclinati de consensu capituli nostri ac eciam de consensu domini . . Arnoldi decani Hildensemensis archidyaconi<sup>2)</sup> eiusdem loci ipsam ecclesiam in Betenem eidem prepositure et conventui in Escherte unimus,<sup>3)</sup> subicimus, incorporamus et presentibus annectimus, ut, quicumque exnunc in antea dicti claustris prepositus fuerit, eiusdem ecclesie in Betenem sit plebanus et archidyacono<sup>2)</sup> ipsius, qui pro tempore fuerit, obedienciam faciat et observet et per se vel per alium secularem clericum eandem ecclesiam officiet dictamque ecclesiam sic unitam, subiectam, incorporatam et annexam pleno iure de predicti capituli nostri et archidyaconi speciali consensu liberam constituimus per presentes a prestatione synodali omnium, que ratione eiusdem ecclesie sacerdotes ipsius archidiaconis<sup>4)</sup> suis hactenus persolvere consueverunt, stata-

*Abweichungen in B:* 1) Cisterciensis. 2) archidiac. 3) pleno iure unimus. 4) archidyac.

entes nichilominus, ut in signum et recognitionem subiectionis et in recompensam eorundem sinodali<sup>1)</sup> prepositus dicti monasterii, qui pro tempore fuerit, singulis annis archidiacono<sup>2)</sup> prefate ecclesie persolvat manutergium et mensale vel pro eisdem, si prepositus ipse maluerit, unum fertorem argenti Hildensemensis ponderis et valoris. Predictam<sup>3)</sup> autem unionem, subiectionem, incorporationem et annexionem exnunc ut extunc valere volumus, quando a domino papa vel ab alio, qui de iure dispensare poterit, prefati . . prepositus et conventus super concilio Moguntino, quod unionem ecclesiarum parrochialium religiosi fieri prohibet, poterunt optinere. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum una cum sigillis capituli et archidiaconi<sup>4)</sup> predicti presentibus est appensum. Actum et datum anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo nonagesimo sexto.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Escherde Nr. 87, an roten Seidenfäden die wenig beschädigten Siegel des Bischofs, des Domkapitels und des Domdechanten, und Nr. 88 (B.) mit gleicher Besiegelung, doch das Siegel des Domdechanten stark beschädigt.*

**1094.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Marienrode das Patronatsrecht der Kirche in Kirchroden (Rodhen) mit allem Zubehör für das Patronatsrecht in Gross-Freden (in maiori Freden) und überlässt ihm das freie Verfügungsrecht über die Einkünfte der Kirche in Kirchroden besonders aus dem Grunde, weil es die Kirche in Betheln (Betenen) dem Kl. Escherde überlassen hat. Hildesheim 1296 Juli 1 (kalendas iulii, indictione ix<sup>a</sup>).*

Testes huius permutationis sunt Gevehardus prepositus, Arnoldus decanus, Volradus prepositus ecclesie montis sancti Mauricii, Bernardus cantor, Sifridus de Blankenborg, Iohannes plebanus, Robertus de Mansvelt, Borchardus de Ponte sacerdotes, Bernardus scolasticus, Iohannes cellerarius, Borchardus de Dreleve, Fredericus de Adenoy, magister Petrus, Fredericus de Winnigestede dyaconi, Waltherus de Everstene, Lippoldus de Stochem,<sup>5)</sup> Hermannus de Stenberge, Conradus de Valkenstene, Henricus et Otto et Ludolfus<sup>6)</sup> de Woldenberge, Bernardus de Hardenberge, Thedericus de Walmede, Ernestus de Indagine, Borchardus de Scrapelowe subdiaconi et canonici ecclesie nostre.

*Abweichungen in B:* 1) synodali. 2) archidiac. 3) Predictam—optinere fehlt. 4) archidiac. 5) Stockem. 6) et Ludolfus fehlt.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Marienrode Nr. 73b mit den beschädigten Siegeln des Bischofs an gelben und des Domkapitels an grünen Seidenfäden, und dem gut erhaltenen des Abtes von Marienrode an roter geflochtener Seidenschnur, ein viertes von grünen Seidenfäden verloren, und Nr. 73a (B), die Siegel in derselben Weise erhalten, aber das des Domkapitels an roten Seidenfäden, mit denen auch das verlorene befestigt war, und das des Abtes an grünen Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 108 Nr. 97.*

**1095.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Lamspringe das Patronatsrecht der neugegründeten Kapelle in Störy. Hildesheim 1296 Juli 15.*

Siffridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus inperpetuum. — — Hinc est, quod nos pie petitionis affectu inclinati Thedolfi prepositi et conventus monasterii in Lammespringe damus et conferimus propter deum et ob reverenciam beati Adriani martyris necnon pro remedio anime nostre predicto monasterio ius patronatus capelle in Storinge ab hominibus predictae ville ex novo de nostra licentia fabricate, quam etiam predictus prepositus et conventus monasterii memorati pro parte de suis redditibus dotaverunt, feliciter et perpetuo possidendum, consensu nichilominus nostri capituli accedente. Testes huius donationis sunt Gevehardus prepositus, Arnoldus decanus, Wolradus prepositus Montis, Wernerus plebanus sacerdotes, Bernardus scolasticus et archidiaconus eiusdem loci, Iohannes cellerarius, Siffridus de Blankenborch, Bernardus de Meynerse dyaconi, Hermannus custos, Thidericus de Saldere, Conradus de Valkensten, Otto de Voldenberch subdyaconi. Ut igitur — — Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxv<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>., ydus iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 71. Bruchstücke der Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**1096.** *Das Kl. Marienrode verpflichtet sich, die Ratifikationsurkunden des Kapitels des Cistercienserordens und des Abtes von Riddagshausen über die Übertragung des Patronates der Kirche in Betheln an das Kl. Escherde diesem vor Martini zu verschaffen. 1296 Juli 16.*

Nos Wedekindus abbas, . . Iohannes prior, . . Iohannes cellerarius et conventus Novalis sancte Marie in Betsingherode ordinis Cisterciensis Hildensemensis dyocesis universis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noveritis, quod super liberali collatione seu donatione ecclesie in Betenem monasterio in Escherte a nobis facta procurabimus eidem monasterio

litteras ratificationis seu ratihabitionis venerabilium patrum magistri Cisterciensis capituli proximo celebrandi et visitoris nostri . . abbatis monasterii de Ryddagheshusen Halberstadensis dyocesis et has litteras . . preposito et . . conventui dicti monasterii in Escherte presentabimus ante festum beati Martini proxime affuturum, ad quod nos presentibus litteris obligamus. In cuius rei testimonium — —. Datum anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xc<sup>o</sup>. sexto, feria secunda post diem beate Margarete.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 86. Siegel des Abtes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1097.** *Ludold von Escherde entsagt allen Ansprüchen an eine Hausstelle und eine Hufe in Gross-Bevelte gegenüber dem Maria-Magdalenenkloster. Hildesheim 1296 Juli 20 (in vigilia Praxedis virginis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 132. Siegel des Ausstellers.*

**1098.** *Propst und Konvent von Lamspringe versprechen, neun und eine halbe Hufe in Holthusen und Wöllersheim, die sie gegen fünf Hufen in Stidium und Holle von Bischof Siegfried eingetauscht haben, nicht zu veräußern. 1296 Juli 25.*

Nos prepositus et conventus monasterii in Lamenspringe promittimus ac nos et ecclesiam nostram presentibus obligamus, quod novem mansos cum dimidio situs in Holthusen apud Lamenspringe et Woldersum, quos accepimus in concambium a venerabili domino nostro Siffrido Hildensemensis ecclesie episcopo pro quinque mansis sitis in Stidium et in Holle, nullo umquam tempore alicui persone ecclesiastice vel seculari alienabimus, sed ea cunctis temporibus conservabimus utilitati nostri monasterii profutura. Quod si contra hanc nostram promissionem, quod absit, casu aliquo veniemus, eo ipso prefata bona in Holthusen apud Lamenspringe et Woldersum ad ius et proprietatem Hildensemensis ecclesie libere revertentur. In cuius rei — —. Datum anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xc<sup>o</sup>vi<sup>o</sup>., in die beati Iacobi apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 339. Siegel des Propstes Johann und des Konventes am Bande wenig beschädigt.*

**1099.** *Die von Escherde übertragen vier Hufen in Bledeln den von dem Kanoniker Ludolf von Braunschweig im Kreuzstift errichteten beiden Vikarien. Hannover 1296 Juli 27.*



Nos Thidericus miles et Hugo frater eius dicti de Escerthe necnon Iohannes filius eiusdem Thiderici — — scire volumus omnes presentes litteras visuros seu eciam audituros, quod pro quadam summa pecunie et precipue ob reverentiam crucis salutifere specialem pro nostrarum remedio animarum quatuor mansos Bledenem sitos habentes centum et viginti iugera complete et curiam ad eosdem mansos pertinentem cum advocatia, pratis, pascuis atque silvis et cum omni iure in campis et<sup>1)</sup> in villa, quod habuimus in predictis mansis, proprietamus et proprietando conferimus ecclesie sancte Crucis in Hildensem ad usus et proventus duarum vicariarum sacerdotalium, quas dominus Ludolfus de Brunswich canonicus ibidem pro remedio anime sue in eadem ecclesia salubriter ordinavit, iure perpetuo irrefragabiliter possidendos. Veri eciam warandi predictorum bonorum esse volumus et esse debemus, si necesse fuerit, ubicumque et quandocumque fuerimus requisiti. Testes huius proprietationis et collationis sunt Gevehardus prepositus, Leynardus decanus, Iohannes custos, Bertoldus scolasticus domini sancte Crucis, Anno canonicus Mindensis et archidiaconus in Honovere, Arnoldus dictus Woltmam plebanus in Siverdeshusen, Ludoldus de Escerthe, Thidericus, Everhardus de Alten fratres et milites, Iohannes de Domo lapidea, Giseco de Lubeke, Arnoldus de Minda burgenses in in Honovere et plures alii fide digni. Ne igitur — — Datum Honovere anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, sexto kalendas augusti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 211. Siegel des Dietrich erhalten, des Hugo verloren.*

**1100.** *Das Domkapitel kommt mit Zustimmung des Dompropstes Gebhard mit dem Domdechanten Arnold, dem Domscholaster Bernhard und dem Propste Volrad des Moritzstiftes als Testamentsvollstreckern des verstorbenen Dompropstes Johann dahin überein, dass, da das Präbenbrod (panis prebendalis) aus der Meierei in Hevenhusen und der Mühle in Honhusen am Sonnabend und Sonntag trotz eines alten Statutes nicht geliefert werden kann, dasselbe am Sonnabend aus derselben Mühle und dem Zehnten in Gross-Lafferde und am Sonntag aus der Meierei Hevenhusen geliefert werden solle. 1296 August 3 (in die inventionis corporis sancti Stephani prothomartyris).*

<sup>1)</sup> et über der Zeile nachgetragen.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 340. Siegel des Domkapitels und des Dompropstes. Gedr. Doebner, UB. I, S. 258 Nr. 508 nach dem Or., nach Cop. Harenberg, Hist. Gandersh. S. 790.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**1101.** *Bischof Siegfried bekundet den Verzicht des Ritters Dietrich von Escherde mit seinem Bruder Hugo und seinem Sohne Johann auf vier Hufen in Bledeln (Bledenem) zu Gunsten des Kreuzstiftes. Hildesheim 1296 August 11 (iii. idus augusti).*

Testes huius facti sunt Arnoldus decanus, Iohannes plebanus, magister Petrus, Burchardus de Scrapelo canonici maioris ecclesie, Everhardus de Borseum canonicus sancte Crucis, Ernestus pincerna, Albertus Boc, Arnoldus Boc milites, Hermannus Boc famulus, Iohannes Dives burgensis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 212. Siegel des Bischofs. Regest Doebner, UB. I, S. 258 Nr. 509.*

**1102.** *Bischof Siegfried schenkt der Aegidienkapelle, welche bei der Hausstelle des Poppo unweit der Andreaskirche gelegen ist, wegen ihrer geringen Einkünfte eine an die Kapelle stossende Hausstelle, welche der verstorbene Kanoniker des Andreasstiftes, Heyseko, bewohnt hat, nach dem Verzicht der Brüder Ludolf und Burchard von Cramme. Hildesheim 1296 August 12 (ii<sup>o</sup>. idus augusti).*

*Or. in der Beverinischen Bibl. zu Hildesheim, Aegidienkapelle. Beide Siegel nebst Befestigung verloren. Die Urk. beschädigt und auf Papier gezogen. Gedr. Beitr. zur Hild. Gesch. II, S. 140, danach Doebner, UB. I, S. 259 Nr. 510.*

**1103.** *Bischof Siegfried schenkt mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Lamspringe den Zehnten in Hilveshusen. Hildesheim 1296 August 15 (in die assumptionis beate Marie).*

Testes sunt Ar(noldus) decanus, Wl(radus) Montis prepositus, Ber(nardus) scolasticus canonici Hildensemenses, Ger(hardus) et Conradus milites de Gandersem, Ludolfus de Elvede famulus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 72. Siegel des Bischofs beschädigt, das eingnähte des Domkapitels zerbröckelt.*

**1104.** *Bischof Siegfried genehmigt, dass das Patronatsrecht der Kirche in Weddingen in den Besitz der Ritter des Deutschen Ordens in Goslar übergehe. Hildesheim 1296 September 11 (tertio ydus septembris).*

Testes sunt Wolradus Montis prepositus, Arnoldus decanus, Iohannes de Roden, Conradus de Valckenstene, Borchardus de Drenleve canonici Hildessemenses, Walterus de Arnstene, Siffridus de Valckenstene, Borchardus de Drenleve fratres militie Christi domus Theutonice.

*Gedr. nach dem Cop. des Deutschen Ordens zu Goslar fol. 35 Bode, UB. II, S. 496 Nr. 505.*

**1105.** *Die Brüder von Cramme bekunden Beilegung eines Streites zwischen Johann Sotebeteke, Vikar des Kreuzstiftes, und Konrad von Söhlde wegen Güter in Dinklar. Oelper 1296 September 22.*

Nos Ludolfus et Burchardus fratres et milites dicti de Cramme recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod compositio facta est inter dominum Iohannem vicarium sancte Crucis dictum Sotebeteke et inter Conradum de Soleda, ita quod ipse Conradus et frater suus Iohannes et Iohannes filius sororis eorum ipsum in bonis suis in Dinkelere de cetero non debent impedire vel in aliquo molestare. Dedit idem dominus Iohannes duo talenta Hildensemensis monete predicto Conrado, ut divideret cum aliis duobus pro maiori cautela concordie et bono pacis. Huius testes sunt dominus Ludegerus decanus Montis, Bertoldus scolasticus et Thidericus de Cramme canonici sancte Crucis, dominus Iohannes Stuve sacerdos, dominus Lippoldus miles et Burchardus fratres filii domini Ludolfi de Cramme, Hartbertus<sup>1)</sup> filius domini Burchardi Canne. Actum et datum in Olbere anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xcvi<sup>o</sup>., in die Mauricii et sociorum eius.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 213. Die beiden Siegel an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, beschädigt, zeigen drei Lilien (2:1).*

**1106.** *Volrad von Dreileben (Dreinleve) verkauft mit Zustimmung seiner Brüder Burchard, Domherrn in Hildesheim, und Johann, Propstes des Stiftes st. Petersberg bei Goslar, den Rittern des Deutschen Ordens in Goslar sieben Hufen in Medewitz mit Zubehör. 1296 Oktober 22 (xi<sup>o</sup>. kalendas novembris).*

*Or. im Germ. Museum in Nürnberg. Die drei Siegel gut erhalten. Gedr. Bode, UB. II, S. 499 Nr. 508.*

**1107.** *Bischof Siegfried überträgt dem Michaeliskloster die ihm resignierte Vogtei von vier Hufen in Hallendorf. 1296 Oktober 24.*

<sup>1)</sup> Das t nachgetragen.

In nomine domini amen. Sifridus dei gracia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Ad perpetuam rei memoriam notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum venerabilis et in Christo nobis dilectus dominus Ernestus abbas monasterii sancti Michahelis Hildensemensis a discretis<sup>1)</sup> viris Borchardo, Ecberto et Hermanno fratribus de Wlferbutle advocaciam quatuor mansorum sitorum Hethelendorpe ad ecclesiam sancti Michaelis Hildensemensis spectancium tytulo emptionis sue ecclesie possidendam perpetuo comparasset, quam advocaciam dominus Meynerus comes de Sladem a nobis habuit in feodo et dicti fratres de Wlferbutle ipsam ulterius in feodo a manu ipsius comitis tenuerunt, nos recepta libera resignatione dicte advocacie ab ipso comite, qui prius ipsius advocacie resignationem receperat a fratribus supradictis, prefato abbati et ecclesie sue de beneplacito et expresse consensu nostri capituli proprietatem sepedicte advocacie absolute et ad plenum contulimus iure perpetuo possidendam. Ut autem ——. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxx<sup>o</sup>. sexto, ix<sup>o</sup>. kalendas novembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Michaeliskl. Nr. 88. Siegel des Bischofs und des Domkapitels an roten Seidenfäden, und Nr. 89 (B), dieselben Siegel an roten und gelben Seidenfäden. Gedr. nach B Asseburger UB. I, S. 311 Nr. 490.*

**1108.** *Papst Bonifaz VIII. beauftragt den Abt (Ernst) des Michaelisklosters und den Propst (Heinrich?) von Riechenberg auf die Klage des Erzbischofs Burchard von Magdeburg, der Magdeburger Kirche die ihr zur Zeit des Vorgängers entfremdeten Besitzungen wiederzuzerschaffen. Rom, st. Peter 1296 Oktober 28 (v. kalendas novembris, anno secundo).*

*Regest Les Registres de Boniface VIII., Sp. 546 Nr. 1501, nach dem vatikanischen Registerbande.*

**1109.** *Gebhard von Querfurt, Dompropst in Hildesheim und Domkellner in Halberstadt, bekundet die Beilegung eines Streites zwischen dem Domkapitel in Goslar und den Brüdern Johann und Konrad Peperkeller, Bürgern daselbst, wegen des Waldes Langenberg bei Harlingerode. Halberstadt 1296 November 14 (in crastino beati Brixii).*

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar mit sechs Siegeln. Gedr. Bode, UB. II, S. 500 Nr. 509.*

<sup>1)</sup> nobilibus B.

**1110.** *Papst Bonifaz VIII. gestattet dem Bischof (Siegfried), dem Werner von Mahlum unter Befreiung vom Geburtsfehler die Weihen zu erteilen und ein Benefiz zu geben. Rom, st. Peter 1296 November 22.*

Episcopo Ildesemensi. Laudabili testimonio, quod dilecto filio magistro Werneho de Malden acolito tue diocesis de honestate morum, litterarum scientia et aliis virtutum meritis peribetur, inducimur, ut personam eius speciali prosequamur gratia et favore. Accedens siquidem ad presentiam nostram prefatus Wernehus nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, quod huiusmodi non obstante defectu ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, etiam si curam habeat animarum, necnon personatum et dignitatem, cui talis cura non imineat, obtinere licite valeat, dispensare misericorditer dignemur. Pro quo etiam carissimus in Christo filius noster A(dolfus) rex Romanorum illustris, cuius idem acolitus capellanus et familiaris existit, apostolice super hoc dispensationis gratiam suppliciter imploravit. Nos igitur tam predictorum meritorum consideratione quam dicti regis obtentu volentes ipsum favore prosequi gratie specialis ipsumque propter hoc ad te, de cuius circumspectione plenam in domino fidutiam gerimus, remittentes fraternitati tue<sup>1)</sup> per apostolica scripta mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstantiis universis, que circa ydoneitatem persone fuerint attendende, si paterne non est incontinentie imitator sed bone conversationis et vite, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, aliasque sibi merita suffragantur, ad dispensationis gratiam obtinendam secum super premissis auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire, ita tamen quod idem acolitus in aliqua ecclesia, in qua pater eius ministraverit, non ministret, et sicut requirit onus benefitii seu dignitatis, quod<sup>2)</sup> vel quam eum post dispensationem huiusmodi obtinere contigerit, se fatiat ad omnes sacros ordines promoveri et personaliter in eodem resideat vel in ea. Alioquin huiusmodi gratia quo ad beneficium vel dignitatem huiusmodi nullius penitus sit momenti. Dat. Rome apud sanctum Petrum x. kal. decembr., anno secundo.

*Vatik. Archiv, Reg. 48 fol. 145 b Nr. DXXV, freundlichst mitgeteilt vom Preuss. histor. Institut in Rom. Regest Les Registres de Boniface VIII., Sp. 551 Nr. 1516.*

<sup>1)</sup> tue nachgetragen.    <sup>2)</sup> quod fehlt im Or.

**1111.** *Papst Bonifaz VIII. beauftragt den Bischof (Bruno) von Naumburg, den Abt (Ernst) des Michaelisklosters und den Propst (Heinrich?) von Riechenberg mit dem Schutz der Besitzungen des Domstiftes in Halberstadt. Rom 1296 November 28 (iiii. kalendas decembris, pontificatus nostri anno secundo).*

*Gedr. Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 574 Nr. 1656, Erath, Cod. dipl. Quedlinburg., S. 303 Nr. 363.*

**1112.** *Ritter Johann Kanne mit Sohn Johann und Ritter Burchard von Cramme gestatten dem Bischof Siegfried und dem Domkapitel den Rückkauf des ihnen für 150 Braunschweiger Mark verkauften Allodes von zwölf Morgen in Harsum (Hardissen) zwischen jetzt und Ostern innerhalb fünf Jahre mit Kündigung auf Weihnachten. 1296 Dezember 1 (in crastino beati Andree apostoli).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 341. Siegel des Johann Kanne eine Kanne und des Burchard von Cramme drei (2 : 1) Lilien zeigend, das dritte Siegel fehlt.*

**1113.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Wienhausen auf Bitten des Ritters Basil von Rautenberg fünf Hufen mit drei Hausstätten in Klein-Lopke (in parvo Lobeke) und erhält von dem Ritter als Ersatz drei Hufen in Rethmar (Rethmere). Hildesheim 1296 Dezember 4 (ii. nonas decembris).*

*Testes sunt Arnoldus decanus, Bernardus cantor, Sifridus de Blankenburg, Fredericus de Adenoys, Borchardus de Drenleve, magister Petrus, Conradus de Valkenstene, Otto de Woldenberge canonici Hildensemenses.*

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 126a. Verletztes Siegel des Bischofs und eingendähtes des Domkapitels an grünen Seidenfäden.*

**1114.** *Dietrich von Alten, Ritter, verkauft dem Kl. Marienrode den Teil einer Wiese zwischen Bemeroode (Bevingerode) und Anecampe. 1296 Dezember 6 (in die beati Nicolay episcopi et confessoris).*

*Or. im Kgl. Staatsarchiv zu Hannover, Marienrode Nr. 74a. Siegel verloren bis auf ein kleines Stück. Gedr. Marienroder UB. S. 110 Nr. 98.*

**1115.** *Johann vom Steinhaus (de Lapidea domo), Bürger in Hannover, verkauft dem Kl. Marienrode den Teil einer Wiese zwischen Bemeroode (Bevingerode) und Anecampe. 1296 Dezember 6 (in die beati Nycolay episcopi et confessoris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 74b. Siegel zur Hälfte verloren. Gedr. Marienroder UB. S. 110 Nr. 99.*

**1116.** *Dietrich von Reden befreit drei Hufen in Reden mit drei Hausstellen und eine Hufe in Wallenstedt vom Litenverhältnis und bestimmt, dass diese Hufen nach seinem Tode an die Obedienz zurückfallen sollen. 1296 Dezember 21.*

In nomine domini amen. Noverint universi, ad quos presentes littere pervenerint, quod ego Thidericus dictus de Redhen filius Iohannis de consensu et voluntate venerabilium dominorum meorum prepositi, decani et capituli Hildensemensis ecclesie tres mansos in Redhen cum tribus areis habentes sexaginta octo iugera, unum mansum in Wallenstede habens triginta iugera et unam aream a litionibus ipsius obediencie comparavi et eosdem a conditione litionica constitui absolutos. Volo autem, ut idem mansi michi cum omni utilitate sua proficiant temporibus vite mee, post mortem vero meam ad obedientiam libere revertantur nec ullus heredum meorum per<sup>1)</sup> heredumve aut aliorum amicorum meorum sive successionis iure sive expensarum aut impendiorum nomine aut quomodolibet aliter quicquam iuris seu petitionis in eisdem sibi poterit vindicare. In cuius rei testimonium presentem litteram super hoc ex parte mea conscriptam sigillo meo et sigillis fratrum meorum Hinrici et Iohannis obtinui roborari. Et nos Hinricus et Iohannes predicti premissa approbantes et data fide pro nobis et nostris heredibus ratificantes sigilla nostra apposuimus presentibus in testimonium eorundem. Testes Albertus Bok, Arnoldus Bok milites, Boldewinus de Steinberch, Iohannes et Thidericus fratres de Wlvinghe, Iohannes et Arnoldus fratres de Dotessem et alii fide digni. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, xii<sup>o</sup>. kalendas ianuarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 342. Die drei Siegel gut erhalten.*

**1117.** *Die Edeln Friedrich und Walther von Dorstadt schenken dem Kl. Dorstadt zwei Hufen in Kampe bei Quedlinburg. 1295.*

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Das Siegel Friedrichs gut erhalten, das Walthers zerbrochen.*

**1118.** *Bischof Siegfried genehmigt die von mehreren in Anagni anwesenden Erzbischöfen und Bischöfen dem Domstift in Goslar erteilten Indulgenzien und fügt selbst noch 40 Tage hinzu. 1296.*

*Nach Or. in Privatbesitz gedr. Bode, UB. II, S. 502 Nr. 511.*

<sup>1)</sup> So das Or.



**1119.** Propst Gebhard, Dechant Leonhard und das Kapitel des Kreuzstiftes kaufen von Isengard, Wittwe des Konrad Howardi, ein Haus in der Neustadt mit der Verpflichtung einer Leibrente für sie und der Feier ihrer und ihres Mannes Memorie. 1296.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 214. Siegel verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 259 Nr. 511. Im folgenden Jahre bezeugt der Rat der Verkäuferin das freie Verkaufrecht dieses Hauses, Or. a. a. O. Nr. 219, gedr. a. a. O. S. 268 Nr. 525.*

**1120.** Dietrich von Tossem überträgt dem Maria-Magdalenenkloster eine Hofstelle beim Kirchhofe in Ottbergen, die er vom Herzog Johann von Lüneburg zu Lehn hatte. 1296.

Huius rei testes sunt Geroldus prepositus ibidem, Lippoldus de Rohthinge, Egbertus camerarius, Ludolfus filius suus et Conradus de Vinkelere milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 133. Siegel des Ausstellers.*

**1121.** Ritter Dietrich von Escherde schenkt dem Kl. Escherde einen ihm resignierten Hof mit vierzig Morgen in Gross-Escherde. 1296.

Ego Tidericus miles dictus de Esscerthe et Hugo frater meus omnibus tam presentibus quam futuris hanc litteram intuentibus seu audientibus salutem. Notum esse volumus, quod divina gratia instigante proprietatem necnon iuriditionem unius curie maioris Esscerthe et quadraginta iugera sita ibidem ad eandem curiam pertinentia, quam Tidericus Nantwici a nobis in feodo tenuit, nobis resignavit, pro remedio anime nostre et omnium parentum nostrorum monasterio in Esscerthe et Christi ancillis deo et beate Marie virgini ibidem perpetuo servientibus plene contulimus propter deum eidem in perpetuum possidendam. Unde ne quis hanc donationem rite factam in posterum aliqua caliditate ledat vel infringat, litteram hanc exinde confectam ego Tidericus cum sigilli mei munimine et apensione, quia Hugo caret, eidem ecclesie contuli ad cautelam. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. nonagesimo vi<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 89. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. In einer teilweise mit obiger Urk. wörtlich übereinstimmenden vollzieht Ritter Johann von Escherde dieselbe Schenkung, Or. a. a. O. Nr. 90, Siegel Johanns an weissen Hanfschnüren beschädigt; desgleichen Ritter Ludold von Escherde, Or. a. a. O. Nr. 91, beschädigtes Siegel Ludolds an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1122.** Die Grafen Konrad und Johann von Wohldenbergh resig-  
nieren dem Bischof Siegfried eine halbe Hufe in Holthusen iuxta  
Lammespringe, die Ritter Johann von Harste (Herste) von ihnen zu  
Lehn hatte, zu Gunsten des Kl. Lamspringe. O. D. (1296).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 78. Die beiden Siegel an  
den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen beschädigt.*

**1123.** Die Grafen von Wohldenbergh übertragen dem Kl. Lam-  
springe zum Ersatz für den ihm von ihren Knechten zugefügten Schaden  
das Eigenthum einer Hufe in Holthusen. 1296.

Nos Conradus et Iohannes fratres comites de Woldenberghe et  
Henricus, Ludolfus, Borchardus comites filii Ludolfi comitis de  
Woldenberghe omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum  
esse volumus, quod nos de communi consensu omnium heredum  
nostrorum, quorum consensus est legitime requirendus, propter deum  
et pro remedio animarum nostrarum necnon pro dampno ecclesie  
beati Adriani in Lammespringhe per nostros servos illato damus et  
conferimus predictae ecclesie proprietatem unius mansi in villa Holt-  
husen iuxta Lammespringhe cum omnibus ad eundem mansum per-  
tinentibus in villa et extra villam in perpetuum possidendo, quem  
videlicet mansum Hermannus Novus civis burgensis in Alveldhe et  
Gertrudis relicta quondam Hermanni Molendinarii a nobis in pheodo  
tenuerunt. Ut igitur — —. Huius donationis testes sunt Olricus  
de Barem, Iohannes dictus Trobe, Hillebrandus de Lindhedhe milites,  
Arnoldus de Elvedhe advocatus, Henricus de Lindhedhe, Hermannus  
de Dinkelere et alii quam plures. Datum et actum anno domini  
m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>., eodem anno, quo castrum Woldenstene edificatum est.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 75. Die drei Siegel, des  
Konrad, Johann und Heinrich, gut erhalten. Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh.  
S. 1523. In einer undatierten Urk. verweisen sie die Lehnsinhaber wegen der Be-  
lehnung an das Kloster, Or. a. a. O. Nr. 74, Siegel von dem von der Urk. ge-  
schnittenen Pergamentstreifen abgefallen.*

**1124.** Abt Widekind und der Konvent des Kl. Marienrode  
schenken dem Kl. Isenhagen den Zehnten in Emmen (Emene), den das  
Kloster von den Rittern Wasmod und Paridam von dem Knesebeck  
gekauft und diese jenen resigniert haben. 1296.

*Or. im Archiv des Kl. Isenhagen. Gedr. UB. des Kl. Isenhagen (Lüneburger  
UB. V), S. 28 Nr. 63.*

**1125.** Graf Otto von Eberstein überträgt mit Zustimmung seiner Tochter Elisabeth das Eigentum von drei Hufen in Hotteln mit allem Recht dem Hermann Bock von Nordholz und dessen Sohne Dietrich. 1297 Januar 5 (in vigilia ephanie<sup>1</sup>) domini).

Huius rei testes dominus Symon nobilis de Lippya, Hermannus domicellus de Peremunt, Otto domicellus de Buren, dominus Conradus de Amelungchessen, dominus Lippoldus Hoye, dominus Arnoldus de Haversvorde, dominus Conradus de Birebeke.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 90. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1126.** Wicbrand von Harboldesen, Ritter, verkauft dem Kl. Marienrode für zehn Bremer Mark die Fischerei in der Leine zwischen Schliekum (Sclikem) und der Mühle bei Jeinsen (Geynhusen), die er von den Grafen von Hallermund zu Lehn hatte. 1297 Januar 13 (in octava ephiphanie domini).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 75. Die drei Siegel an grünen bez. roten Seidenfäden wenig beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 111 Nr. 100. In einer Urk. desselben Datums verpflichtet sich derselbe, die Fischerei den Grafen auf Verlangen des Klosters zu resignieren, Or. a. a. O. Nr. 76 mit beschädigtem Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, gedr. a. a. O. S. 112 Nr. 101. In einer ferneren Urk. desselben Datums übertragen die Grafen Gerhard und Gerhard von Hallermund dem Kloster die Fischerei, Or. a. a. O. Nr. 77 mit beschädigten Siegeln an roten bez. grünen Seidenfäden, gedr. a. a. O. Nr. 102.*

**1127.** Äbtissin Margarete von Gandersheim tauscht mit dem Michaeliskloster Hörige. 1297 Januar 25.

Margareta dei gracia Gandersemensis ecclesie abbatissa notum esse volumus universis, quod ad instanciam amicorum hincinde Margaretam filiam Segehardi de Ekelsem ecclesie nostre mancipium monasterio sancti Michaelis in Hildensem donavimus pro commutatione ipsius a domino . . abbate et conventu dicti monasterii Ghertrudim<sup>2</sup>) uxorem Ludolfi filii dicti Segehardi in restaurum recipientes versa vice consencientibus, quorum consensus in hac parte exstitit merito requirendus. Quod sub sigillo nostro in presenti littera perpetuo protestamur. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. nonagesimo septimo, viii<sup>o</sup>. kalendas februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 91. Beschädigtes Siegel der Äbtissin an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

<sup>1</sup>) So das Or.    <sup>2</sup>) Auf Rasur nachgetragen.

**1128.** *Konrad, Marschall in Peine, gibt mit Zustimmung seiner Mutter Vredeken und seiner Schwester Margarete dem Kl. Wienhausen vier Hufen in Berkum (Berkem) und vier Hufen in Klein-Lopke (in parvo Lobeke) in Tausch für fünf Hufen in Hoheneggelsen (Eckelsem) und verzichtet vor Bischof Siegfried auf alles Recht daran. 1297 Februar 3 (in die Blasii episcopi et martiris).*

Testes sunt Aschwinus et Thetmarus de Luttere fratres, Basilius de Rutenberge, Conradus de Stockem, Bertoldus et Iohannes fratres de Godenstede milites, Henricus de Swegelthe, Conradus de Saldere, Sifridus et Iohannes de Roden fratres famuli et armigeri.

*Or. in doppelter Ausfertigung im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 128, Siegel des Bischofs und des Reiner von Vornholte verloren, des Ausstellers gut erhalten, gespalten und linker Schrägbalken: † SIGILLVM CONRADI (M)ARSCALCI HILDENSĒ, und Nr. 127, die drei Siegel wenig beschädigt.*

**1129.** *Das Kreuzstift überträgt Genannten eine Huße in Wehmingen gegen einen jährlichen Zins. Hildesheim 1297 Februar 24.*

Ghevehardus dei gratia prepositus, Leynardus decanus et capitulum ecclesie sancte Crucis Hildensemensis notum esse volumus omnibus presens scriptum visuris seu etiam auditoris, quod nos mansum unum Weminge situm habentem xxx iugera et solventem nobis iiii solidos ad prebendam et quinque denarios advocatie Berte et Lutgardi et Tymmoni filio eius ac eorum iustis heredibus presentibus committimus eo modo, quod predictum censum in festo Michaelis expedite solvant et eundem mansum non dividant neque scindant; quod si fecerint, volumus, ut istarum careant commodo litterarum. Datum et actum in capitolio nostro anno domini m<sup>o</sup>.cc<sup>o</sup>lxxx<sup>o</sup>vii<sup>o</sup>., in die beati Mathie apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 215. Kleiner Siegelrest an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1130.** *Das Kl. Niederaltaich erneuert mit dem Domkapitel die Gebetsbrüderschaft. 1297 Februar 24.*

Reverendis viris et in domino diligendis domino Ar(noldo) venerabili decano totique capitulo Hildensemensis ecclesie Wernhardus dei gratia abbas et totus conventus in Altach inferiori cum debitis orationibus devotam ad beneplacita voluntatem. Gavisi sumus in domino gaudio magno valde de hoc, quod sanctissimus presul domini Godehardus monasterii nostri quondam alumpnus, semper

autem terre nostre pater et patronus omniumque invocantium suffragator precipuus, sic longo lateque fructificavit in domo domini scilicet in ecclesia militanti, quod apud nos palmites suos misit et usque ad nos propagines copiosas extendens et in sancte perfectionis episcopalis culmen excrescens in floribus et fructibus honestatis uberrime abundavit in tantum inebrians partus sui fructum in cordibus vestris et operibus spectabilem et spectandum, ut in ipsis adhuc floribus odorem noticie vestre et de fructibus vestre fraternitatis beneficia senciamus. Cuius sane fraternitatis gratam renovationem gratulabundis ut dignum est amplexamur affectibus eademque mensura, qua nobis mensi estis, karitati vestre remetientes omnium bonorum, que apud nos fiunt, vobis participationem ac consorcium exhibemus, concedimus et largimur. In cuius rei evidenciam atque robur perpetuum presentes litteras vobis damus nostrorum sigillorum munimine consignatas. Datum anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>. nonagesimo septimo, in die beati Mathye apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 343. Beschädigtes Siegel des Abtes und gut erhaltenes des Konventes.*

**1131.** *Abt und Konvent von Niederaltaich machen mit dem Godehardikloster eine Gebetsbrüderschaft. 1297 Februar 24.*

Religiosis viris domino Hildebrando venerabili abbati totique conventui monasterii sancti Godehardi in Hildeinsheim Wernhardus dei gratia abbas in Altach inferiori et conventus ibidem orationes humiles in domino Ihesu Christo. Ut vestrum nostrumque monasteria, que deus unius et eiusdem patroni sanctissimi videlicet pontificis Godehardi patrociniis gaudere donavit, una et indivisa fraternitatis mutue subvencione letentur iuxta illud veridicum testimonium sapientis: Frater qui adiuvatur a fratre quasi civitas firma, modum fraternitatis, quam vos volumus habere nobiscum, placuit per presencia declarare, quod scilicet vos constituimus participes bonorum, que pro fratribus nostris facimus et faciemus domino concedente, precipue cum illis memoriam habituri vestrorum defunctorum iii<sup>o</sup>. nonas septembris in vigiliis defunctorum sollempnibus et in missa publice in conventu. In quorum evidenciam atque robur perpetuum presentes litteras vobis damus nostrorum sigillorum munimine consignatas. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. nonagesimo septimo, in die beati Mathye apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 45. Beschädigtes Siegel des Abtes und des Konventes. Vgl. Bd. II, S. 176 Nr. 379.*

**1132.** *Abt und Konvent des Kl. Marienrode gestatten dem Domkapitel den Rückkauf des ihnen für 60 Braunschweiger Mark Silber verkauften Zehnten in Wendhausen. 1297 Februar 27 (in capite ieiunii). Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 344. Siegel des Abtes gut erhalten.*

**1133.** *Bischof Siegfried bestätigt ein Statut des Moritzstiftes über die Präbenden der Abwesenden von Februar 27. 1297 Februar 28.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus dilectis sibi in Christo . . . preposito, . . . decano et capitulo ecclesie sancti Mauricii montis Hildensemensis salutem in filio virginis gloriose. Vestre ordinacionis litteram non cancellatam, non abolitam, nec in aliqua sui parte viciatam recepimus in hec verba.

Dei gracia Volradus prepositus, Ludegherus decanus et capitulum ecclesie sancti Mauricii montis Hildensemensis omnibus in perpetuum. Cum super ecclesie nostre utilitate et multiplici ipsius inminente necessitate varios tractatus separatim et communiter iam sepius habuissemus, tandem divina nobis annuente gratia in hoc nostrum resedit unanime consilium, ut medietas prebendarum fratrum absencium nostre ecclesie serviat in communi, sicut nostra maior ecclesia et alie quamplures ecclesie statuerunt et hactenus servaverunt. Sed quia hoc quadam specificacione indiget, unde hoc salubri statuto in perpetuum valituro statuimus et ordinamus, ut medietas prebendarum fratrum nostrorum, ut diximus, absencium non ut in parte aliqua inter presentes dividatur, sed ut communi ecclesie nostre utilitati et precipue fabrice serviat, que multiplici reparacione indiget, sicut constat. Et ut hec cum exquisita diligencia fiat, volumus, quod de cetero per tres canonicos nostros ad hec ydoneos per capitulum de triennio in triennium statuendos et domino . . . decano nostro, qui pro tempore fuerit, adiungendos ille prebende absencium et fructus annorum graciae et alia, que ecclesie nostre communiter cedunt, fidelissime recolligantur et secundum arbitrium capituli communibus ecclesie nostre utilitatibus et precipue, ut dictum est, fabrice de illis diligentissime consulatur. Et predicti quatuor annis singulis personis, quas ad hoc capitulum deputaverit, infra octo dies proximos ante festum sancti Iacobi apostoli maioris debent rationem reddere distinctissime de perceptis, nec aliqua gratia debet fieri absentibus in premissis preterquam studiorum causa absentibus, nam illis omnia dabuntur, que prius ante constitutionem istam dari

studentibus sunt consueta, salvo eciam iure sive consuetudine domini nostri . . prepositi et sui . . capellani, qui, quamvis pro varietate quandoque temporum sint absentes, tamen pro presentibus sunt hactenus<sup>1)</sup> reputati. Supradicti vero absentes omnes et singuli, qui,<sup>2)</sup> quamvis licencia capituli desint, tamen vices suas, prout priori tempore fecerunt, per se vel per alios more solito facient observari, et nichilominus omnem consuetudinem et reverenciam capitulo et ecclesie servabunt per omnia sicut prius. Quod si aliquis eorum, ut dictum est, vices suas observari non fecerit, de alia medietate prebende, que cedit absenti, dominus . . decanus cum illis collectoribus prebendarum ordinabit vices illius absentis debite observari. Sed si aliquis absencium venerit tempore, quo ebdomadales denarii vel quecumque alia, que presentibus hactenus fuerunt et adhuc sunt debita, ministrantur, vel retenta aliqua supplentur, nichil penitus de illis habebit exceptis denariis festivitatum, ita si festis et processionibus cum aliis nostris canonicis voluerit interesse, sed contenti erunt absentes media parte denariorum vigiliarum et medietate illius annone, quam ante istam ordinacionem percipere consueverunt<sup>3)</sup>; et quod aliquid absentes percipiunt est ex quadam tollerancia nostra et gracia speciali. Nam ille ferendus non est, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contempnit, secundum legitimas et canonicas sanxtiones. Preterea si aliquis absencium fratrum tempore, quo annona distribuitur, gerens se pro presente et recepta annona seu aliis, que presentibus tantum, ut diximus, dari debent, recedat, volumus, quod statim post recessum ipsius ad tres septimanas omnes illius prebende fructus sunt ipso facto suspensi et collectores de illis se statim intromittent, nec vocem habeat in capitulo, donec omnia illa refundat, que ultra medietatem absentibus ex ista ordinacione debitam recepit, et donec de voce et prebenda suspensa ad presenciam capituli more solito et antiquo veniens mereatur gratiam optinere; sed de fructibus suspense prebende tempore suspensionis nomine capituli a collectoribus recollectis et qui colligi deberent nullam debet gratiam penitus expectare. Et si aliquis absencium habens amministracionem aliquam vel non habens vult forte, quod absit, occasione prebende sue suspense vel racione medie prebende sue ex ista ordinacione ecclesie deputate aliquid capitulo seu ecclesie ministrandum retinere,

---

<sup>1)</sup> hactenus B. <sup>2)</sup> qui fehlt B. <sup>3)</sup> consueverunt A.



vel si alias forinsecus aut intrinsecus per se vel per alium directe vel indirecte de aliquo nobis invitis aut irrequisitis se intromiserit, usurpaverit, dampnificaverit vel impederit ex domini . . decani prohibitione seu precepto presentibus promulgato et semper duraturo, talis erit inobediens et prebenda sua tota et vox ipsius in capitulo post quindecim dierum monicionem exnunc ut extunc suspensa, donec ad capituli gratiam, ut supradiximus, veniens ante omnia contra istam constitutionem percepta et dampna illata fuerint restituta et fructus tempore suspensionis a prefatis quatuor perceptos capitulum ante omnia retinebit, et nichilominus, si proterva ipsius inobediencia meruerit, districtius procedemus. Item si aliquis plura habens domicilia prope vel remocius posita, quorum occasione abstractus nunc veniens nunc recedens hoc sepius faciendo choro et capitulo ac aliis ecclesie nostre negociis cum ceteris presentibus more consueto non intersit, an talis pro presente vel absente sit habendus, quia de hoc questio sepius oritur, volumus, quod dominus decanus et predicti tres collectores maturo habito super hoc consilio infra quindecim dies, postquam requisiti fuerint, dicant in animas eorum, prout eis secundum strictam ipsorum conscienciam iustum visum fuerit, veritatem, an talis pro presente vel absente sit habendus. Et si talis statum suum iterum mutaverit, prefati iterato requisiti, pro quo talis iterum haberi debeat, et quociens opus fuerit in eorum animas, sicut diximus, pro suo quo constituti sunt triennio declarabunt, quorum diffinicio seu declaracio pro eorumdem triennio debet inviolabiliter observari. Ad requisicionem vero ad minus trium de capitulo debent huiusmodi dubium declarare. Quo triennio finito deinceps sunt alii et alii tres pro tempore futuro de triennio in triennium ad hoc officium ydonei eligendi et domino . . decano similiter adiungendi, et illi debent eligi sexta feria ante dominicam Letare a maiore parte capituli, et quando electi fuerint, non debent pro illo triennio reclamare, sed humiliter obedire ad huiusmodi agenda negocia et eciam explicanda, et dominus decanus ad suscipiendum huiusmodi officium debet compellere renitentem, nisi aliquem eorum evidens necessitas et causa legitima excusaret. Sed si super iudicio illius absencie seu presencie contencio fuerit inter partes, quod tribus eorum placuerit servabitur. Quod si duo in unam partem et duo in alteram partem declinaverint, cui parti dominus noster . . prepositus, si presens est et voluerit interesse, consenserit, illorum diffinicio acsi omnes quatuor concordarent debet pro illo

triennio in eorum animas firmiter observari; quod si non potuerit aut noluerit interesse, capitulum infra octo dies proximos unum ex se eliget, quociens opus fuerit vel quando emerit, qui in animam suam vices ipsius domini prepositi supplebit in articulis hic conscriptis, in illo enim et predictis collectoribus substituendis. Si capitulum non concordaverit aut per formas consuetas non elegerit, dominus . . decanus et predicti collectores, qui pro tempore fuerint, extunc secundum promissionem eorundem istum, qui loco erit domini . . prepositi, eligent et sibi similiter substituendos fideliter subrogabunt, qui omnem potestatem habebunt acsi a toto capitulo super hic scriptis fuerint communiter constituti. Item si aliquem presencium fratrum causa necessitatis vel utilitatis, devocionis aut casibus similibus ad tempus cum capituli licencia abesse contigerit et ultra medietatem anni non defuerit, illum non reputamus absentem, tamen ebdomadibus denariis et aliis medio tempore carebit, de quibus ante istam constitutionem taliter absentes carere consueverunt. Si vero domicilium alibi contraxerit vel ultra medium annum defuerit, medietatem prebende sue tantummodo extunc habebit, sicut de ceteris vere absentibus est prescriptum, salva manente domini . . decani auctoritate ex causa legitima dandi licenciam ad quindecim dies exeundi et redeundi, dum tamen in fraudem istius constitutionis frivole non petatur. Sane si canonicus novicius annos gracie a capitulo redemerit, vices suas servabit et ad chorum tenetur et nichil de illis, que presentibus ante istam ordinacionem dari solebant, habebit,<sup>1)</sup> nisi que sibi in contractu liberacionis fuerint explicata, nec pro certa pecunia quasi ad hoc statuta redimere potest, sed pro quanto a capitulo tunc temporis poterit liberare. Nullum autem annum gracie habebit, si infra gracie annos, quos redemit, decedit, nisi illum vel illos annos, quos sibi in prebende fructibus comparavit. Annus eciam gracie incipit eo die, quo defunctus viam carnis ingreditur universe. Preterea si dubium vel questio super presenti statuto vel articulis ibi positis oriatur vel ad maiorem ipsius expedicionem suppletionem egeat, domino . . decano et predictis tribus . . collectoribus, qui pro tempore fuerint, declaracionem, interpretacionem et suppletionem, quocienscumque opus fuerit, salvo manente statuto isto de cetero presentibus reservamus, et quod in hoc fecerint debet inviolabiliter observari, salvis eciam

<sup>1)</sup> habebit *abergeschrieben B.*

omnibus prioribus capituli nostri consuetudinibus et statutis, que contra hanc nostram ordinacionem et eius articulos non sunt; nam in quantum contra sunt, auctoritate presencium irritamus et cassa et irrita nunciamus. Insuper dominus . . decanus et iam dicti collectores, qui pro tempore fuerint et postquam electi fuerint, statim promittent publice, hec statuta pro suo tempore se velle secundum eorum consciencias fideliter observare et facere firmiter observari. Et nos decanus tenore presentium precipimus, hoc statutum in omnibus suis articulis ab universis vobis et singulis nostris canonicis firmiter observari. In omnium et singulorum predictorum robur et testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillis nostris videlicet domini . . prepositi, decani et capituli fecimus sigillari. Actum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. nonagesimo septimo, iii. kalendas marcii.

Et quia hanc ordinacionem relegentes et cum diligencia examinantes iuri consonam rite et provide factam<sup>1)</sup> invenimus, unde vestris piis postulacionibus annuendo ipsam gratam et ratam habentes auctoritate nostra ordinaria in nomine domini presentibus confirmamus. Si quis autem istam ordinacionem et nostram presentem confirmacionem infirmare presumpserit vel ei ausu temerario contraire, indignacionem omnipotentis dei et nostram se noverit incursum. In cuius rei testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillo nostro fecimus sigillari. Actum anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. nonagesimo septimo, ii. kalendas marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 62 (A). Beschädigtes Siegel des Bischofs an roten und gelben Seidenfäden. Das Or. der eingerückten Urk. des Kapitels in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Moritzstift Nr. 5 (B). Beschädigte Siegel des Propstes, Dechanten und des Kapitels an rot-gelben Seidenschnüren.*

**1134.** *Priester Johann, Pfarrer in Peine, unter den Zeugen der Urk., in welcher der Knappe Race von Uetze (Uthesse) sieben Hufen in Wahle (Weledhe) dem Cyriacistift in Braunschweig verkauft. Peine 1297 März 3 (dominica qua cantatur Invocavit).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Cyriacistift Nr. 29. Ebenso in der Resignationsurk. der Race von demselben Tage. Or. a. a. O. Nr. 30.*

**1135.** *Papst Bonifaz VIII. befiehlt dem Scholaster von st. Mathias, das Kl. Walkenried gegen Beleidiger zu schützen. Rom, st. Peter 1297 März 23 (x. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tertio).*

<sup>1)</sup> factam übergeschrieben A.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Walkenried Nr. 413, Bleibulle verloren. Gedr. Walkenrieder UB. (UB. des hist. Ver. f. Niedersachsen II) S. 365 Nr. 567. Regest Potthast, Reg. pont. 44489.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**1136.** *Das Kl. Riddagshausen, das zwei dem Michaeliskloster zinspflichtige Hufen in Meerdorf gekauft hat, verpflichtet sich zur Zahlung eines Zinses, bis es zwei andere Hufen mit gleichem Zins bei Hildesheim gelegen für jenes gekauft hat. Bei Hildesheim 1297 März 25.*

Frater Otto dictus abbas, Iohannes prior totusque conventus in Riddageshusen Cisterciensis ordinis, Halberstadensis dyocesis, omnibus presentia visuris salutem in domino. Notum esse volumus, quod nos comparatis duobus mansis in villa Merdorpe sitis a Thiderico et Willekino fratre suo dictis Heyvordinge, quos a viris religiosis domino abbate et conventu sancti Michahelis in Hildensem iure tenuerunt censuali, nos eisdem domino abbati et conventui decem solidos denariorum Brunswicensium de ipsis mansis dabimus annuatim, sicut dari consueverant ab antiquo. Si vero processu temporis alios duos mansos similem censum solventes ad tria miliaria a civitate Hildensem distantes vel citra ad usus prefati monasterii comparare poterimus, nos ab huiusmodi censu ex tunc penitus absolvemur. In cuius rei evidens argumentum presentem litteram nostro sigillo fecimus communiri. Nec quemquam moveat, quod presens scriptum uno tantum sigillo sit signatum, quia conventus in nostro ordine propria sigilla non habent secundum ordinis eiusdem consuetudinem et statuta. Datum apud Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. septimo, octavo kalendas aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 92. Beschädigtes Siegel des Abtes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1137.** *Abt Ernst, Prior Ludolf und der Konvent des Michaelisklosters überlassen dem Kl. Riddagshausen zwei Hufen in Meerdorf, die die Brüder Dietrich und Willikin von Heyvordigge von ihnen zu Lehn hatten, derart, dass das Kloster ihnen einen jährlichen Zins von zehn Schilling zahlt. 1297 März 25 (octavo kalendas aprilis).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 327. Siegel des Abtes erhalten, das des Konventes verloren.*

**1138.** *Bischof Siegfried überträgt dem Kl. Wienhausen das Eigentum von zwölf Morgen und einer Hausstelle in Berkum (Berkem). Hildesheim 1297 April 19 (xiii<sup>o</sup>. kalendas maii).*

Testes sunt Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus cantor, Bernardus scolasticus, Io(hannes) cellerarius, Fredericus de Adenoys, Henricus, Otto et Ludolfus de Woldenberge canonici Hildensemenses, Aschwinus de Luttere, Basilius et Sifridus de Rutenberg milites, Godeschalcus de Ellese, Conradus de Saldere, Hugo de Ilsede famuli.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. IX, 265, S. 88 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1139.** *Die Stadt Alfeld gestattet gewissen Meiern des Bischofs, auf der Gemeindeweide ihr Kleinvieh zu treiben. 1297 April 23 (nono kalendas maii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 345. Gut erhaltenes Stadtsiegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Ein mut. mut. gleichlautende Urk. (abweichend nur die Stelle: quod villici eorundem, qui nunc sunt coloni bonorum in Alvelde vel qui fuerint in futurum, sive u. s. w.) für das Domkapitel, Or. a. a. O. Nr. 346 mit beschädigtem Siegel an gleicher Befestigung. Beide gedr. Sudendorf, UB. VIII, S. 373.*

**1140.** *Pfarrer Elias in Bruchmachtersen überweist dem Kl. Dorstadt zwei Hausstellen in Bruchmachtersen zur Unterstützung der Kranken. 1297 April 30.*

In nomine domini amen. Helyas dei gratia sacerdos in Mactersem apud Lectenberch omnibus Christi fidelibus hanc litteram visuris salutem in domino. Notum esse cupio presentibus et futuris, quod ego Helyas plebanus in Machtersem pro remedio anime mee duas areas in villa iam dicta sitas proprias, quas emeram ab ecclesia in Dorstat, sanctimonialibus ibidem in augmentum prebende cum omni iure, quo possedi, scilicet decima et omni fructu, qui ab ipsis provenire poterit, liberas contuli in subsidium ad ea, que fiunt debilibus et infirmis. Hec ut rata permaneant et inconvulsa, presentem litteram inde confectam sigillo domini Henrici prepositi in Stederborch et sigillo meo necnon sigillo domini Ludolfi Albi dedi eisdem dominabus communitam. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>., pridie kalendas maii.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Die drei Siegel gut erhalten.*

**1141.** *Das (Alexander)stift in Einbeck bekundet die Übertragung einer Mühle durch Gerhard von Bilderlah an das Kl. Lamspringe. Einbeck 1297 Mai 1.*

Nos dei gratia Upertus prepositus, decanus et capitulum ecclesie Embicensis recognoscimus cupientes omnibus inspecturis presentia notam esse, quod ~~Gerhardus de Bilderla~~ in nostra presentia constitutus monasterio sanctimonialium in Lamspringe Hildensemensis dyocesis resignavit, tradidit et donavit liberaliter coram nobis de consilio et consensu omnium, quorum erat consensus merito requirendus, quicquid proprietatis habuit sive iuris in molendino videlicet sito in fluvio dicto Nete, quod molendinum Stenmole vulgariter nuncupatur, monasterio supradicto perpetuo possidendum contradictione qualibet non obstante. In cuius rei — — Datum Embeke anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. nonagesimo vii., in die beatorum Phyllyppi et Iacobi apostolorum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 76. Gut erhaltenes Kapitelssiegel.*

**1142.** *Bischof Siegfried verleiht den Besuchern und Unterstützern der Andreaskirche vierzig Tage Ablass und bestätigt alle verliehenen und noch zu verleihenden Ablässe. Hildesheim 1297 Mai 3 (in die inventionis sancte crucis).*

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Andreasstift Nr. 18. Bruchstück des Siegels des Bischofs. Gedr. Doebner, UB. III, S. 659 Nachtr. Nr. 49 zu September 14.*

**1143.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Wöltingerode seinen Anteil an dem Wald und dem Berge Harlingheburch. Hildesheim 1297 Mai 12.*

In nomine domini amen.<sup>1)</sup> Siffridus dei gracia Hildensummensis ecclesie episcopus — — notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum principes, nobiles, barones et civitates, qui in vallatione castri Harlingheburch fuerunt, quadam summa pecunie quandam silvam cum monte, in quo silva situata est, a Iordano et Heynrico militibus, Widikindo famulo dictis de Harlingheburch comparassent, nos pro remedio et salute anime nostre partes montis et silve nos contingentes damus preposito, abbatisse et conventui in Woltingherode perpetuo possidendas sperantes proinde nos participes fieri orationum et omnium bonorum, que ibi indesinenter domino exhibentur. Ut autem — — Testes huius sunt Arnoldus decanus, Wlradus Montis prepositus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor,

<sup>1)</sup> *Verlängerte Schrift.*

Siffridus de Blankenborch, Iohannes de Roden, Fridericus de Adenoys, Heynricus, Otto, Ludolfus de Woldenberch, Conradus de Valkenstone, Ernestus de Indagine canonici Hildensummenses, Ecbertus<sup>1)</sup> camerarius, Ernestus pincerna, Ashewinus de Luttere, Albertus Bok, Arnoldus Bok, Ludolfus camerarius milites, Arnoldus et Iohannes fratres de Dotessem, Conradus de Saldere et Conradus marschalcus famuli, Bernardus de Hoygersum, Iohannes Dives, Thidericus Friso, Bruno Insanus burgenses<sup>2)</sup> Hildensummenses et alii quam plures fide digni. Datum Hildensum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. xc<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>., quarto ydus mai.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 58. Siegel des Bischofs eingedrückt und zerbröckelt. Gedr. Sudendorf, UB. IX, S. 89. Regest Doebner, UB. I, S. 260 Nr. 513. Eine im Wesentlichen gleichlautende Urkunde des Bischofs von Halberstadt ist datiert von August 17 (xvi<sup>o</sup>. kalendas septembris), Or. a. a. O. Nr. 59 mit beschädigtem Siegel des Bischofs, gedr. Schmidt, Halberst. UB. I (Publ. aus den Preuss. Staats-Archiven Bd. 21), S. 582 Nr. 1667, Sudendorf, a. a. O. Vgl. auch die Anm. zu Schmidt a. a. O. Nr. 1703.*

**1144.** *Abt Ernst des Michaelisklosters bestimmt den Hof in Bekem mit Zubehör zur Aufbesserung der Bekleidung der Mönche. 1297 Mai 27.*

In nomine domini amen. Ernestus dei gracia abbas monasterii sancti Michaelis in Hildensem omnibus in perpetuum. Ad perpetuam rei memoriam notum fecimus tam presentibus quam futuris, quod, cum nostros dominos et confratres aliqualem habere defectum in vestibus vidissemus, nos de ipsorum defectu moti animo compassivo curiam nostram sitam in Bekem cum quinque mansis et viginti iugeribus ad ipsam curiam pertinentibus, quam curiam per propriam industriam comparavimus, nostro conventui ad emendationem vestium nostrorum confratrum dedimus perpetuis temporibus possidendam ipsam curiam cum mansis et iugeribus supradictis et cum omnibus attinenciis in villa, campis, silvis, pratis, pascuis ad ipsam curiam spectantibus nostro conventui libere resignando. Quam donationem per nos factam litteris presentibus confirmamus, volentes nichilominus, eam a nostris successoribus perpetuis temporibus inviolabiliter observari. Et ne — —. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxxv<sup>o</sup>. septimo, vi<sup>o</sup>. kalendas iunii. De istis bonis dantur custodi sex solidi et karitativo duodecim solidi.

<sup>1)</sup> *Or. Erbertus.*    <sup>2)</sup> *Or. burgenses.*



*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 93. Siegel des Abtes und des Konventes.*

**1256.** *Herzog Albert von Braunschweig übereignet dem Kl. Wöltingerode anderthalb von diesem angekaufte Hufen in Börssum. Wolfenbüttel 1300 März 16.*

Albertus dei gratia dux de Brunswich — — ad noticiam singulorum cupimus pervenire, quod nos proprietatem unius mansi et dimidii in villa Borsne sitorum, quos a Hermanno et Bodone fratribus et militibus dictis de Szampeleve Iohannes plebanus in Borsne et Wasmodus frater et conversus nomine monasterii in Woltingerodinoscantur emisse, eidem monasterio donamus et conferimus liberaliter propter deum volentes donationem huiusmodi tam a nobis quam a nostris legitimis heredibus natis et nascituris ratam et inviolabilem observari. Huius rei testes sunt Lu(dolfus) de Hesnem, Ior(danis) dapifer, Io(hannes) de Uttesse milites et plures alii fide digni. In quorum — — Datum Wlflebutle anno domini m<sup>o</sup>.ccc<sup>o</sup>., feria quarta post dominicam Oculi mei.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 61. Bruchstück des Siegels des Herzogs an roten Seidenfäden.*

**1257.** *Ritter Ludold<sup>1)</sup> von Escherde bekundet, dass, nachdem Ritter Dietrich von Alten dem Kl. Marienrode vier zehntfreie Hufen in Anderten verkauft hat und darauf Johann, der Sohn des verstorbenen*

<sup>1)</sup> Cop. Ludolfus.

*Eberhard von Alten, des Sohnes des Dietrich, vor dem Herzog Otto gegen das Kloster klagbar geworden war, derselbe Johann vor ihm als Vogt von Hannover allen Ansprüchen an die Hufen entsagt hat. Hannover 1300 März 28 (secunda feria proxima ante palmas).*

Cuius rei testes sunt mecum sepedictus dominus Th(idericus) et dominus Everhardus fratres de Alten, dominus Wilkinus de Staden, dominus Luderus de Hanense, dominus Everhardus de Reten milites, necnon Olricus de Iltene, Conradus Feysan, Gyseco de Lubeke.

*Abchrift des 17. Jahrhunderts in Cop. III, 148 fol. 128 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 132 Nr. 122, im Auszug UB. der Stadt Hannover (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen V) S. 70 Nr. 75.*

**1258.** *Ritter Aschwin von Salder, Amtmann des Herzogs Otto von Braunschweig in Lichtenberg, übergibt dem Domkapitel die Hörigen Margarete und Heinrich, Kinder des Heinrich Kerstening in Barbecke (Berbecke), und erhält für diese Johann und Jutta, Kinder des Johann Wolf ebenda. 1300 April 3 (in die palmarum).*

*Abchrift des 15. Jahrhunderts in Cop VI, 11 S. 173 Nr. 251 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 94.*

**1259.** *Ritter Ludolf, Kämmerer, bekundet, vom Bischof Siegfried ein Allod bei der Rodung bei Wohldenberch auf seine und seiner Frau Lebenszeit erhalten zu haben. 1300 April 10.*

Ego Ludolfus miles dictus camerarius Hildensemensis protestor et presentibus publice recognosco, quod honorabilis dominus meus Sifridus Hildensemensis ecclesie episcopus michi et Vredheken uxori mee allodium situm ad novale apud Woldenberch cum hominibus ad illud pertinentibus et cum omni iure, quod habuit in eodem, assignavit tempore vite nostre libere possidendum. Nobis vero mortuis predictum allodium ad ipsum dominum episcopum vel ad suos successores libere et sine inpedimento quolibet revertetur. In cuius rei — — Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>., in pascha.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 368. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1260.** *Bischof Siegfried überträgt dem Grafen Heinrich von Wohldenberch und dessen Söhnen Güter in Bierbergen auf Lebenszeit. 1300 April 30.*

Syfridus<sup>1)</sup> dei gratia Hildensemensis<sup>2)</sup> ecclesie episcopus. Noverint universi, quod nos de consensu nostri capituli dimisimus nobili viro Henrico<sup>3)</sup> comiti de Woldenberch,<sup>4)</sup> Ludolfo canonico nostre ecclesie, Ottoni filiis ipsius bona nostra litonica<sup>5)</sup> in Berchberghe<sup>6)</sup> et alia bona ad illa bona pertinentia<sup>7)</sup> ubicumque situata cum<sup>8)</sup> agris et hominibus, curiis et areis et cum omni iure ac<sup>9)</sup> utilitate, que<sup>10)</sup> nos in eisdem habuimus, vite ipsorum temporibus sine<sup>11)</sup> exceptione vel impedimento aliquo libere possidenda. Ipsi vero in domino<sup>12)</sup> defunctis predicta bona ad nos vel nostros successores liberaliter<sup>13)</sup> revertentur. In<sup>14)</sup> cuius evidens testimonium presentem litteram ipsis dedimus sigillis nostro videlicet et nostri capituli roboratam. Testes<sup>15)</sup> sunt Gevehardus prepositus, Arnoldus decanus, Bernhardus<sup>16)</sup> scolasticus, Bernhardus<sup>17)</sup> cantor, Ropertus thesaurarius, Iohannes de Roden plebanus, Hermannus de Stenberch,<sup>18)</sup> Conradus de Valkensteyn,<sup>19)</sup> Bernhardus<sup>16)</sup> de Hardenberch,<sup>20)</sup> Iohannes de Oberge canonici<sup>21)</sup> dicte nostre ecclesie, Lippoldus de Roscinghe,<sup>22)</sup> Albertus Boch,<sup>23)</sup> Ludolfus camerarius milites et alii quam plures clerici et laici<sup>24)</sup> fide digni. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>., in vigilia beatorum apostolorum Philippi et Iacobi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Domstift Hildesheim Nr. 370, Siegel des Bischofs und des Domkapitels, und Nr. 369 (B), die beiden Siegel wenig beschädigt.*

**1261.** *Knappe Andreas Bolle reversiert dem Bischof Siegfried wegen des halben Zehnten in Rhüden und eines Waldes bei Hachenhausen. 1300 April 30.*

Ego Andreas dictus Bolle famulus recognosco presentibus et protestor, quod honorabilis dominus Sifridus Hildensemensis ecclesie episcopus de consensu sui capituli assignavit michi et meis heredibus in medietate decime sue in Ruden decem et octo marcas examinatas. Insuper contulit michi in feodo silvam suam que dicitur Ekhorst apud villam Hagehusen pro tredecim marcis examinatis, ita videlicet, quandocumque idem dominus episcopus aut sui successores michi vel

*Abweichungen in B:* 1) Sifridus. 2) eccl. Hild. 3) Hinrico. 4) Woldenberge. 5) littonica. 6) Berchberge. 7) pertinencia. 8) cum — areis et *fehlt.* 9) et. 10) que hab. in eisdem. 11) sine — libere *fehlt.* 12) Christo. 13) libere. 14) In cuius rei testim. 15) Testes huius sunt. 16) Bernardus. 17) Bernardus cantor nach Rop. thes. 18) Valkenstein. 19) Hardenberge. 20) canonic (!) Hildens. 21) Roscinge. 22) Hyrcus. 23) laici.

meis heredibus premissam pecuniam dederint, extunc dicta bona omni semota contradictione ad ipsum vel ad ipsos libere revertentur. In cuius rei — — Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>., pridie kalendas maii.

*www.libtool.com.cn*  
Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11 S. 455 Nr. 724 im Kgl. St.-A. zu Hannover.

**1262.** Ritter Ludolf, Kämmerer, bekundet, dass Bischof Siegfried ihm einen Zins von drei Mark in der Vogtei Sibbesse (Sibbichtissen) und von einer Mark in der Mühle in Sehlde (Seledhe) verpfändet hat. 1300 April 30 (pridie kalendas maii).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 371. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.

**1263.** Domherr Heinrich von Wohldenbergh, Propst in Oelsburg, bekundet den Verkauf von zwei Hufen in Söder und einer Hausstelle in Hackenstedt an das Kl. Derneborch durch Bertold Pyl, der ihm die Güter resigniert hat. 1300 Mai 1.

Dei gratia Henricus de Woldenberge canonicus ecclesie Hildensemensis et prepositus in Alsborch — — notum esse volumus — —, quod Bertoldus dictus Pyl de Barkevelde de bona sua voluntate vendidit et dimisit pro quatuordecim marcis et uno fertone puri argenti claustro sanctimonialium in Derneborch Hildensemensis dyocesis duos mansos in Sodere et unam aream cum tribus iugeribus in Havekenstede cum pratis et pascuis et silvis et cum quibuslibet aliis appenditiis tam in villis quam in campis, et sicut a nobis eadam bona tenebat in feodo ita nobis absoluta et libera resignavit. Uxor quoque sua Byata necnon et Lyppoldus frater suus ac omnes sui heredes renunciaverunt omni iuri, quod habebant hactenus aut in posterum habituri erant in eisdem bonis cum libera voluntate. Nos igitur prefata bona et eorum proprietatem ad nos spectantem dicto claustro in Derneborch pro remedio anime nostre cum consensu et beneplacito dilecti avunculi nostri Henrici comitis de Regenstene et heredum suorum et omnium, quorum consensus requirendus fuerat, appropriando contulimus et in proprium dedimus cum omni iure et utilitate libera ab universo iugo servitutis perpetuo possidenda nolentes litem vel controversiam ipsi claustro aut ex parte nostri aut ex parte ipsorum ea resignantium ullo tempore inferre vel etiam inferentibus consentire, sed ipsa tam in proprietate quam in possessione pretaxato claustro ab omni homine libere de-

fendere et legitime auctorizare ac rite disbrigare volumus promittentes, nos pretactam proprietatis collationem ratam, firmam et inconvulsam in perpetuum habituros. In huius rei evidens testimonium cum<sup>1)</sup> sigillo prenominati avunculi nostri Henrici comitis de Regensteinene nostrum sigillum huic littere est appensum. Testes huius collationis sive donationis sunt venerabilis in Christo pater ac dominus Sifridus Hildensemensis episcopus, comes Henricus de Woldenberghe, Hericus de Stenberghe, Conradus Rovere, Iohannes Trobe, Olricus de Barem milites, Henricus de Lindede, Henricus Trobe, Ludolfus de Lenghede, Gunzelinus de Nette, Arnoldus de Elvede, Bertoldus et Gerhardus de Gesen famuli et alii quam plures. Actum et datum anno domini millesimo ccc<sup>o</sup>., in festo apostolorum Philippi et Iacobi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 38. Beschädigtes Siegel des Grafen von Reinsteim und das des Ausstellers. — Es mag hier erwähnt werden, dass nach Hempel, Invent. dipl. Sax. inf. I am 3. Mai (v. nonas maii) dieses Jahres Bischof Siegfried der Domkirche Güter in Garbolzum schenkt, die der Domkantor gekauft hat, und dass diese Urk. gedruckt sein soll in Species facti in causa Reinardi etc. S. 2. Mir ist weder die Urk. noch der Druck bekannt geworden.*

**1264.** *Vidimus des Domkapitels über eine Urkunde des Bischofs Siegfried betreffend den Zehnten des Moritzstiftes in Gronau von April 26. 1300 Mai 5.*

Nos dei gratia Arnoldus decanus, Bernhardus cantor canonici ecclesie Hildensemensis recognoscimus presentibus publice protestantes, quod litteras venerabilis patris et domini nostri Sifridi Hildensemensis episcopi sigillis suo, capituli nostri et capituli montis sancti Mauricii Hildensemensis sigillatas, non cancellatas, non abolitas nec aliqua in parte viciatas vidimus in hec verba.

Sifridus de gratia Hildensemensis ecclesie episcopus universis presens scriptum visuris vel audituris salutem in domino. Tenore presentium volumus esse notum, quod de scitu et consensu plenario capituli maioris ecclesie in Hildensem et capituli montis Mauricii cum militibus, famulis et civibus in oppido Gronowe commorantibus pro decima intra ipsum oppidum danda placitavimus in hunc modum, quod de curiis liberis, de unaquaque ipsarum videlicet quatuor denarios, et de singulis domibus forensibus duos denarios pro qualibet decima dabunt annuatim. Quicumque vero oves in dicto oppido Gronowe habuerit, iustam de omnibus decimam singulis dabit

<sup>1)</sup> *Vor cum ist nostram getilgt.*

annis; si pauciores decem ovibus habuerit, pro tribus dabit unum denarium, si vero pauciores tribus, pro qualibet ove dabit dimidium denarium occasione frivola pretermissa. Preterea si qui in sepedicto oppido Gronowe commorantes placita predicta servare recusaverint, iustam perpetuo dabunt decimam et nullam de cetero gratiam consequentur. Testes huius rei sunt honorabiles domini Bernhardus de Dorstat scolasticus et Iohannes de Roden sancti Andree plebanus maioris ecclesie canonici, Conradus scolasticus et Bernhardus de Weye canonici montis sancti Mauricii, Ernestus pincerna, Iohannes de Stedere, Arnoldus dictus Bok et Baldewinus de Stenberg milites, Hermannus de Germerdissen et Iohannes de Dotessem famuli. Ne autem huiusmodi factum alicui dubium generet in futuro, presentem paginam inde conscribi fecimus et sigilli nostri capituli maioris ecclesie et capituli montis sancti Mauricii munimine roborari. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>., in crastino Marci ewangeliste.

Et nos ad rogatum predictorum canonicorum et confratrum nostrorum presentem litteram ad futurorum cautelam sigillis nostris fecimus sigillari. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>., in die beati Godehardi episcopi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 70. Beide Siegel gut erhalten. Regest Doebner, UB. III, S. 663 Nachtr. Nr. 55.*

**1265.** *Die Brüder Burchard und Luthard und deren Oheim Luthard, Edle von Meinersen, bekunden, von dem Dompropst Gebhard, dem Domdechanten Arnold und dem Domkapitel im Auftrage des Bischofs 100 Mark erhalten zu haben, und geloben, dem Stifte mit dem Schlosse Lutter und ihren Mannen zu helfen und es ihnen zu öffnen, wofür der Bischof sie als Dienstmannen annimmt, ihnen seinen Schutz zusagt und seine Schlösser öffnet; sie räumen dem Bischof das Vorkaufsrecht des Schlosses Lutter ein und wollen, wenn die Edeln von Dorstadt es gestatten, das Schloss in derselben Weise vom Bischofe zu Lehn nehmen, wie die Edeln von Schladen, Hallermund und Homburg ihre Schlösser von jenem zu Lehn haben. Hildesheim 1300 Mai 10 (in die beatorum Gordiani et Epymachi martirum).*

*Bürgen: Conradus et Iohannes comites de Woldenberch, Godeschalculus iunior de Plesse, Hinricus et Baldewinus milites de Wenden nostri consanguinei.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover. Celle Or. Des. 9. Schr. X, Caps. 4 Nr. 1. Die acht Siegel nur wenig angestossen. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 94 Nr. 159.*

**1266.** Die Grafen Konrad und Johann von Wohldenber~~g~~ bekunden, dass Thileke Brunonis gegen eine Summe Geldes auf alles Recht an einer Hufe in Farmsen (Vermersen) gegenüber den Laienbrüdern Heinrich und Heinrich des Maria-Magdalenenklosters verzichtet hat. 1300 Mai 22 (proxima dominica post ascencionem domini nostri Ihesu Christi).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 137. Rundes Siegel des Konrad und schildförmiges des Johann.*

**1267.** Ritter Ludold von Escherde übereignet dem Knappen Lambert von Sehle drei Hufen in Sorsum. 1300 Mai 29.

Ego Ludoldus miles dictus de Escherte una cum meis consanguineis Hugone videlicet et Iohanne notum facimus, — — quod nos Lamberto famulo dicto de Seldhe<sup>1)</sup> et eius heredibus unanimi cum consensu contulimus proprietatem trium mansorum sitorum in villa Socerum libere ac solute. Ut hoc factum — —. Huius rei testes sunt dominus Gerrardus nobilis comes de Halremunt, dominus Iohannes nobilis de Adenoys, Wichbrandus de Haleboldessen, Iohannes de Genhusen milites, Albertus, Fredhericus et Henricus famuli fratres eiusdem militis dicti de Genhusen et plures alii fide digni. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>., in festo pentecostes.

*Or. im Germanischen Museum in Nürnberg. Siegel abgefallen.*

**1268.** Bischof Siegfried überträgt dem Domvikar Konrad von Ochtersum eine Hofstelle, die ihm der Kämmerer Ludolf, Ritter, aufgelassen hat, gelegen an der Strasse, welche von der Burg nach dem Michaeliskloster führt. 1300 Mai 30 (tercio kalendas maii).

*Or. im städtischen Museum zu Hildesheim Nr. 25. Siegel des Bischofs und des Domkapitels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 275 Nr. 541.*

**1269.** Die Brüder Hermann, Heinrich und Otto, Domherr, und die Brüder Konrad und Johann, Grafen von Wohldenber~~g~~, und deren Söhne verkaufen der Stadt Goslar einen Wald Katherg bei der Stadt. 1300 Juni 9 (in die beatorum martirum Primi et Feliciani).

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Gedr. Bode, UB. II, S. 567 Nr. 591.*

**1270.** Ritter Siegfried von Rautenberg gelobt, die ihm vom Domkapitel überwiesenen Güter zu resignieren, falls der Bischof bei seiner

<sup>1)</sup> Hinter Seldhe längere Rasur.



*Rückkehr der Ueberweisung nicht seine Genehmigung erteilt. Hildesheim 1300 Juni 21.*

~~Ego Sifridus miles de Rutenberch~~ presentibus recognosco, quod bona michi assignata pro triginta marcis examinatis a capitulo Hildensemensi videlicet molendinum Eycse, advocatiam Borchtorpe et censum ibidem, quam cito dominus meus episcopus reversus fuerit, si assignationem huius ratam habere noluerit, resignabo triginta marcis michi prius ab eodem persolutis. In cuius rei — —. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>., in die beati Albani martiris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 372. Siegel des Ausstellers von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**1271.** *Dechant Johann, Scholaster Hildebrand und das Kapitel des Andreasstiftes machen mit dem Bartholomäistifte eine Gebetsbrüderschaft. Hildesheim 1300 Juni 24 (viii<sup>o</sup>. kalendas iulii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Bartholomäistift Nr. 22. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Schrift stellenweise verschwunden.*

**1272.** *Propst Dietrich und das Kapitel des Bartholomäistiftes bekunden, dass der Kanoniker Heinrich, Sohn des verstorbenen Bürgers Johann von Heyersum (Hoyersum) und der Margarete, nach der Bestimmung der Eltern den Kanonikern und Scholaren des Andreasstiftes, welche der Feier des h. Bartholomäus beiwohnen, sieben Schilling zu zahlen verpflichtet ist, ebenso nach dem Tode Heinrichs der zeitige Küster, und machen mit den Kanonikern eine Gebetsbrüderschaft. 1300 Juni 24 (viii<sup>o</sup>. kalendas iulii).*

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Andreasstiftes, Ms. 320 fol. 29 in der Beverinischen Bibliothek. Gedr. Doebner, UB. III. S. 663 Nachtr. Nr. 56.*

**1273.** *Das Kl. Marienberg verspricht, dem Grafen Meiner von Schladen auf Michaelis 50 Braunschweiger Mark zu zahlen für den Fruchtzehnten in Behndorf (Bennendorf), da dieser Ort durch den Schiedsspruch des Domdechanten (Arnold) dem Grafen namens seiner Frau zugesprochen worden sei. 1300 Juni 30 (pridie kalendas iulii).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Marienberg Nr. 169. Die beiden Siegel verloren.*

**1274.** *Pfarrer Heinrich in Schladen, Pfarrer Ludolf in Burgdorf, Priester Johann, Vikar daselbst, und Pfarrer Dietrich in Heiningen*

(Heninghe) unter den Zeugen der Urk. der Brüder Burchard, Ekbert und Hermann von Wolfenbüttel für das Kl. Riddagshausen. 1300 September 9 (v<sup>o</sup>. *ydus septembris*).

Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen. Gedr. Asseburger UB. I, S. 326 Nr. 514.

**1275.** Dompropst Gebhard, Domdechant Arnold, Domscholaster Bernhard und das Domkapitel bewilligen dem Domvikar Alex, der ihnen einen Garten vor dem Ostertore mit einem jährlichen Zins von 25 Schilling zur Aufbesserung der Präbenden der armen Scholaren übertragen hat, und dessen Bruder Johann einen Jahreszins von zwölf Schilling als Leibzucht. 1300 September 17 (xv<sup>o</sup>. kalendas octobris).

Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 1835. Beschädigtes Siegel des Domkapitels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 276 Nr. 542.

**1276.** Domdechant Arnold und mag. Hildebrand, Kanoniker des Moritzstiftes, unter den Zeugen der Urk., in welcher Gräfin Adelheid von Schladen, Tochter des weiland Edeln Hermann von Warberg, mit Zustimmung ihres Gemahles, des Grafen Meiner von Schladen, und ihrer Erben das Dorf Behndorf (Bennendorf) dem Kl. Marienberg schenkt. 1300 September 30 (in crastino beati Mychaelis archangeli).

Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Marienberg Nr. 170. An roten und gelben Seidenfäden acht Siegel, von denen mehrere beschädigt, das des Domdechanten an vorletzter Stelle gut erhalten.

**1277.** Johann Edler von Adensen verkauft mit Zustimmung seiner Söhne Friedrich, Domherrn, und Johann, sowie seiner Töchter dem Kl. Barsinghausen einen Hof in Nettelrede. 1300 Oktober 6 (in octavo beati Michahelis).

Or. in doppelter Ausfertigung im Kgl. St.-A. zu Hannover, Barsinghausen Nr. 82, von den beiden Siegeln das des Johann erhalten, und 82a, beide Siegel erhalten, aber wenig kenntlich. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. I, S. 59 Nr. 82.

**1278.** Genannte Erzbischöfe und Bischöfe erteilen allen, welche das Kreuzstift an genannten Tagen besuchen und unterstützen, Indulgenz. Rom 1300 Oktober 9.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos dei gratia Adenulphus Consanus, frater Basilius Armenorum in Ierusalem,

frater Ranutus<sup>1)</sup> Calaritanus archiepiscopi, Manfredus sancti Marchi, frater Nicolaus Tortibulensis, frater Anthonius Chenadiensis, Ramboctus Camerinus et frater Iacobus Calcedonensis episcopi salutem in domino Ihesu Christo — omni-  
 bus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in festivitibus ipsius sancte Crucis, in dedicatione eiusdem ecclesie, in festivitibus nativitatis domini nostri Ihesu Christi, resurrectionis, ascensionis et pentecostes, in omnibus et singulis festivitibus beate Marie semper virginis, in festivitibus beatorum Michaelis archangeli, Iohannis baptiste, Petri et Pauli et aliorum apostolorum, Stephani et Laurentii martirum, Nicolai et Martini confessorum necnon beatorum Katherine et Margarete virginum, ac per octo dies festivitates ipsas immediatas<sup>2)</sup> causa devotionis et orationis accesserint annuatim, vel qui ad reparamenta, luminaria et ornamenta dicte ecclesie manus porrexerint adiutrices, seu qui corpus Christi, quando infirmis portari contigerit, pia mente fuerint comitati aut qui ciminterium<sup>1)</sup> ipsius ecclesie dicentes orationem dominicam circuerint pura mente, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei — — Datum Rome die viiii. mensis octobris sub anno domini millesimo trecentesimo, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno sexto.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 232. Die Siegel in rotem Wachs an roten und gelben Seidenfäden gut erhalten.*

**1279.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Basil, Sohn des Basil von Rautenberg, allen Ansprüchen an die von seinem Vater dem Kl. Marienrode verkauften vier Hufen in Rautenberg entsagt hat. Hüldeheim 1300 Oktober 20 (quinta feria post diem beati Galli).*

— — presentibus domino Basilio et domino Sifrido militibus de Rutenberch, domino Alberto Bok laicis, celerario et fratre Arnolde et camerario monachis in Betzingerodhe, Hermanno de Stempne, Becekone Putteclario.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 94. Bruchstück des bischöflichen Siegels. Gedr. Marienroder UB. S. 133 Nr. 123.*

<sup>1)</sup> So das Or.    <sup>2)</sup> Or. immediates.

**1280.** *Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Amelunxborn 42 Morgen in Wallenstedt und erhält von ihm als Ersatz zwei Hufen in Stroit. Hildesheim 1300 November 5.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

Nos Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus presens scriptum videntibus et audientibus cupimus, ut sit notum, quod de consensu capituli nostri quadraginta iugera et duo sita in villa Wallenstede, quemadmodum Henricus dictus Lesche iure hereditario possederat, cum omnibus pertinentiis, sicut ipse Lesche a Hermannno dicto Boc de Rittaghessen milite tenuerat in feodo et sicuti idem Boc a nobis similiter et ecclesie nostre tenuit, qui ipse Boc nobis eadem bona et ecclesie nostre libere resignavit, religiosis viris . . . abbati et conventui monasterii Amelungesborne propter deum et propter eterni et felicitis premii remunerationem proprietavimus et libertavimus ipsa predicta bona perpetuo possidenda. Abbas vero et conventus memorati duos mansos eorum in villa Strot sitos cum omnibus eorum pertinentiis, quemadmodum ipsi proprietario iure possederant, nobis et ecclesie nostre proprietarunt supradictorum honorum in restaurum et libertarunt econverso simili modo eosdem mansos perpetuo possidendos. Ad maiorem — —. Acta sunt hec presentibus decano Arnolde, Wlrado preposito Montis, Sifrido de Blanghenborch, Bernardo scolastico, Bernardo cantore, Iohanne de Rodhen, Ottone celerario, Henrico de Woldenberch ecclesie nostre canonicis et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in civitate Hildensem anno domini millesimo trecentesimo, nonas novembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 99. Stark beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels an roten und gelben Seidenfäden.*

**1281.** *Abt Balduin und der Konvent des Kl. Amelunxborn machen mit dem Bischof Siegfried einen Ländertausch. Hildesheim 1300 November 5 (nonas novembris).*

— — presentibus honorabilibus dominis Ghevehardo preposito, Arnolde decano, Wlrado preposito Montis, Bernardo scolastico, Bernardo cantore, Iohanne de Roden, Ottone celerario pretacte Hildensemensis ecclesie canonicis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 373. Gut erhaltenes Siegel des Abtes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Im übrigen wie in der vorhergehenden Nr., Cop. VI, 11 S. 636 Nr. 1214 zum 5. Dezember.*

**1282.** *Der Rat der Neustadt bekundet, von einer Hofstätte vor dem Goslarischen Tore dem Bartolomäistifte, das sie von Reimburg von Asel erhalten hat, drei Schilling jährlichen Erbziens und der Lambertikirche achtzehn Denare zu schulden. 1300 November 10 (in vigilia beati Martini episcopi).*

*Abschrift des 18. Jahrhunderts in Ms. 324 S. 47 in der Beverinischen Bibliothek. Gedr. Doebner, UB. I, S. 277 Nr. 544.*

**1288.** *Bischof Siegfried macht mit dem Rate der Stadt einen Münzvertrag. 1300 Dezember 20 (in dheme hilghen avendhe sente Thomas dhies apostolen).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 847. Beide Siegel nebst Befestigung verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 277 Nr. 545.*

**1284.** *Pfarrer Ludolf in Kissenbrück bekundet den Verkauf einer Hufe in Gross-Biewende an die Küsterin Grete von Braunschweig in Dorstadt. 1300 Dezember 20.*

Eck her Ludolf parner tho Kissenbrugge bekenne in dussem openem breve, dat her Eggelinus canonicus tho Schening und Widekind van Bywende, borgere tho Brunswick und her Widekindes sin broder, bur tho Bywende, hebben verkofft mit fulborde aller irer erven ver Greten van Brunswieck kusterfrewen tho Dorstadt und Werneken von Goslar borgere tho Brunswieck eine hove, de belegen is tho Westerbywende mitt alle der nuth unde rechte, dat dartho hort an velde, an dorpe, an holte, an wische, an wege, an unwege, vor sestein mark eines verdinges min lodiges sulvers, de on gentzliken betalet sin, an welcher hove de parner tho Kissenbrugge hefft en Brunswickesen penning tho gelde tho siner kerken alle jar tho sunte Mertens dage. Tho einem urkunde dusser dinge hebbe eck her Ludolf, de hievor benomet is, dussen breif beseggelt mit minem ingeseggele na godes borth dusent dreihundert jar, in sunte Thomas avende des apostels.

*Abschrift Krätz's eines Cop. des Kl. Dorstadt vom Jahre 1614 in Ms. 545a fol. 84v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig S. 551 Nr. \*470: „junge Uebersetzung des mutmasslich lateinischen Originals“. Da der Aussteller noch 1343 vorkommt, dürften im Datum wohl die Zehner fehlen.*

**1285.** *Hermann von Frenke, Kanoniker des Kreuzstiftes, bekundet, dass das Kl. Wöltingerode dem Ritter Balduin von Steinberg*

einen Hof in Olstide auf Lebenszeit zinspflichtig überlassen hat. 1300  
Dezember 22 (?).

Ego Hermannus ~~dictus de Vrenke~~ canonicus sancte Crucis in Hildensem recognosco sub sigillo meo, quod dominus Iohannes prepositus totusque conventus sanctimonialium in Woltingherode curiam suam in Olstide domino Balduino de Stenberg militi ad tempora vite sue dimiserunt pro tribus plaustratis siliginis, pro tribus plaustratis avene, annove, que marketgeve dicitur, annis singulis in civitate Hildensem, ubi ei locum assignaverint, ante festum sancti Martini sine contradictione aliqua persolvendis. Post cuius mortem dicta curia cum omnibus suis pertinenciis ad dictum conventum libere revertetur nec sui heredes nec alius quicumque ius aliquod in prefata curia cum suis pertinenciis sibi poterint vel debent aequaliter vendicare. Et ut premissa rata et inviolabiliter dicto conventui observentur, promisi et presentibus fide data promitto, quod, si aliquis defectus in premissis fuerit et ego monitus fuero, omnem defectum supplebo contradictione qualibet premissa. Datum sub sigillo meo anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. xi. kalendas ianuarii.<sup>1)</sup>

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 62. Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. In Cop. VI, 115 S. 573 des Kl. Wöltingerode heisst es: Olstedde ist ein wüdes Dorf, gelegen ober Salzdorf.*

**1286.** *Bischof Siegfried bekundet die Aussage des Ritters Heinrich Rasehorn, dass der Zehnte in Wesseln ihm auf Lebenszeit zustehe und nach seinem Tode an das Kl. Derneburg fallen solle. 1300 Dezember 24.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — — scire volumus tam presentes quam posteros, quod Henricus Rasehorn miles in nostra constitutus presencia recognovit et confessus est, quod decima in Westenem ipsius existat ad tempora vite sue, post obitum vero suum vacare debeat ecclesie in Derneborch cum omni utilitate et usufructu, ita quod nec filii sui nec aliquis heredum suorum aliquid iuris seu proprii in<sup>2)</sup> dicta decima penitus obtinere possint, sed ad dictam ecclesiam Derneborch absque omni inpeticione et impedimento quolibet redire debeat libera et soluta. In cuius

<sup>1)</sup> Das Datum muss zweifelhaft bleiben; es kann auch 1311 Januar 1 aufgelöst werden. <sup>2)</sup> in im Or. doppelt geschrieben, Ende und Anfang der Zeile.

rei — —. Testes eciam istius recognitionis et cause sunt Gerhardus de Gandersem, Thidericus de Celenstede milites, Hermannus sacerdos in Wincenborch, Conradus et Gerhardus famuli fratres de Vreden et alii quam plures. Datum anno domini millesimo c<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>., in vigilia nativitatis domini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 39. Stark beschädigtes Siegel des Bischofs und beschädigte des Heinrich Rasehorn, Hirschgeweih, des G. von Gandersheim, Helm, des D. von Sellenstedt, Rose, und an letzter Stelle rundes geistliches Siegel, worauf noch zu lesen . . . IOHIS VALLE ROS . . .*

**1287.** *Bischof Siegfried genehmigt, dass der Priester Johann von Mahner, sein Vikar, die Ansprüche an die Vogtei eines Hofes in Baddeckenstedt (Badickenstede), der zur Kirche daselbst gehört, von Johann von Gustedt kauft, und bestätigt dem Hof die Freiheit von der Vogtei. Hildesheim 1300.*

Huius rei testes sunt Conradus dictus Rovere, Bruno dictus Crevet milites, Thidericus dictus de Seledhe, Iohannes de Gustede famuli.

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Siegel verloren. Gedr. Bode, UB. II, S. 575 Nr. 600.*

**1288.** *Der Rat der Stadt Hildesheim bekundet, dass die Schwestern Gertrud und Johanna genannt der Megede dem Godehardkloster eine Hausstelle im Brühl übertragen und Johanna für den Fall ihres Todes ihm alle ihre bewegliche Habe vermacht hat. 1300.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 50. Zerbrochenes älteres Stadtsiegel. Gedr. Doebner, UB. I, S. 279 Nr. 546, woselbst das Nähere wegen des Datums.*

**1289.** *Graf Gerhard von Holstein-Schaumburg, Domherr in Minden und Hildesheim, und sein Bruder Erich, Propst in Hamburg, bestätigen die Schenkung von vier Aalwehren im Meerbach durch ihren Bruder Graf Adolf an das Kl. Loccum. 1300.*

*Gedr. Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburg. Regesten und Urk. II, S. 403 Nr. 964. Erwähnt v. Hodenberg, Calenberger UB. III, S. 331 Nr. 535, Westfäl UB. VI, S. 536 Nr. 1668.*

**1290.** Landulfus Brixinensis, Fredericus Valvensis, Nicolaus Neocastrensis, Nicolaus Botrontinus, frater Nicolaus Turtibulensis, frater Simon Brugnatensis, frater Iacobus Calcedonensis, Iohannes Imolensis, frater Angelus Fesulanus et frater Henricus Redesto-



nensis episcopi erteilen allen, welche die Kirche in Bocka besuchen, vierzig Tage Ablass. Rom 1300.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 90. Von den zehn Siegeln in rotem Wachs an weiss-gelben Hanfschnüren fehlt das sechste, die andern mehr oder weniger beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 125 Nr. 118. Regest Lüneburger UB. V, S. 30 Nr. 67. Mit Bocka wird kaum das bei Schladen gemeint sein.

**1291.** Edler Johann von Adensen bekundet, dass die Wittve und die Erben des Johann Monekemeier auf alles Anrecht an sechs Morgen in Herberghede dem Kl. Lamspringe gegenüber verzichtet haben. 1300.

— — presentibus hiis Iohanne filio nostro, Arnaldo et Henrico sacerdotibus, Iohanne de Molendino et Iohanne de Volkersen famulis et Tetmaro et Henrico fratribus.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 83. Das am Rande beschädigte Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt einen Sparren.

**1292.** Propst und Konvent des Kl. Wöltingerode bekunden die Stiftung seiner Memorie durch den verstorbenen Propst Heinrich von Mulmke und verpflichten sich zu deren Feier. 1300.

Nos Johannes dei gratia prepositus, Gertrudis abbatissa totusque conventus ecclesie in Woltingerode recognoscimus publice omnibus Christi fidelibus literam per presentem, quod dominus Henricus de Mulbeke quondam prepositus ecclesie nostre pie memorie tam pro sue anime quam pro animarum omnium suorum progenitorum felici ac sancta requie comparavit suis propriis denariis ecclesie nostre tres mansos sites in Vlothede perpetuo cum omnibus suis pertinentiis possidendos, quos non debemus ulla tam grandi vel ardua necessitate nos cogente vendere vel alienare a nostra ecclesia quoquo modo. Ordinatione igitur eiusdem domini Hinrici dabitur nobis singulis annis in sancto die beati Andree apostoli ob honorem tante festivitatis nostre et ob singularem anniversarii ipsius domini Hinrici memoriam largioremque nostre procuracionis habundantiam<sup>1)</sup> bona cervisia et albus panis et nostrum cuilibet unum hanc. Nos quoque pro condigna recompensa anniversarium diem obitus ipsius domini Hinrici videlicet diem cratinum beati Andree apostoli solemniter peragemus perpetuis temporibus in ecclesia nostra cum vigiliis et missis pro nostro modulo, quemadmodum pro nostris

<sup>1)</sup> Cop. habundatiam.

benefactoribus fieri est consuetum. Ad horum autem omnium stabilem observantiam et perseverantiam obligamus nos omnesque successores nostros in perpetuum literam per presentem, quam etiam in maius testimonium duximus sigillis nostris videlicet prepositi et conventus nostri firmiter roborandam. Datum anno domini millesimo trecentesimo.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts in Cop. VI, 115 S. 701 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1298.** *Bischof Siegfried befiehlt dem Kapitel des Blasiusstiftes in Braunschweig, den von dem dortigen Propste Heinrich von Anhalt ernannten Scholaster Leonhard anzuerkennen. O. D. (um 1300).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Siegel verloren. Gedr. v. Heine-  
mann, Codex Anhalt. II, S. 621 Nr. 893.*

**1294.** *Eberhard von Wettbergen bekundet, von dem Johannisstifte drei Hufen in Megedesvelt und eine in Volksen gegen eine jährliche Abgabe auf sechs Jahre erhalten zu haben. O. D. (um 1300).*

Ego Everhardus de Wicherge<sup>1)</sup> recognosco tam presentibus quam posteris hanc litteram visuris, quod recepi tres mansos in Megedesvelt sitos de domino decano sancti Iohannis in Hildensem ad sex annos tali modo possidendos, videlicet quod singulis annis prefato hospitali persolvam octo moldra siliginis et totidem avene et duas makdratas redundatas.<sup>2)</sup> Item recepi unum mansum a prefato domino decano sancti Iohannis et domo hospitalis in Volkrimissen situm sub hac forma: dimidium<sup>3)</sup> plaustratum siliginis solvet villicus cultor omni anno. Recognosco preterea, quod, si infra annos prefatos sex tollar de medio, pretacta bona sine omni contradictione ad hospitale memoratum revertentur. Item recognosco, quod<sup>4)</sup> omnes heredes in istis bonis nichil ultro iuris postulabunt. Ut pretacta firma et rata permaneant, sigillis dominorum de Roden atque proprio sunt munita.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts in Cop. 180 fol. 5 im städtischen Museum zu Hildesheim, wohl nur Auszug.*

**1295.** *Abt Hildebrand des Godehardiklosters bestimmt über die Feier des Frohnleichnamfestes im Kloster. O. D. (um 1300).*

<sup>1)</sup> So das Cop. wohl für Wetberge. <sup>2)</sup> Cop. redundatos. <sup>3)</sup> Cop. dimidium.  
<sup>4)</sup> quod fehlt im Cop.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Godehardikl., Ms. 311 fol. 84 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Doebner, UB. I, S. 306 Nr. 558. Vgl. unten Nr. 1616.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**1296.** *Ritter Ludolf, Kämmerer des Bischofs, gestattet dem Bischof und dem Domkapitel den ihm für 50 Mark verpfändeten Zehnten in Hemmendorf (Hemmendorpe) zurückzukaufen. O. D. (um 1300).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 366. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1297.** *Notiz über eine Indulgenz des Maria-Magdalenenklosters. O. D. (Ende des Jahrhunderts).*

*Hec indulgentia pronuntiabitur ex parte conventus sancte Marie Magdalene apud muros Hildensemenses: quatuor anni octo karene mille dies et quingenti dies, quolibet die trecenti dies per circulum tocius anni.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 136. Einige rote Seidenfäden, die mit einer Nadel durch das Pergament gezogen zu sein scheinen, haben wohl nicht zur Befestigung eines Siegels, sondern zum Anheften an eine andere Urk. gedient.*

**1298.** *Artikel, welche der Domkellner bei der Wahl zu beschwören pflegt. O. D. (13. Jahrh.).*

*Isti sunt articuli, quos consuevit iurare cellerarius in electione sua.*

*Primum est, quod singulis diebus descendet ad granarium per se vel per alium canonicum ad probandum album panem, si habeat debitum pondus et debitam magnitudinem cum albedine, et tunc faciet fratribus ministrari. Si autem aliquid deest, quod panis suum ius complete non habeat, cellerarius refutabit et post refutationem pistoribus nullam faciet gratiam sine consensu capituli. Si autem raro ex aliquo infortunio contingerit, quod panis suum ius non haberet, tunc qui presentes sunt in capitulo una cum cellerario poterunt dispensare, alioquin procuret similas dari de foro in debito pondere. Satisfactionem tamen, quam pistor debet facere cellerario, iterato recipiet nullam gratiam faciendo.*

*Item quando contingit dari cervisiam, per se vel per alium canonicum intrabit cellarium nostrum ad probandam eam, si ius suum habeat, et tunc faciet eam fratribus ministrari debita in mensura.*

Item quando carnes dande sunt, per se vel per alium canonicum coquinam intrabit cum officiatis ad hoc deputatis ad probandum, si ius suum habeant, et tunc faciet eas fratribus ministrari. Si autem in predictis aliquid esset, quod suum ius non haberet, nullo modo permittet fratribus ministrari.

Item quodcumque sunt fratribus dividenda sive in predictis, sive in denariis, sive in vino, sive in modiatione, per officiatis capituli ad hoc deputatos omni dolo et fraude postposita fideliter faciet fratribus ministrari.

Item cum ipse cellerarius teneatur ecclesie in officiatis providere, quando officia vacant, nulli provideat in tali officio, ad quod habilis non est, et de tali provisione nullam pecuniam, nulla munera de pacto recipiet, ne videatur capitulo opprobrium facere, ut ea vendat que gratis dari consueverunt.

Item si necesse habeat ecclesiam nostram aliquis vel aliquid officiatorum ita quod aliquid debeant operari, per cellerarium debent citari ad complendum opus tale. Si autem aliqui talium inobedientes invenirentur, contra tales procedatur secundum sententias officiatorum nulli gratiam faciendo sine consensu capituli.

Item cellarium, granarium, coquinam, braxatorium, quando ad debitos usus non servantur, quidquid utilitatis capitulum in his providerit, id cellerarius ratificabit.

Item quando decanus vel capitulum de aliquo officiato suo significaverit, quod suum debitum minus debite faciat, ille debite corrigatur et si post correxionem se non emendaverit, per sententiam debitam a tali officio perpetuo deponatur.

Item cellerarius residenciam in ecclesia nostra faciet personalem, nisi de licencia tocius capituli aliquid poterit obtinere.

Item pecuniam, quam Iohannes cellerarius bone memorie sibi in decima Solde usurpaverat, illam qui nunc futurus est capitulo prorsus dimittet liberam et solutam.

Item cellerarius omni secunda feria hora capituli significabit fratribus defectum septimane preterite et illum conscribi faciet et capitulo fideliter reservabit.

Item cellerarius cum preposito nostro circueat villicationes ter in anno ad colligendum censum qui dicitur schat et illum deponent ad clausuram capituli cum scitu decani et aliorum fratrum. Si autem prepositus circuire non posset personaliter, predictus cellerarius loco prepositi vicem ipsius in omnibus fideliter exequetur.

Item si dubium in aliquo predictorum oriretur, decanus cum senioribus de capitulo declarabit.

Item cellerarius predictos articulos fideliter servabit, nisi in generali capitulo de gracia aliud poterit obtinere salvis omnibus articulis, qui de cellerario continentur.

Item cellerarius urnam mellis et arietem de Barum aut de aliis villicacionibus non requiret.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11 S. 127 Nr. 201 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1299.** *Verzeichnis der Einkünfte des Domdechanten. O. D. (noch 13. Jahrh.?).*

Primo in villa Eytzem sunt mansi infrascripti: villicus ibidem habet quinque mansos indecimales et duas curias, unam ovium et aliam villicacionis. Item in eadem villa decanus habet xiii mansos cum litonibus, de quibus undecim quilibet dat singulis annis in festo Walburgis ovem cum agno suo probatum, in festo Michaelis unum porcum de dimidio fertone et ultra, item septem modios ordei et vii modios avene illius mesure, item quatuor modios siliginis uno anno et altero anno v modios, et omni anno unum modium tritici dicte mesure, item in festo penthecostes planstrum lignorum, item Thome unum solidum, item in carnisprivio duos pullos; si culti mansi fuerint, viduarius non dat illos pullos et dat illum solidum scilicet vii denarios pro lino et sex denarios pro servicio. Duodecimus mansus, qui est in dicta villa, vocatur Bekerhove, qui dat Michaelis iiij solidos et Walburgis iiij solidos et Thome sex denarios; et iste mansus non dat ligna, porcum, pullos neque ovem cum agno. Item sunt plures rustici, qui sunt nati in dicto officio Eytzem et spectant ad dictum officium iure litonico et non morantur in dicta villa nec colunt dictos mansos; hii dant decano losetoch, id est dant quolibet anno solidum vel plus secundum exigenciam bonorum suorum, et dant illum solidum, ut recognoscant se natos esse in dicto officio Eytzem et se spectare ad dictum officium; hii tamen dant simul duo talenta singulis annis pro illo solido, et villam in Eytzem et hoc inter illos estimant<sup>1)</sup> secundum facultatem cuiuslibet. Item ad decanatum spectat maior et minuta decima in minori Solschen. Item in maiori Solschen habet decanus octo mansos et duas casas, item duos mansos in villa Stiddium et unam casam,

<sup>1)</sup> *Cop. estimant.*

qui mansi solvunt decimam. Item habet duos mansos in Berberghe et tres casas. Item habet unum mansum in Sechelte<sup>1)</sup> et unam casam. Item habet decanatus in villa Lunde villicum et curiam et quatuor mansos, qui non dant<sup>2)</sup> decimam. Item dominus prepositus tenetur dare decano singulis annis novem talenta denarios Hildensemensis monete et duos solidos et tenetur sibi dare xviii modios siliginis et xxii modios tritici, item xvi plaustra lignorum, item xvi scok gharbarum avene, et tenetur dare decano ordium, quod se extendit communiter ad unum plaustrum et dicitur moltkorn. Item<sup>3)</sup> obedienciarius in Kemme et de suis attinenciis tenetur singulis annis dare decano unum plaustrum tritici et unum plaustrum avene in festo Michaelis. Post hoc decanus habet duplicem porcionem de denariis, qui dantur pro memoriis defunctorum ad prebendam. Item habet quatuor panes prebendales ad septimanam, ubi alter canonicus habet duos. Item in magnis serviciis, que dantur in carnibus, panibus, servisia et vino, habet duplicem porcionem et in candelis, que dantur in festo purificationis; ceteras distribuciones et servicia habet sicut alter canonicus. Item curia in Odelem dat quolibet anno decano unum par sotularium. Item curia in Berkem dat decano singulis annis iiii talenta cere.

*Abchr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11 S. 575 Nr. 1036 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Mit Rücksicht auf Nr. 484 wohl noch ins 13. Jahrhundert zu setzen.*

**1300.** *O. bittet seinen Verwandten R., ihm seine Meinung darüber mitzuteilen, ob er den geistlichen Stand mit dem Ritterstand vertauschen solle, um die Güter und Lehen seines Bruders zu erhalten. O. D. (13. Jahrh.?).*

Domino suo R. cognato suo dilectissimo O. ille suus se totum et devoti obsequii devotissimum affectum. Vera amicorum dilectio in eo comprobatur, si alterno malo quisque ut proprio compaciatur. Hinc est, quod vestre honestati significandum dignum duxi, quod, postquam vestra predulcissima carui presencia, tanta me oppressum calamitate malorum, tanto gravamine molestatum miserear, tum pro vestre dilectionis sequestracione tum pro fratris mei dilectissimi decessione, ut nec lingua exprimere nec penna scribere nec cartula valeat continere. Qua propter inter cetera amicorum consilia, utrum miliciam secularem, ut quidam consulunt, pro retinendis bonis et

<sup>1)</sup> So Cop. wohl für Swechelte. <sup>2)</sup> Cop. dat. <sup>3)</sup> Item—Kemme in Cop. doppelt.

beneficiis fratris mei assumam, vel in clericatura perseverem, vestrum, quem pre omnibus viventibus amatissimum habeo, quid super hiis acturus sim, consilium expostulo. In propria enim persona libenter ad vos venissem, si oportunum michi fuisset et instancia preliorum permisisset. Sed inter hec omnia quitquit vestre placitum fuerit dilectioni rogo litteris vestris intitulatum rescribite. Salutatur vos illa singularis et unica vestra So(phia?) in Hekelingen, et quia nihil dignum super copiosis vestre liberalitatis beneficiis ei a vobis sepe illatis valet rependere, ingratitude tamen vicio nequaquam succumbit, sed omnium retributioni domino die noctuque vobis retribuendum tota devocione assurgit.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11 S. 660 Nr. 1276 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1301.** *Der Kleriker Bodo erklärt auf Grund angeführter Stellen des corpus iur. can. eine Urkunde des Nörthener Stiftsherrn Dietrich für nichtig. O. D. (13. Jahrh.?).*

Ego Bodo clericus contra litteras domini Theoderici canonici Northunensis excipiendo propono, quod non valent, quia non fecit mencionem prebende, quam habet, ut probatur Extra. de rescriptis In nostra.<sup>1)</sup> Item de modico beneficio tenetur quis facere mencionem, alioquin littere non valent, ut E(xtra.) t(it.) Si proponente.<sup>2)</sup> Item si non fiat mencio de vicaria perpetua habita, littere non valent, ut E(xtra.) t(it.): Postulasti,<sup>3)</sup> simile Extra. de prebendis Cum teneamur.<sup>4)</sup> Item excipiendo propono, quod non fecit mencionem de processu et actis iudicii prioris, ergo non valent, ut Extra. de sen. et re iudi(cata) Inter monasterium.<sup>5)</sup> Quare peto, ut per has litteras per veri suppressionem obtentas nullatenus procedatis, alioquin dominum papam appello et apostolos peto instanter.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11 S. 687 Nr. 1324 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1302.** *Eidesformel für die Pröpste des Moritzstiftes. O. D. (Anfang des 14. Jahrhunderts).*

Primo, quod apud ecclesiam nostram, nisi necessitas eum excusaverit, continuam debet residenciam facere personalem. Item

<sup>1)</sup> Decret. Gregor IX. I. 3, 32.

<sup>2)</sup> ibid. 3, 42.

<sup>3)</sup> ibid. 3, 27.

<sup>4)</sup> ibid. III, 5, 6. <sup>5)</sup> ibid. II, 27, 20.



quod quedam bona capituli nostri libera pro necessitate ipsius quondam vendita et per prepositum capituli consensu infeodata, quandoque vacare contingit, ulterius non infeodabit, sed ad capitulum remittet libere sicut prius. Item quod ordinationes de villicationibus extra capitulum non committendis fideliter observabit, prout in litteris de hoc confectis plenius continetur. Item quod in bonis et hominibus obedienciarum et aliorum beneficiorum capituli nichil sibi iuris penitus usurpabit et quod privilegia, consuetudines et ordinationes capituli ac donaciones seu gracias per prepositos predecessores suos capitulo seu ecclesie nostre factas ratas habebit et eas firmiter observabit. Nulla etiam bona ecclesie seu prepositare preter consensum capituli aliquatenus obligabit nec etiam alienabit. Item quod nulli canonico plura beneficia de beneficiis infra capitulum conferendis conferet, nisi unum tantum, sed nec canonico infra scolas aliquid de beneficiis infra capitulum conferendis conferet, sed decano, scolastico, cantori, custodi et cellerario conferre potest unum ex illis ad suam dignitatem seu personatum, et hoc sine iniuria alicuius. In cuius iurisiurandi seu prestiti iuramenti evidenciam litteram suam inde conscriptam sigillo suo munitam capitulo nostro sub eodem iuramento infra octo dierum<sup>1)</sup> spacium dabit ad cautelam.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 43 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1308.** *Die Brüder Friedrich und Walther Edele von Dorstadt übertragen dem Kl. Dorstadt Land in Lobmactersen und in Adersheim. O. D. (Anfang des 14. Jahrhunderts).*

Fredericus et Woltherus fratres nobiles dicti de Dorstat omnibus presencia visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Sciant presencium intuiutores universi, quod nos ac nostri filii Fre(dericus) et Bor(chardus) bona voluntate erogamus claustro seu conventui in Dorstat dimidium mansum in campo Locmachersem et dimidium mansum cum aliquibus ingeribus in campo Adersem precipue propter deum et ad preces domine Adelheldis de Lengede et filii eius Gunteri cappellani in Sclistedeborch cum proprietate in villis, silvis et campis, sicut nos tenuimus bona memorata. Ut igitur hec nostra donatio rata et stabilis perseveret, presens scriptum nostrorum sigillorum munimine duximus roborandum. Actum etc.

<sup>1)</sup> Cop. dies.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Kl. Dorstadt zu Dorstadt fol. 14v.  
Am Rande steht: cr. 1305.*

**1304. Verzeichnis der Einkünfte der Küsterei des Kl. Dorstadt.  
(Anfang des 14. Jahrhunderts).**

Hec sunt bona ad custodiam sancte Crucis et sancte Marie virginis in Dorstat pertinencia. 1) Unus<sup>2)</sup> fertio pro quinque marcis comparatus dabitur de curia nostra. In campo Bornem iii iugera, que possidet<sup>3)</sup> Iohannes de Witmere. In eodem campo de bonis, que pertinent ad claustrum<sup>4)</sup> nostrum, detur ad custodiam ꝑ corus siliginis, ꝑ corus tritici, i corus avene. In villa Kissenbruche i area, quam<sup>5)</sup> possidet Scovel, dat<sup>6)</sup> iiii solidos et iiii pullos, et<sup>7)</sup> de una area, quam possidet Alheydis pistrix dantur iii solidi et ii pulli, et i area, quam possidet denigratrix, dat v solidos et v pullos. In villa Oldendorp de una curia, quam possidet<sup>8)</sup> Hermannus<sup>9)</sup> de Dampnone, vi<sup>9)</sup> solidos et vi<sup>9)</sup> pullos. In villa Lutteken Vlotede de i area, quam possidet Iohannes de Mandre,<sup>10)</sup> iiii solidos. De area, quam possidet Lantgreve, iii solidos. De area, quam possidet<sup>8)</sup> Hermannus Scillingh,<sup>11)</sup> iiii solidos. In<sup>12)</sup> villa nostra Hermannus Batenben v solidos et v pullos. Ludolfus Cancer iiii solidos et iiii pullos. Willekinus iiii solidos et iiii pullos. Ian Use iiii solidos iiii pullos.<sup>13)</sup> Octo<sup>14)</sup> solidos de orto, qui iacet ante Wallersleve.<sup>15)</sup> Item<sup>16)</sup> Heydeke Bekkere iii solidos de curia, quam possidet. Item idem iii solidos de una area. Item plebanus in Orum vi solidos et vi pullos de curia, quam comparavit Adelhogus.<sup>17)</sup> Item<sup>18)</sup> Hennighus Meteken in Kissenbrughe apud forum iiii solidos. Item Hoghemôt in Kissenbrughe iiii solidos et iiii pullos. Item<sup>19)</sup> in Stockem<sup>19)</sup>

1) B und C fügen hinzu de Dorstat. 2) Unus — curia nostra fehlt C. 3) possedit C. 4) nostrum claustrum C. 5) que fuerat Hovemanni C. 6) dat ad custodiam C. 7) C fährt fort: et i area, que fuerat sororis Margarete, dat xxx denarios et ii pullos, et i area, quam habuerat Thidericus piscator, dat v solidos et v pullos. In villa Oldendorpe u. s. w. 8) Scouewelt C. 9) v C. 10) Mandere B, C. 11) Scilling B, Henninc Arnoldis C. 12) C fährt fort: Item in villa Kissenbruche i area, quam possedit domina de Denete, dat vi solidos et vi pullos ad candelam beate Marie virginis. Schluss in C. 13) B fährt fort mit roter Tinte: Dominus Borchardus de Dorstat dedit nobis unam aream in villa Stochem, de qua nobis (mit schwarzer Tinte von anderer Hand:) dantur v solidi et v pulli (von dritter Hand:) ad custodiam. Schluss in B. 14) In A von hier ab bis Wallersleben von derselben Hand, die in B die Worte dantur—pulli hinzugefügt hat. 15) Dahinter in A valla valua. 16) Von hier ab spätere Hand in A. 17) Dahinter ein unlesbares Wort in A. 18) Von hier ab auf der Rückseite in A. 19) Die Lücken auch in A.

solidos de curia, quam comparavit dominus de Dorstat. Item piscator in Dorstad dabit v solidos et v pullos et j modium papaveris de prima curia sinistra, dum intratur villa de claustro.

*Or. im Archiv zu Dorstadt, drei Pergamentblätter, von denen das jüngste (A) dem Anfange des 14. Jahrhunderts angehört, etwas älter ist B, das älteste C, beide aber wohl auch nach 1300 geschrieben.*

**1305.** *Bischof Siegfried bekundet einen Vergleich des Kreuzstiftes mit dem Meier in Lafferde wegen des Allodes und der Meierei daselbst. Hildesheim 1301 Januar 1.*

Nos Sifridus d(ei grati)a episcopus Hildensemensis ecclesie notum facimus presentibus et futuris, quod, cum super census retentione et distractione bonorum villicationis in Lafferde pertinentis ad ecclesiam sancte Crucis Hildensemensis inter cap(itu)lum eiusdem ecclesie ex una et filios quondam Hermanni litonis et villici iam dicte ecclesie parte ex altera coram nobis in forma iudicii questio verteretur, tandem prudentum consilio nostroque mediante consensu concordatum est taliter inter partes. Capitulum sancte Crucis Hermanno quondam dicti villici filio allodium suum cum villicatione in Lafferde committebat non ex iure, sed gratia, quam ei capitulum large faciebat in eo, quod pro sexaginta talentis de censu retentis libras triginta recepit. Unde idem Hermannus cautionem promissoriam et fideiussoriam prestitit nobis et dicto capitulo sancte Crucis, quod qui sua dicerent interesse renunciare deberent expresse usque ad festum Walburgis tunc proximum omni iuri, si quod in allodio et villicatione viderent habere, et quod ipse usque ad iam dictum terminum colligere et redintegrare deberet omnia bona ab allodio et villicatione predictis (ali)enata quomodolibet et distracta nec ipse amplius alienare debeat, et quod deinceps statutis temporibus solvet censum debitum de eisdem bonis capitulo sancte Crucis, et quod in provestd'hing presidendo vel bumedes seu beddemunt recipiendo ius sibi non dicet. Preterea si idem villicus habuerit plures filios, ex illis capitulum sancte Crucis unum, quem maluerit, assumet in villicum, et nichil iuris reliquis fratribus recognoscit. Si autem villicus absque filio moritur, allodium et villicatio cum iuribus et pertinentiis ad ecclesiam sancte Crucis absolute redibunt. Et si villicus censum tempore suo non solverit vel bona predicta distraxerit, sine contradictione qualibet cedit bonis eisdem. Que omnia nos Sifridus Hildensemensis ecclesie episcopus partibus

presentibus, requisitis et consentientibus in figura iudicii sententiando pronuntiavimus stare et firmiter observari debere. Super quibus ne dubium oriatur, nos presentem litteram inde (conscri)ptam et nostro sigillo munitam sepedicto capitulo sancte Crucis dari iussi(mus) ad cautelam. Testes insuper huius rei (sunt) Bernardus scolasticus, Iohannes plebanus, Henricus et Otto de Woldenberge canonici Hildensemenses, Godescalcus de (Elles)se, Thidericus de Perremunt et Conradus de Saldere laici et plures alii fide digni. Actum et datum Hildensem in palatio nostro anno domini millesimo trecentesimo primo, kalendas ianuarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 233. Siegel verloren. Die Urk. stellenweise beschädigt.*

**1806.** *Arnold Bock von Poppenburg überträgt dem Kl. Escherde fünf Morgen und eine Hofstelle in Betheln. 1300 Januar 1.*

In nomine domini amen. Arnoldus miles cum suis iustis heredibus Alberto et Hernesto et Albertus famulus dicti Bocke de Popenborch — respicientes devotiones et sollempnitates divini obsequii, que cottidie fiunt pro salute fidelium in ecclesia Escherte, nos proinde devotionis causa et pro remedio animarum omnium parentum nostrorum preposito et ecclesie Escherte quinque iugera situationi ville Betenem annexa et unam aream iuxta curiam Arnoldi de Germerdessen famuli ibidem in villa in orientali parte sitam contulimus hoc modo, quod de usufructu predictorum iugerorum in cena domini singulis annis preposito ministrante quelibet dominarum unius cunei percipiet portionem. In cuius collationis firmitatem ego Arnoldus Boc de Poppenborch miles hoc presens scriptum ad voluntatem heredum meorum Al(berti) et Her(nesti) necnon et patri mei Alberti prefati feci communiri. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>., in die circumcissionis domini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 98. Beschädigtes rundes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1807.** *Die Ratsherrn von Lüneburg bekunden, dass der Dechant Leonhard des Kreuzstiftes mit Zustimmung seines Bruders Albert Holle dem Lübecker Domkantor Hermann von Morum einen halben Wispel Salz aus der Saline in Lüneburg verkauft hat. 1301 Januar 6 (in epyphania domini).*

*Gedr. Leverkus, UB. des Bisthums Lübeck I. S. 453 Nr. 381.*

**1808.** *Die Grafen von Wohldenstein bekunden, dass Gottfried von Holthusen dem Kl. Lamspringe Güter in Gross-Rhüden verkauft hat. 1301v. Januar. 21.*

Dei gratia Henricus et Ludolfus comites de Waldenstene omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse volumus, quod Godefridus dictus de Holthusen cum filiis suis Thiderico et Hermanno, quos ex prima uxore sua genuit, necnon de consensu Alheidis secunde uxoris sue et puerorum ipsius Godefridi et Alheidis et aliorum, quorum consensus legitime fuerat requirendus, vendidit domino Io(hanni) preposito et ecclesie in Lamespringhe bona sua in maiori villa Ruden, que in concambium receperat a predicta ecclesia pro bonis suis in Holthusen pro xx talentis Hildensemensium denariorum multis astantibus et audientibus predicti venditores simul et semel per pilleum ad manus ecclesie resignarunt. Nos itaque ad petitionem predicti Godefridi et amicorum suorum fideiubemus pro pueris suis Godefrido et Alheide, ne ecclesiam iam dictam, cum ad annos maturos pervenerint, pro hiis bonis inpetant vel molestent. Testes huius facti sunt dominus Hermannus de Indagine et Thidericus viceplebanus in Ruden et Burhardus de Copple, Henricus dictus Pape, Wlverammus, Iohannes Huno, Conradus Niger de Hachgem et alii quam plures. Actum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>., Agnetis virginis. Et quia ambo uno sigillo contenti sumus, ipso sigillo presentem paginam communimus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 84. Beschädigtes Siegel Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh. S. 1527.*

**1809.** *Ritter Balduin von Wenden bekundet, dass seine Frau Jutta bei der Vollziehung des Testamentes ihres Vaters durch ihren Bruder Siegfried von Rautenberg die Hälfte von drei Hufen in Söhre (Sodere) zwischen Tossem und Diekholzen (Dicholthusen) gegen die Hälfte von drei Hufen in Ohlum (Olem) vertauscht und gestattet hat, dass die erstere an das Kl. Marienrode übertragen werde. 1301 Februar 22 (octavo kalendas marcii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 96. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an grünen Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 138 Nr. 124.*

**1810.** *Ritter Siegfried von Rautenberg überträgt in Ausführung des Testamentes seines Vaters Siegfried dem Kl. Marienrode drei Hufen*

in Söhre (Sodere) zwischen Tossem und Diekholzen (Dicholthosen) und den Zehnten von elf Hufen ebenda, die er vom Bischof Siegfried zu Lehn trägt. 1301 ~~Februar 24~~ (vi<sup>o</sup> kalendas marcii).

Testes sunt dominus Iohannes de Roden plebanus, dominus Otto de Waldenberg cellerarius canonici maioris ecclesie in Hildensem, Albertus Boc, Basilius patruus noster de Rutenberg, Aschwinus et Thetmarus fratres de Luttere, Conradus de Saldere, Henricus de Schveglete, Iohannes de Oberge milites, Sifridus de Roden, Burchardus de Saldere, Conradus marscalcus famuli.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 97. Siegel gut erhalten an grünen Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 139 Nr. 126.

**1311.** Papst Bonifaz VIII. beauftragt den Domscholaster (Bernhard), die Klage des Kl. Walkenried gegen einige Laien wegen Beraubung zu untersuchen und zu entscheiden. Lateran 1301 Februar 28 (ii. kalendas marcii, pontificatus nostri anno septimo).

Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Walkenried Nr. 435. Blet-bulle an Hanfschnüren.

**1312.** Bischof Siegfried bekundet, dass Propst Friedrich von Heiningen (Heninge) für 66 Mark ein Viertel des Zehnten in Dorstadt, das es von dem verstorbenen Ritter Burchard von der Asseburg gekauft hat, dem Propst Johann von Dorstadt verkauft hat mit Vorbehalt des Rückkaufes innerhalb fünf Jahre, vom 2. April (in paschate, iiii<sup>o</sup>. nonas aprilis) ab gerechnet. Peine 1301 März 21 (in die sancti Benedicti abbatis).

Or. im Archiv zu Dorstadt. Wenig beschädigtes Siegel. Gedr. Asseburger UB. II, S. 16 Nr. 556, nach dem jetzt nicht mehr vorhandenen Or. des Kl. Heiningen gedr. UB. des histor. Vereins für Niedersachsen I, S. 46 Nr. 43.

**1313.** Ritter Dietrich von Alten genehmigt den Tausch von zwei Hausstellen in Anderten zwischen dem Kl. Marienrode und Heinrich Sigeringhe, Bürger in Anderten, in Gegenwart des Kellners Johann von Marienrode. 1301 März 30 (tertio kalendas aprilis).

Abschrift des 17. Jahrhunderts in Cop. III, 148, fol. 128 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 140 Nr. 127.

**1314.** Eckehard, Lite des Kreuzstiftes, erhält vom Domkapitel die Kurie und das Land der Scholaren in Lechstedt gegen einen jährlichen Zins. 1301 April 21.

In nomine domini amen. Ego Eghehardus et mei veri heredes recognoscimus, quod ab honorabilibus viris dominis Gheveh(ardo) preposito, Ar(noldo) decano totoque capitulo ecclesie Hildensemensis curiam et mansos pauperum scholarium ibidem in villa Lecstede censu hereditario suscepimus perpetuo possidendam, ita quod ego Eghehardus vel mei heredes post biennium proximum quolibet anno duo talenta denariorum legalium, unum in die beati Michaelis, aliud in die beati Martini dicto capitulo vel speciali procuratori scholarium solvemus contradictione seu occasione qualibet de agris non seminatis, de rapinis vel incendiis vel alius cuiuscumque gravaminis pretermissa, eo tamen cauto, quod dum me mori contigerit, mei heredes, si forte plures extiterint, mansos predictos distrahere, commutare vel per partes dividere non presumant, sed aut uni committant vel communi societate et favore possideant et expedite solvant censum superius memoratum. Preterea cum ego Egh(ehardus) et mei heredes octo marcas examinati argenti in curia et mansis dictis habeamus, quas<sup>1)</sup> ego Eghardus unum mansum comparabo et scolaribus ad dictam curiam resignando expendi, si ego vel mei heredes egestate coacti a dictis bonis absolvi voluerimus, dicto capitulo exponemus; et si predictum argentum michi vel meis heredibus restituere non placuerit, litoni dicte ecclesie vel alius ecclesie diocesis Hildensemensis de scitu dicti capituli pro octo marcis licite vendere poterimus. Qui censum dictum solvet et prenarratum capitulum ei favebit secundum condiciones michi et meis heredibus positas dictos mansos et curiam possidere. De hiis vero marcis de vendicione habitis pauperibus scolaribus talentum dabitur in anime mee remedium et salutem. Ceterum si ego Ekhardus, mei heredes vel qui a nobis forte pro dictis octo marcis emerit censum debitum duobus annis dicto capitulo invito detinuerimus, dicta bona ad capitulum sepedictum libere revertentur. Ne autem hanc ordinationem deleat oblivio vel impugnet detractio, in perpetuam firmitatem pecii et obtinui ab honorabili viro domino Gheveh(ardo) preposito et capitulo ecclesie sancte Crucis in Hildensem, ad quam ego et mei heredes iure litonum pertinere dinoscimur, presentem litteram sigillari. Datum anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>xi., xi. kalendas maii.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 177 Nr. 264 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

<sup>1)</sup> So das Cop.



**1315.** Die von Campe schenken dem Braunschweiger Bürger Friedrich von Lachendorf das Eigentum einer Hufe in Borsum. Braunschweig 1301 April 23.

Iordanus miles et Bertramus fratres filii quondam domini Balduini militis, Henricus et Bodo fratres filii quondam domini Henrici militis fratrum de Campe, Henricus et Iordanus fratres filii quondam domini Iordani marschalci dicti de Campe omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Notum esse volumus universis, quod nos unanimiter et concordii voluntate cum consensu omnium heredum nostrorum et consensu omnium, quorum intererat et quorum consensus de iure vel de consuetudine fuerat requirendus, mera donatione donavimus et donamus per presentes domino Frederico de Lochtendorp burgensi in Brunschwick et suis heredibus proprietatem unius mansi siti in Borsne, quam a nobis tenebat in feudo, cum omnibus suis pertinentiis, villis, sylvis, campis, pratis, aquis et viis, renunciantes presentibus omnibus usibus et iuribus, que nobis et nostris heredibus in predicto manso competebant et in futuro competere potuissent. Igitur ut predictus dominus Fredericus ac heredes sui predictum mansum proprietatis titulo libere possidere et in quamlibet ecclesiam vel personam sine omni contradictione nostra et cuiuslibet nostrum et heredum nostrorum transferre valeant, presentem literam ipsis dedimus sigiliis nostris scilicet Iordani et Bertrami necnon Henrici et Bodonis fratrum predictorum sigillatam. Nos vero Henricus et Iordanus fratres supradicti quia sigillum commune vel specialia sigilla nondum habemus, sigillum patris nostri predicti, quo adhuc utimur, presentibus duximus apponendum. Testes etiam omnium premissorum sunt discreti viri vasalli nostri Henricus et Conradus fratres dicti de Domo, Iohannes de Velstede, Hermannus de Ursleve, Iohannes de Cronesen, Rolecke de Calve burgenses in Brunschwick et plures alii fide digni. Actum ibidem anno domini millesimo trecentesimo primo, in die sancti Georgii martyris.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts im Cop. VI, 115, S. 187 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1316.** Domkantor Bernhard von Meinersen bekundet, dass der Laienbruder Hermann des Maria-Magdalenenklosters einen Tausch von Stücken Landes in Sorsum mit Einwohnern des Ortes vor-

*genommen und Knappe Ernst von Stemmen auf das Vogteirecht verzichtet hat. 1301 Mai 5.*

Ber(nardus) de Meinersum dei gratia cantor Hildensemensis ecclesie et procurator seu conservator villicacionis in Himmedesdore — — facimus manifestum, quod de consensu nostro et in presentia officialis et litonum dicte villicacionis nostre frater Hermannus conversus monasterii beate Marie Magdalene in Hildensem, rector curie eiusdem monasterii in Zuscerum, cuiusdam particule iugeris curie iam predictae permutacionem fecit cum Iohanne et Heinrico filiis Heinrici Rikecen civibus dicte ville litonibus ecclesie nostre pro quadam particula iugeris eorundem. Insuper Ernestus de Stemme famulus renunciavit coram nobis iuri advocacie, si quod habuit in particula iugeris iam predicta. In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro duximus roborandum.<sup>1)</sup> Testes autem huiusmodi permutacionis et renunciacionis coram nobis facte sunt dominus Gevehardus plebanus in Vorsteden, Heinricus de Maldum, Bertoldus de Cobstede famuli, Conradus dictus de Stokem civis Hildensemensis et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup> primo, in die beati Godehardi episcopi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 139. Siegel des Ausstellers.*

**1317.** *Bischof Siegfried überträgt dem Domkapitel den Zehnten mit dem Kleinviehzehnten in Betheln. 1301 Mai 14.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus — — ad noticiam presentium et futurorum deducimus per presentes, quod ad honorem dei et gloriose virginis Marie inclite patrone nostre et pro remedio anime nostre atque ad devotam instantiam capituli nostri decimam nostram in Betenem cum minuta decima ipsius, que vulgariter ochtuma dicitur, et cum omnibus suis iuribus et attinentiis ad redditus mense nostre episcopalis pertinentem sine omni conditione et pacto cum pleno consensu nostri capituli predicto capitulo nostro contulimus et presentibus conferimus iure proprietatis et possessionis libere in perpetuum possidendum, de qua ordinare libere possunt quicquid eidem capitulo nostro videbitur expedire. In cuius — —. Testes huius sunt Gevehardus prepositus, Arnoldus decanus, Bernardus cantor sacerdotes, Bernardus scolasticus, Conradus de Valkensten diaconi, Bernardus de Hardenberg, Otto cele-

<sup>1)</sup> *So das Or.*

rarius subdiaconi ecclesie nostre canonici et domini et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>c. primo, dominica infra ascensionem domini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 100. Siegel des Bischofs und beschädigtes des Domkapitels an grünen Seidenfäden.*

**1318.** *Das Domkapitel schenkt dem Kl. Escherde den Zehnten und den Kleinviehzehnten in Betheln. 1301 Mai 22.*

Dei gratia Gevehardus prepositus, Arnoldus decanus totumque<sup>1)</sup> capitulum ecclesie Hildensemensis — — ad noticiam presentium et futurorum presentibus cupimus pervenire, quod monasterio sive conventui sanctimonialium beate Marie virginis in Escherte ordinis sancti Benedicti nostre diocesis in disciplina regulari devotissime deo servientium, cui quidem monasterio tamquam novelle plantationi heu bona sua absque nostro suffragio in presenti ad sustentationem famularum dei commode non sufficiunt, nos ipsius monasterii indigentie karitative compacientes divineque retributionis intuitu ad honorem dei et sancte Marie virginis decimam nostram in Betenum cum minuta decima sua, que vulgariter ochtuma dicitur, et cum omnibus suis attinentiis et iuribus nobis a venerabili domino nostro Syfrido<sup>2)</sup> episcopo liberaliter cum minuta decima, que vulgariter ochtuma dicitur, et cum aliis omnibus suis iuribus et attinentiis donatam et capitulo nostro adpropriatam<sup>3)</sup> in foribus predicti monasterii Escherte sitam et ob hoc sibi maxime ac specialiter utilem et commodam de consensu eiusdem venerabilis patris ac domini nostri episcopi libere et sine omni conditione et pacto donavimus et presentibus donamus et in proprium ei tradimus, sicut<sup>4)</sup> nobis a domino nostro episcopo<sup>5)</sup> predicto data et appropriata est iure perpetuo possidendam. Nos etiam in omnem eventum dicto monasterio plenam et iustam eiusdem decime warandiam prestare et ab omni evictione cavere volentes dicimus, quod ipsum monasterium contra personam quamlibet et coram quocumque iudice defendere volumus et tueri. In cuius rei — — Testes vero huius rei sunt Bernardus cantor, Iohannes de Rodhen sacerdotes, Bernardus scolasticus, Conradus de Valkensten diaconi, Bernardus de Hardenberg, Otto cellerarius<sup>6)</sup> subdiaconi canonici nostre ecclesie, Ludoldus<sup>7)</sup>

*Abweichungen in B:* 1) et capitulum ohne totum. 2) Sifrid. 3) appropriatam. 4) quia. 5) episcopo fehlt. 6) celerarius. 7) Beide Ludolfus.

de Escherte, Lippoldus de Rottinge, Albertus Bok, Arnoldus Bok, Willebrandus et Bertoldus fratres dicti de Redhen, Ascwinus de Steinberg, Bolduinus de Steinberg milites, Iohannes et Arnoldus fratres dicti de Dotessen famuli et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>. primo, feria secunda in crastino dominice sancte pentecostes.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von verschiedenen Händen, Escherde 101b und 101a (B). An beiden Siegel des Bischofs und des Domkapitels an grünen Seidenfäden. Bischof Siegfried bestätigt obige Schenkung am 23. Mai (feria tertia infra ebdomadam sancte pentecostes) unter Wiedergabe obiger Urk., Or. a. a. O. Nr. 102. Siegel des Bischofs an grünen Seidenfäden.*

**1319.** Das Domkapitel bekundet, von dem Kl. Escherde für den Zehnten in Betheln 200 Mark erhalten zu haben und sichert ihm Anteil an seinen guten Werken sowie freie Holzung und Jagd in den Forsten Havikehorst und Studiken zu. 1301 Mai 31.

Gevehardus dei gratia prepositus, Arnoldus decanus totamque capitulum ecclesie Hildensemensis dilecto sibi in Christo preposito monasterii sanctimonialium in Escherte Ludero salutem. Quia vos et vester conventus, quem ex pietatis affectu per decime nostre in Betenum donationem liberam respeximus, nos econverso mutua karitate benigne ac liberaliter respexistis ducentas marcas puri argenti in subsidium nostrorum debitorum absque ulla conditione nobis postmodum conferendo, nos vos ad participationem omnium bonorum, que in nostra ecclesia in missis, orationibus, vigiliis et elemosinis aliisque bonis operibus cottidie fiunt, in nomine domini recipimus per presentes adicientes, quod vos et monasterium vestrum defendemus pro posse nec molestabimus imposterum super lignatione aut venatione silve aut foresti, que Havikehorst et Studiken vulgariter dicuntur, nec paciemur, ut ab alio quovis homine id fiat, sed stabimus pro vobis in omnibus, quociens fuerimus a vobis ad hoc requisiti. In cuius rei testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillo nostro munivimus ad cautelam anno domini m<sup>o</sup>.ccc<sup>o</sup>.i<sup>o</sup>, pridie kalendas iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 103. Beschädigtes Siegel des Domkapitels an grünen Seidenfäden. In einer besonderen Urk. von demselben Datum nimmt das Domkapitel den Propst Ludger in die Gebetsbrüderschaft auf, der untere Teil der Urk. mit Bug und Besiegelung abgeschnitten, Or. Nr. 104.*

**1320.** Knappe Wikbrand von Harboltessen kauft von Bischof Siegfried zwei Allode von acht Hufen in Burgstemmen (Borchstempne)

*für 60 Mark und gesteht ihm das Rückkaufsrecht zu. Hildesheim 1301 Juni 13 (idus iunii).*

Testes sunt Arnoldus decanus, Bernhardus scolasticus, Bernhardus cantor, Otto celerarius canonici Hildensemenses, Bertoldus de Godenstede, Albertus Bok, Lippoldus de Rotzinghe, Boldewinus de Stenberch milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 375. An dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen beschädigtes Siegel des Ausstellers, Helm mit Büffelhörnern besteckt mit je sechs Fähnchen.*

**1321.** *Bischof Siegfried gibt dem Kl. Derneburg im Tausch gegen Güter in Holle verpfändete Güter in Cantelsem, welche das Kloster zurückkauft, und den Zehnten daselbst. Hildesheim 1301 Juli 25.*

In nomine domini amen. Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Noverint universi tam presentes quam futuri, quod, cum nos, qui ex officii nostri debito ecclesie nostre conditionem in omnibus dirigere, expedire et meliorare cupimus, bona nostra in Cantelsem a predecessoribus nostris de consensu nostri capituli vendita seu obligata sive etiam exposita inveniremus et absque graviore ecclesie nostre dampno ac periculo eadem bona reemere, redimere seu absolvere non possemus aliis ecclesie nostre causis arduis involuti, placitavimus cum domino Wolthero preposito in Derneborch et universo suo conventu, ita quod nos de communi consensu et beneplacito ac bona voluntate nostri capituli permutationem quandam rationabilem cum dicto clastro fecimus ac inivimus prefata scilicet bona nostra in Cantelsem alodium videlicet de quatuor mansis liberis et mansum bodellicum liberum et octo mansos litonicos cum dimidio ibidem cum omni iure et liberalitate videlicet cum advocatia et omni utilitate in villa, curiis scilicet et areis, et extra villam in pratis, paschuis, silvis, viis et inviis, aquis aquarumque decursibus et omni utilitate et fructu, quem habere videbamus in eisdem, prefato clastro in perpetuum dimisimus libere possidenda. Prenominatus vero prepositus necnon et suus conventus dictorum bonorum equivalentem recompensam nobis et ecclesie nostre de bonis suis propriis in villa Holle facientes similia bona tot videlicet mansos liberos totidemque litonicos necnon et totidem curias et areas ac prata simili iure perpetuo nobis nostrisque successoribus ibidem possidenda reliquerunt. Verum quia

predictum claustrum semper nobis ac nostre ecclesie obsequiosum existit et adhuc utilitatibus nostris indefesse deservire non desistit, nos labores et constantiam eius respicientes decimam bonorum sepedictorum in Cantelsem eidem specialiter propter deum de pretacti capituli nostri approbata voluntate absque omni conditione et pacto in perpetuum erogamus. Prepositus vero dictus ac suus conventus ob causas predictas cum quinquaginta marcis examinati argenti prenominata bona in Cantelsem nomine nostro redimerunt. Ne igitur — —. Testes sunt Gevehardus prepositus, Arnoldus decanus, Volradus Montis prepositus, Bernardus cantor, Iohannes plebanus, Arnoldus de Visbeke sacerdotes, Bernardus scolasticus, Otto celebrarius, Conradus de Valkenstene, Henricus et Ludolfus de Woldenberch, Thidericus de Saldere dyaconi et subdyaconi canonici Hildensemenses et alii quam plures. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. primo, in die beati Iacobi apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 40. Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**1322.** *Bischof Siegfried gestattet dem Propst von Derneburg, den Zins der Liten mit dem Zehnten in Cantelsem und die dafür einzutauschenden Güter in Holle solange zu behalten, bis er die Latgüter von den Liten erledigt hat. Hildesheim 1301 Juli 25.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus. Noverint universi, quod nos cum . . preposito in Derneborch placitavimus, quod census litorum in Cantelsem et mansorum ipsorum, illorum videlicet permutationi adhuc non consenserunt, nomine claustrum sui integraliter recipiet cum decima in Cantelsem et cum bonis in Holle dandis in restaurum bonorum in Cantelsem et hoc tam diu, donec dicta bona litorum in Cantelsem per nos a litoribus fuerint expedita. Quibus expeditis dictum claustrum illa bona in Cantelsem perpetuo obtinebit. In cuius rei — —. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. primo, in die beati Iacobi apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 41. Bruchstück des bishöflichen Siegels an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1323.** *Das Domkapitel bekundet die Gründung einer Kapelle in Machtsum durch den Domvikar Alexius, übergibt diesem auf Lebenszeit das Patronatsrecht, das nach seinem Tode an den Archidiakon in Borsum fallen solle, und sichert ihm die Feier seiner Memorie durch den zeitigen Rector der Kapelle zu. Hildesheim 1301 August 30.*

Nos dei gratia Gevehardus prepositus, Arnoldus decanus, Borchardus dictus de Drenleve in Borssem archidiaconus totumque capitulum ecclesie Hildensemensis recognoscimus, quod, dum Alexius nostre ecclesie vicarius ad dotandam et construendam capellam in Machtelsem fidelis promotor et utilis cooperatores existeret, nos et omnes, quorum intererat, laboribus et expensis eius aliquo solatio prout decuit occurrentes favorabiliter et concorditer eidem pro sue vite tempore eiusdem capelle contulimus patronatum; eo vero in domino defuncto quicumque dicte capelle archidiaconus fuerit dubio vel impedimento quolibet amputato patronatus ius et gratiam optinebit. Preterea volumus et salubriter in domino consulimus, ut qui rector predictae capelle pro tempore extiterit, dicti domini Alexii missis, vigiliis, orationibus et quibuslibet aliis piis et sanctis operibus memoriam habeat, nam quamvis nos cum aliis fidelibus Machtelsem hereditatem habentibus dictam capellam nostra elemosina respexerimus, idem dominus Alexius in inchoando, consummando et alios sincerius adhortando per omnia fidelis fideliores se proponit dei opitulante gratia exhibere. Ne autem — — Datum Hildensem anno domini millesimo ccc<sup>o</sup>. primo, in die sanctorum martirum Felicis et Adaucti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 376. Gut erhaltenes Siegel des Domkapitels an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1324.** Domkantor (Bernhard von Meinersen) und (Bertold), Scholaster des Kreuzstiftes, als Appelationsrichter bekunden, dass Bertold (von der Asseburg), Propst des Kl. Busdorf in Paderborn und Archidiacon in Hörter, einer- und Gottfried, Propst der Neuen Kirche in Hörter, als Bevollmächtigter der Stadt Hörter andererseits sich durch Vermittelung des Domkellers Otto von Wohldenbergh, des Domherrn Johann von Roden, des mag. Hildebrand, Kanonikers des Moritzstiftes, und dessen Bruders Albert vom Damme geeinigt haben. Hildesheim 1301 September 2 (in crastino beati Egidii).

*Or. im Stadtarchiv zu Hörter. Alle sieben Siegel verloren. Gedr. Asseburger UB. II. S. 17 Nr. 558.*

**1325.** Hermann, Heinrich und Otto, Domkellner, Grafen von Wohldenbergh übereignen dem Kl. Derneburg eine Hufe in Wöhld, die der verstorbene Dietrich von Gadenstedt dem Kloster übergeben und ihnen resigniert hat. 1301 September 3.



Nos Hermannus et Hinricus ac Otto Hildensemensis ecclesie cellerarius dei gratia comites de Woldenberge — — notum esse volumus, — — quod Thidericus bone memorie miles de Godenstede dedit et dimisit clastro sanctimonialium in Derneburg ob remedium anime sue mansum in Wolede, quem a nobis in pheodo tenebat, perpetuo possidendum. Heredes quoque sui omnes Ludolfus videlicet dictus Boltesberg, Conradus et Iohannes in predictam donationem patris sui bona voluntate unanimiter consenserunt nobisque dictum mansum voluntarie resignantes renunciaverunt omni iuri, quod habebant hactenus aut in posterum habituri erant in eodem. Nos igitur prefatum mansum et eius proprietatem ad nos spectantem cum omnibus suis appendiciis dicto clastro in Derneburg pro remedio annimarum nostrarum cum consensu nostrorum heredum Ludolfi videlicet et Bodonis canonicorum Hildensemensium ac Ottonis et omnium, quorum consensus requirendus fuerat, appropriando contulimus et in proprium dedimus cum omni iure et utilitate liberum ab universo iugo servitutis perpetuo possidendum, nolentes litem vel controversiam ipsi clastro super dicto manso aut ex parte nostri aut ex parte ipsorum eum resignancium ullo tempore inferre vel etiam inferentibus consentire, promittentes, nos pretractam proprietatis collationem ratam, firmam et in perpetuum inconvulsam habituros. In huius — — Testes huius collationis sunt Bertoldus et Iohannes de Godenstede, Conradus de Lindede milites, Thidericus de Perremunt, Hinricus, Conradus, Hillebrandus de Lindede, Sander de Walmode famuli et alii quam plures. Datum anno domini m<sup>o</sup>.ccc<sup>o</sup>. primo, tercio nonas septembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 42. Die vier Siegel meist wenig beschädigt.*

**1326.** *Bischof Siegfried bekundet, dass, wenn dem Kl. Riddagshausen an den diesem wegen Schulden zugeeigneten Gütern nicht gebührend begegnet werden sollte,<sup>1)</sup> dem Kloster zwölf Bürgen, sechs aus den Domherrn und sechs aus den Ministerialen des Bischofs, gestellt werden sollen, und gestattet ihm nach wie vor bei Brüdern (Brundelem) zu ackern. Hildesheim 1301 September 6 (viii. idus septembris).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 350. Siegel des Bischofs von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

<sup>1)</sup> si abbas et conventus inordinate in bonis eis pro debitis assignatis pertractarentur.

**1327.** Herzog Albert von Braunschweig überträgt dem Grafen Heinrich von Wohldenberg und dessen Bruder Otto, Domkellner, acht Hufen mit zwei Höfen und acht Hausstellen in Geitelde tauschweise für dreizehn Hufen in Bornum. Wolfenbüttel 1301 Oktober 7 (nonas octobris).

*Abchrift des 15. Jahrhunderts in Ms. 601 fol. 39v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1328.** Bischof Siegfried bekundet den Verzicht des Hugo von Dinklar und dessen Erben Johann, Ludolf, Hermann und Hugo auf die Güter des Kl. Derneburg in Dinklar (Dinckenlere). 1301 Oktober 14 (in die Calixti pape).

Testes huius facti sunt Hermannus de Stemne, Evertardus de de Duncem, Dechenhardus Otberge, Bertoldus de Cobstede.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 43. Siegel nebst Befestigung verloren.*

**1329.** Edelherr Johann von Adensen schenkt dem Michaeliskloster eine Hörige. 1301 Oktober 23.

Nos Iohannes de Adenoy nobilis recognoscimus presentibus, quod cum consensu heredum nostrorum Alheydem, que nostra propria fuit, donavimus et tradidimus ecclesie sancti Michahelis Hildensemensis iure litonico possidendam. Cuius donationis testes sunt Gerhardus de Rodenberg monachus sancti Michahelis, Hermannus plebanus in Volkersem, Wicbrandus de Harboldessen, Iohannes de Iensen milites, Tidericus de Rottinge, Tetmarus de Mendagessen famuli et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m<sup>o</sup>.ccc<sup>o</sup>. primo, in die beati Severini episcopi. In cuius facti seu donationis plenam evidentiam sigillum presentibus est appensum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 100. Siegel des Ausstellers zeigt einen Sparren.*

**1330.** Bischof Siegfried bestätigt den von mehreren Erzbischöfen und Bischöfen d. d. Rom 1300 Dezember 6 den Besuchern des Stiftes st. Petersberg bei Goslar erteilten Ablass. Goslar 1301 November 2 (in crastino omnium sanctorum, pontificatus nostri anno **xxiii.**)

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar. Gedr. Heineccius, Antiquit. Gosl. S. 321, Bode, UB. II, S. 572 Nr. 698.*

**1331.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass der Bürger Johann von Seesen (Sehusen) eine Hausstelle bei der Oltböterstrasse (iuxta plateam renovatorum) mit den Häusern dem Kl. Marienrode nach seinem Tode vermacht hat. 1301 (vor November 11).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 95. Beschädigtes Stadtsiegel. Gedr. Marienroder UB. S. 137 Nr. 124, Doebner, UB. S. 300 Nr. 550, wonach die Datierung.*

**1332.** *Abt Hildebrand des Godehardiklosters bekundet den Ankauf von Ländereien in Liedingen. 1301 November 12.*

H(ildebrandus) dei gracia abbas sancti Godehardi in Hildensem Io(hannes) prior totusque conventus — —. Noverint ergo presentes et posteri, nos emisse pro quatuor marcis puri argenti et uno fertone a Hoyerogogravio in Lidinge decem iugera ibidem sita, que a nobis in pheodo habuit, a quibus in kamenata domini abbatis lingua et manu cessavit abbatis, prioris et seniorum in presencia constitutus. Preterea notum esse volumus, nos emisse pro una marca argenti examinata et dimidio fertone a Hoyerode Cochingetria iugera in Lidinge sita, que eciam a nobis in pheodo habuit, a quibus filius suus lingua et manu cessavit in predicta kamenata et dominorum in presencia predictorum. Quo factoprectactus dominus abbas se Lidinge transtulit ibique idem Hoyerus de Cochingegogravio et uxor sua necnon heredes sui legitimi ceterique sibi familiares, item prefatus Hoyerus de Cochinget sua uxor, sui legitimi heredes et familiares coram sepius dicto domino abbate lingua et manu de antedictis iugeribus cessaverunt, addideruntque fidem pro eo videlicet, quod nec ipsi nec aliquis de posteritate eorum deberet impetere iugera memorata. Huius rei testes sunt sacerdotes, qui huic facto presentes fuerant, scilicet dominus Stacius de Smedenstede, N. viceplebanus in Munstede, plebanus in Lidinge, dominus Arnoldus de Bonstede plebanus in Bethmere, dominus Thidericus viceplebanus in Oberghe, plebanus in Sierdessen, quorum sigilla cum nostris sigillis presentibus sunt appensa. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. primo, in crastino Martini episcopi.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Godehardikl., Ms. 311, fol. 85v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1333.** *Ritter Lippold von Rössing überträgt der Kirche in Wrisbergholzen das Eigentum dreier Hufen daselbst. 1301 November 18.*

Ego Lippoldus senior de Rottinghe miles protestor presentibus, quod cum consensu heredum meorum videlicet Lippoldi militis. Besekonis et Thiderici famulorum et ceterorum heredum proprietatem trium mansorum et unius curie cum advocatia sitorum Holthusen, que ad me et meos heredes spectabant, contuli perpetuis temporibus ob salutem anime mee et animarum heredum et parentum meorum et confero presentibus ecclesie sancti Martini in Holthusen propter deum et protestor nomine meo et omnium heredum meorum, qui sunt vel futuri esse poterunt, quod in proprietate predictorum mansorum et curie ac in advocatia ibidem ego et mei heredes nichil iuris de cetero debemus vel poterimus usurpare. Testes huius donationis sunt dominus Henricus de Berningherode miles et Lippoldus filius suus, Tidericus de Rottinghe patruus meus et alii plures fide digni. In cuius rei firmitatem sigillum meum nomine meo et heredum meorum presentibus est appensum. Datum et actum anno domini millesimo ccc<sup>o</sup>. primo, in octava sancti Martini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 101. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1334.** *Der Rat in Lüneburg bekundet, dass Heinrich Hut d. Ä. seiner Tochter Gerburg mehrere Güter in der Saline zu Lüneburg verkauft hat. Lüneburg 1301 Dezember 1.*

Nos consules civitatis Luneburch Thitmarus magister fontis, Thidericus Zabel, Andreas, Alardus de Scilsten, Adheloldus, Nicolaus de Molendino, Iohannes Beve, Hermannus Albus, Albertus Hollo iunior, Heyne de Lubeke, Bertoldus Longus, Iohannes Hutzenvleth tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod Henricus dictus Hot senior Henrico filio suo et omnibus ipsius heredibus plena voluntate consentientibus vendidit sue filie domine Gerburgi vidue ac eius iustis heredibus bona sua hereditaria infrascripta videlicet viam quandam in salina Luneburch, que quidem via ad quinque domos subscriptas pertinet et protendit, scilicet ad domos Kempinghe, Everinghe, Deynghe, Ebbetzinghe et Geminghe, ita tamen quantum ista via melior fuerit anno quolibet et lucrabitur ultra fructus chori salis dimidii in salina, item duarum sartaginum dominia in salina Dencquerdinghe in domo sitarum ad dextram manum, cum domus prehabita subintratur, item domum, curiam et aream suam in harena, duas casas illi hereditati et curie incorporatas, et alteram dimidiam hereditatem videlicet domum, curiam et aream

coniunctam value iam dicte hereditatis in platea pistorum versus novum forum; pistrina vero finalis apud plateam de ista hereditate vendita est secundum quantitatem suorum quatuor angulorum et parietum nichil iuris habens in domo, curia et area prenotata, item stupam apud curiam prepositi de Medinghe sitam secundum nostre civitatis iura hereditario iure perpetualiter possidenda. Ne autem — — Datum Luneburch anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>i<sup>o</sup>., in crastino beati Andree apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 377. Stadtsiegel gut erhalten.*

**1335.** *Abt Widekind des Kl. Marienrode tauscht mit dem Domdechanten Arnold als Verwalter des Johannishospitals im Damme sieben Morgen Landes an der Westseite des Steinberges bei der Heerstrasse gegen sieben Hufen zwischen dem Steinberge und dem Katzberge ein zur Regulierung der Wege. 1301 Dezember 6 (in die beati Nicolai episcopi).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 98. Die beiden Siegel wenig beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 141 Nr. 128. Regest Doebner, UB. I, S. 301 Nr. 551.*

**1336.** *Der Priester Florencius verkauft dem Michaeliskloster aus dem Hause des Reinhold Pellifex bei dem Kloster eine Rente von zehn Schilling, welche ihm nach dem Tode seines Bruders Hermann Lechering, Mönches daselbst, zugefallen sind. 1301 Dezember 11 (feria secunda ante Lucie virginis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 102. Siegel des Bertramm Skonekint wenig beschädigt. Gedr. Doebner, UB. I, S. 301 Nr. 552.*

**1337.** *Äbtissin Gertrud, Propst Johann und der Konvent von Wöltingerode lösen von dem Bürger Bertold Dhus und dessen Söhnen Dietrich und Johann den Zehnten und Güter in Olstede gegen eine Getreiderente, von welcher der Bürger Johann vom Osterthore auf Bitten des Domkellners Otto von Wohldenberg den Anteil des Dietrich übernimmt. Mitsiegler sind Siegfried von Blankenburg, Domdechant in Halberstadt, Konrad von Valkenstein und Heinrich und Otto von Wohldenberg, Domherrn in Hildesheim. 1301 Dezember 13 (in die beate Lucie virginis).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim, Nr. 1246. Von den fünf Siegeln nur das des Heinrich und Otto besser erhalten. Gedr. Doebner, UB. I, S. 302 Nr. 553.*

**1338.** Die Bürger Bruno Insanus und Johann vom Osterthor kaufen vom Grafen Heinrich von Wohldenberg und dessen Söhnen Ludolf, Domherr, und Otto Litengüter, und zwar 14 Hufen in Wohldenberg, 7 in Hohenhameln (Honhamelen) und 5 in Solschen (Solzechen), und nehmen sie vom Bischof Siegfried zu Lehn. 1301 Dezember 16 (sabbato ante diem beati Thome apostoli).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 378. Beschädigtes Siegel des Bruno in rotem Wachs, das zweite nebst Befestigung verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 303 Nr. 554.

**1339.** Der Rat der Stadt bekundet, dass bei Schlichtung des Streites zwischen dem Propst von Derneburg und Johann Faber, Bürger der Neustadt, letzterer auf alle Ansprüche an eine Hufe in Dinklar verzichtet hat. 1301 (1302) Dezember 29 (quarto kalendas ianuarii).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 44. Siegel abgerissen mit dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Doebner, UB. I, S. 303 Nr. 555. Die Schrift ist nicht die des 15. Jahrhunderts, sondern die der Zeit, und zwar ist die Urk. von demselben Schreiber geschrieben wie die von 1301, Derneburg Nr. 45, unten Nr. 1343. Eine Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 106, S. 51 mit der gleichzeitigen Randbemerkung: Dath gudt hebben wy nicht. Doch ist die alte Signatur auf der Rückseite des Or. den übrigen entsprechend, vgl. auch unten Nr. 1328.

**1340.** Der Rat der Stadt bekundet, dass die Erben des verstorbenen Bürgers Konrad von Göttingen dem Andreasstifte eine Rente von vierzehn Schilling aus einem Hause und einer Hofstätte auf dem Hohen Wege, und Richeidis, Wittve des Heinrich vom h. Geist, eine Rente von zehn Schilling aus einem Hause und einer Hofstätte auf der Schuhstrasse übertragen haben. 1301.

Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. 320 fol. 3v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Doebner, UB. III, S. 664 Nachtr. Nr. 58.

**1341.** Abt Hildebrand und der Konvent des Godehardiklosters bestimmen über die Verwendung der Einkünfte zweier Gärten, von denen der eine dem Heinrich von Kantelsem gehört, einer Hofstelle in Bledeln und einer Hofstelle im Brühl zu Ritualzwecken und zur Beleuchtung des Chores. 1301.

Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Godehardikl., Ms. 311 fol. 82 in der Beverinischen Bibliothek. Gedr. Doebner, UB. I, S. 305 Nr. 557.

**1342.** Volquin, Kaplan des Michaelisklosters und Pfarrer in Lesse, bestimmt zehn Schilling zur Feier seines Anniversars im Kloster. 1301.

Ego Volcquinus presbiter capellanus sancti Michaelis et plebanus in Lesse presentibus fateor et protestor, quod meis laboribus et expensis comparavi aream unam et ix iugera sita in campis Lesse, que ob salutem anime mee contuli et presentibus confero ecclesie in Lesse, ita ut plebanus ibidem x solidos det annuatim conventui monasterii sancti Michaelis in Hildensem, ut anniversarius meus singulis annis in monasterio predicto solempniter peragatur, et hii x solidi sic distribuantur: domino abbati dabitur stopa vini et una libra cere, custodi ad lumen in meo accendendum anniversario, et alii denarii inter dominos dividuntur. Ut autem hoc perpetuis temporibus observetur, presens scriptum conventui sepredicto sigillo meo tradidi communitum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. primo. Testes huius rei sunt dominus Hinricus abbas sancti Michaelis, Gerardus cappellanus suus et alii plures fide digni.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts im Cop. des Michaeliskl., Ms. 277 fol. 86 v in der Beuerinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1848.** *Genannte bekunden, dass die Söhne des Ritters Heinrich Rasehorn für den Fall des Todes ihres Vaters auf den Zehnten in Wesseln verzichtet haben, da er dem Kl. Derneburg alsdann zustehet. 1301.*

Nos Gerardus de Gandersem, Lippoldus de Dalem, Thidericus de Tselenstede milites, Conradus de Vredhen, Ernestus de Stockem famuli recognoscimus et presentibus protestamur, quod Hinricus et Iohannes famuli filii domini Hinrici Rasehornis militis coram nobis et aliis fidedignis recognoverunt, quod decima in Westenem post obitum patris ipsorum claustrum in Derneburg libere statim vacare deberet. Dicti etiam famuli promiserunt domino Walthero eiusdem claustrum preposito necnon et nobis data fide prefato patre ipsorum presente et consenciente, quod ipsi post mortem patris ipsorum iam dicti prenommatum claustrum in pretacta decima nec verbo nec facto vel etiam consilio vellent unquam impedire. In cuius rei evidens testimonium nos prememorati milites sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. primo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg, Nr. 45. Die vier Siegel gut erhalten. Das des G. v. Gandersheim zeigt Helm, das des L. von Dahlum ist geteilt, im unteren Felde zwei Fehpfähle, das des D. von Sellenstedt zeigt Rose, das des E. von Stockem gebogenen Ast. Ein fünftes Siegel hat nie an der Urk. gehangen.*



**1344.** *Bischof Siegfried entscheidet einen Streit zwischen dem Jakobikloster in Osterode und den Brüdern Aschwin und Thetmar von Lutter, Rittern, wegen eines Waldes vor Osterode dahin, dass letztere vor ihm und vor Engelbert von Dahlum und Bertold von Herzberg als vorstmalere auf alle Ansprüche an den Wald verzichten. 1301.*

Huius autem rei testes sunt honorabiles viri ac domini Otto cellerarius dictus de Woldenbergh canonicus maioris ecclesie in Hildensem, Hermannus decanus ecclesie Goslariensis, nobilis vir Iohannes comes de Woldenbergh, Volcmarus dictus de Goslaria, Borchardus dictus de Wildensten, Alardus dictus de Borchdorp milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Jakobikl. in Osterode Nr. 88. Von den drei Siegeln nur ein Bruchstück des des Bertold erhalten.*

**1345.** *Bischof Siegfried bestätigt die Indulgenz eines Erzbischofs und fünf Bischöfe d. d. Rom 1300 für die Kirche st. Petri in Braunschweig. Hildesheim 1301.*

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig. Siegel des Bischofs verloren. Gedr. Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 231 Nr. 462.*

**1346.** *Graf Otto von Everstein bewilligt die Verpfändung des halben Zehnten in Richardessen durch den hildesheimer Kämmerer Ludolf, Ritter, und dessen Schwager (socer) Konrad von Luthardessen an das Kl. Amelunzborn. 1302 Januar 6 (in die epiphania domini).*

Wi . . rad unde . . borgere unde . . gemene der stad to Goslere doth witlic allen den, de dissen bref seth unde horeth, dhat wi mit deme erbaren heren biscop Sifverde to Hildensem unde deme sthichte gedegedinget hebbet aldus, dat wi van des biscopes unde van des stichtes luden nenen nyen tollen scolen nemen, unde de biscop unde de sine scolen in der stad to Goslere wanderen seker lives unde godes, of se umbesprokene lude sin, vor allen den, de dor uns don unde laten willen, unde scolen nicht vorvan den biscop unde de eme tobehoret to vordegedhingen an irme gode unde jenigerleye stucke. Were dat also, dat en scade geschehe mit unrechte van jenegen unsen borgeren eder van unseme gesinde eder ut der stad to Goslere eder in de stad, dat scole wi weder don binnen vier weken, swanne so wi is vormanet werden, an minnen oder an rechte. Ne vormochte wi des nicht mit den luden, de den scaden deden, so scolde unse voget over se richten, of se de biscop eder de sine vorclageden. Wi scolen oc ere viande wesen mit deme biscope unde scolen nene sone mit en anegan also lange, wante se deme biscope unde den sinen erlegeden an minnen eder an rechte. Wolde oc de biscop den rad sculdegen umme dirre sake jenege, dar scolden eme tvene man ut deme rade vore antworten na minnen oder na rechte. Dat wi dat stede, vast unde ane arge list eweliken halden, dat love wi entruwen also verne, also it weder dem rike

noch weder deme landvrede nene si, unde ir orkundeth mit unseme ingesegele. Dit is oc bedegedhinget unde bescreven in der stad to Goslere na goddes bord na dusent jaren na drehundert jaren unde in deme anderen jare, in deme avende sente Nocolaus<sup>1)</sup> des heiligen bichterers.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Nr. 380. Stadtsiegel von den roten Seidenfäden verloren. Gedr. nach Copie Bode, UB. III, S. 23 Nr. 37.*

**1400.** *Otto, Propst des Moritzstiftes, Konrad Rovere, Ritter, Albert von Wallenstedt, Dietrich von Sehlede und Heinrich von Kniestedt, Knappen, bekunden, dass Lutgard, Kunigunde, Irmgard und Elisabeth, Töchter des Grafen Heinrich von Wohldenbergh, auf acht Hufen und Zubehör in Geitelde (Getlede), welche der Graf dem Kl. Steterburg übertragen hat, verzichtet haben. Wohldenbergh 1302 Dezember 6 (in die sancti Nicolai episcopi).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Steterburg Nr. 21. Die fünf Siegel verloren.*

**1401.** *Graf Heinrich von Wohldenbergh und Otto, Propst des Moritzstiftes, übergeben dem Bischof Siegfried das Eigentum von drei Hufen in Gross-Heere (in maiori Here), die Gerhard Blusse von ihnen zu Lehn hat, und erhalten dafür von jenem das Eigentum von zwei Hufen in Barfelde (Bervelte) und einer Mühle zwischen Gronau (Gronowe) und Barfelde an der Despe (Espene). 1302 Dezember 11 (tercio idus decembris).*

Testes sunt Bernhardus scolasticus, Bernhardus cantor, Conradus de Valkensten canonici Hildensemenses, Albertus Boc, Arnoldus Boc et Lippoldus de Roscinghe.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 381. Die beiden Siegel gut erhalten.*

**1402.** *Bischof Siegfried übergiebt mit Zustimmung des Domkapitels den Brüdern Otto, Propste des Moritzstiftes, und Heinrich Grafen von Wohldenbergh das Eigentum zweier Hufen in Barfelde (Bervelte) und die untere Mühle zwischen Gronau und Barfelde an der Despe (Espene), und erhält dafür von jenen das Eigentum dreier Hufen in Gross-Heere (in maiori Herre), die von ihnen Gerhard Blusse zu Lehn hat. 1302 Dezember 11 (tertio idus decembris).*

<sup>1)</sup> So das Or.

Testes sunt Albertus Boc, Arnoldus Boc, Henricus et Ascuinus de Stenberch, Lippoldus de Roddinge, Iohannes de Dotessem milites ac ministeriales nostre ecclesie.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 102. Siegel des Bischofs und des Domkapitels an rot-grünen geflochtenen Seidenschnüren. Gedr. Marienroder UB. S. 144 Nr. 132. An demselben Tage bekunden obige Brüder von Wohldenberg den Verkauf der beiden Hufen und der Mühle durch den Knappen Bernhard von Bockenem und seinen Vetter Erembert an das Kloster, Or. a. a. O. Nr. 103 mit wenig beschädigten Siegeln, gedr. a. a. O. S. 145 Nr. 133, ebenso der Rat der Stadt Dezember 13 (Lucie virginis), Or. a. a. O. Nr. 105 mit Bruchstücken des Stadtsiegels an rot-grünen geflochtenen Seidenschnüren, gedr. a. a. O. Nr. 135, Doebner, UB. S. 311 Nr. 567.*

**1403.** *Otto, Propst des Moritzstiftes, und Heinrich Graf von Wohldenberg, Brüder, übertragen dem Kl. Marienrode das von Dietrich von Hachem gekaufte Lehnrecht zweier Hufen in Barfelde (Bervelte), die das Kloster vom Knappen Bernhard von Bockenem gekauft hat, und das Eigentum einer Mühle zwischen Gronau und Barfelde, die sie von der Hildesheimer Kirche gekauft haben. 1302 Dezember 13 (Lucie virginis).*

Testes sunt Ernestus pincerna et Iohannes filius suus milites, Albertus Boc miles et Ordenberch filius suus, Lippoldus de Rothinge et Lippoldus filius suus milites, Arnoldus Boc, Iohannes de Dotessem, Aswinus et Boldwinus de Stenberge milites, Hermannus et Hermannus dicti Boc, Eylardus, Iohannes et Henricus de Domo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 104. Beide Siegel an rot-grünen geflochtenen Seidenschnüren gut erhalten. Gedr. Marienroder UB. S. 146 Nr. 134.*

**1404.** *Bodo von Homburg verkauft mit Zustimmung seiner Frau Agnes, seines Bruders Heinrich, Domherrn in Hildesheim und Minden, und seiner Geschwister und Kinder an Kl. Amelunxborn einen Hof und vier Morgen in Volksen (Volchardessen). 1302.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Amelunxborn Nr. 3. Beschädigte Siegel des Ausstellers und des Domherrn an roten Seidenfäden. Gedr. Orig. Guelf. IV, S. 499.*

**1405.** *Die Grafen H(einrich) und H(ermann) von Wohldenberg schenken den halben Zehnten des Dorfes Radgodesen dem Kl. Amelunxborn. 1302.*

Testes presentes aderant dominus Otto prepositus Montis Hildensem frater noster, dominus Henricus ibidem maioris ecclesie

canonicus fratruelis noster, dominus in Homborch Bodo consanguineus noster, dominus Thidericus Hildensemensis ecclesie canonicus, dominus Aschwinus, dominus Henricus,<sup>1)</sup> dominus Iohannes fratres dicti de Saldere, dominus Lyppoldus de Hoenboken, frater Iohannes prior, frater Iohannes cellerarius, frater Ghyso camerarius, frater Henricus infirmarius monachi in Amelungesburn.

*Abschr. des 14. Jahrhunderts im Diplom. des Kl. Amelunzborn I, fol. 107 v im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**1406.** *Lambert von Sehlde verkauft der Kapelle in Wittenburg drittheil Hufen und einen Hof in Sorsum. Winzenburg 1302.*

In nomine domini amen. Lambertus dictus de Seleda omnibus in perpetuum — —. Innotescat presentibus et futuris, quod ex consensu et consilio Tiderici de Seleda, Bertoldi et Tiderici fratrum dictorum de Elece cognatorum meorum magis familiarium et aliorum meorum quorum interest affinium et heredum ad usum capelle in Wittenborch Reynekino incluso et fratri Iohanni sacerdotibus eiusdem capelle inhabitatoribus, Iordano et Iohanni cenobitis ipsis subministrantibus necnon ipsorum perpetuis successoribus ibidem vitam religionis eligentibus duos mansos et dimidium situs in Sozerum apud Wittenborch et curiam ibidem attinentem cum omni iuris integritate, sicut est in agris cultis et incultis, pratis, paschuis, aquis et silvis et eciam cum libertate proprietatis patronatus et pheodi rationabiliter pro triginta et quatuor marcis puri argenti vendidi et in proprium dedi eidem capelle obtinendos et prefatis eius inhabitatoribus fructione quieta et libera perpetuis temporibus possidendos, iustam warandiam de optentu dictorum bonorum dictis cenobitis faciens, ubicumque vel quandocumque fuero requisitus, pre omnibus, qui sibi sepedicta bona presumpserint usurpare.<sup>1)</sup> Ne igitur presens actio alicuius malignitate valeat retractari, sed ut hec libertas, collatio et proprietatio sepedicte capelle et suis inhabitatoribus iugiter perseveret, in huius rei testimonium cautelosum presens scriptum iussi mei sigilli robore communiri. Presentis actionis et negocii testes sunt dominus Arnoldus decanus maioris ecclesie in Hildensem, dominus Hermannus de Steinberch canonicus ibidem, Hartmannus prepositus in Wlinghusen, Sifridus plebanus in Eildaghessen, Conradus plebanus in Elece clerici, Henricus, Asquinus et Baldvinus milites dicti de Steinberch, Arnoldus miles dictus Bok,

<sup>1)</sup> Cop. Hericus.    <sup>2)</sup> Vor usurpare im Or. inpedire getilgt.

Iohannes miles et Tidericus famulus fratres dicti de Wlvig, Wicbrandus miles de Haleboldessen, Gherardus miles de Elece, Bruno miles dictus Frenke, Luderus et Albertus fratres dicti Wlf et ceteri clerici et laici fide digni. Datum et actum Wincenborch coram Sifrido venerabili episcopo Hildensemensi anno domini millesimo trecentesimo secundo.

*Or. im Germanischen Museum zu Nürnberg. Siegel und Befestigung verloren.*

**1407.** *Das Kl. Wöltingerode bekundet, dass die Vorsteherin des Krankenhauses mit Unterstützung der Wittwe von Hombome eine Wiese in Dudingerode von ihm gekauft habe zur Aufbesserung des Hofes in Isingerode und Unterstützung der Kranken, und dass sie den Torweg des Klosters habe ausbessern lassen. 1302.*

Nos Iohannes dei gratia prepositus, . . Gertrudis abbatissa, . . Conegundis priorissa . . totusque conventus sanctimonialium in Waltingerode omnibus, ad quos hec littera pervenerit, orationes in domino sempiternas. Notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod magistra infirmarum nostri claustrum ex promotione et auxilio vidue in Goslaria dicte de Hombome et aliorum amicorum suorum comparavit ab ecclesia nostra gramina in Dudingerode, que nobis ex bonis Nicolai de Dudingerode et ex bonis Iohannis dicti Gronewalt emptionis foro fuerunt resignata et soluta, in auxilium curie Ysingerode perpetuo libere possidenda, hoc adiecto, quod quecumque pro tempore magistra extiterit infirmarum exceptis aliis serviciis infirmis dominabus de supradictis graminibus speciale beneficium ad valorem fertonis puri argenti ministrabit annuatim. Preterea in refugium curie Ysingerode et malum statum terre<sup>1)</sup> de communi consensu nostri conventus fecit ex propriis expensis et denariis reparari waluam claustrum nostri, quod quicumque fratrum pro tempore custos eiusdem curie fuerit habeat ad sua necessaria reponenda absque contradictione vel impetitione prepositi nostri sive aliorum amicorum nostri claustrum. Ut autem hec nostra ordinatio a nostris successoribus inviolabiliter observetur, nos presens scriptum conscribi fecimus et sigillo nostre ecclesie roboramus. Testes huius facti sunt conventus et fratres nostri claustrum. Actum anno domini millesimo trecentesimo secundo.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 68. Siegel verloren von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

<sup>1)</sup> terre über der Zeile nachgetragen.

**1408.** *Hermann und Bertold, Ritter, und Heinrich, Knappe, Brüder von Oldershausen verkaufen dem Bischof Siegfried ihren Anteil des Schlosses Westerhof mit dem Berge und mit der Freigrafschaft, den Stuhl zu Kalefeld und das freie Gut in der Grafschaft, und erlauben ihm, das freie Gut zu Kalefeld und die Grafschaft über das Dorf innerhalb der nächsten vier Jahre für vierzig Mark von ihnen zu kaufen. Über die Dörfer Oldershausen (Oldwardeshusen), Düderode (Dudingeroode), Oldenrode und Abbenrode gestatten sie ihm keine andere Gerichtsbarkeit als das dreimal im Jahre zu haltende Landding, und empfangen von ihm drei Erbhöfe auf dem Schlosse Westerhof. O. D. (1302).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Cal. Or. Des. 28 W. Caps. 7 Nr. 3 in doppelter Ausfertigung. Gedr. Sudendorf, UB. II, S. 99 Nr. 170.*

**1409.** *Einteilung und Register der Obedienzien des Moritzstiftes. O. D. (nach 1302).*

Placuit dominis nostris, ne discordia oriretur de obedienciis. Diviserunt ergo in hunc modum. In Betenem quatuor mansi cum duabus areis una. Decima in parvo Vorsete una. Pratum apud Dampmonem una. Allodium in Vorsete cum tribus mansis una. In Gherdessem quatuor mansi una. Decima in Stidiem cum duobus mansis una. Quatuor mansi in Bernethen, molendinum in Covinghe, duo mansi in Holthusen, duo mansi in Borsem una. Census in Dampmone, parvum pratum apud Crelonem, area in Lotingessen, ii mansi in Almenstede una. Allodium in Berberghe, mansus in Uvinghe, duo mansi in Renedhe, unus mansus in Eghenstede, area in Lotingessen, que pertinet ad pelvim beate Marie virginis una. Stempne, Machtelsem, Dedelmissen una. Himdesdore, Osedhe, vii mansi litorum in Berberghe una. Officium in Bethenem una. Curia in Gledinghe cum duobus mansis et unus mansus solvens quinque solidos in eadem villa una. In Herkenblede area consulum in Dampmone cum quibusdam adiacentibus una. Item tres mansi in Almenstede, ii in Hoyersem una. Item quatuor mansi in Henedhe cum<sup>1)</sup> areis attinentibus, parva decima in Dunghen, i mansus in Soledhe una. De censu istarum arearum in Henedhe cuilibet fratrum v denarii dabuntur, vicariis ii solidi in festo sancte trinitatis, et erit magnus ordo.

<sup>1)</sup> cum fehlt im Cop.

Obediencia Stidiem habet decimam ibidem, de qua dan(tur)<sup>1)</sup> cuilibet fratrum vi solidi iii obulis minus. Item ibidem ii mansos, de quibus dantur cuilibet fratrum xiiii denarii.

Item obediencia in Stempne habet ii mansos non decimales, de quibus dantur obedienciaro xii modii tritici, cuilibet fratrum sedecim personis iii modii<sup>2)</sup> siliginis, et obedienciarus suis iii modii siliginis carebit; quindecim personis cuilibet iii modii ordei, obedienciarus iterum carebit; avene iii modii cuilibet quindecim personis, obedienciarus carebit; et viii personis dat obedienciarus de tritico supradicto iii modios ordei, iii modios avene, Machtelsem habet iii mansos; annona inde proveniens est dominorum. Dedelmissen habet unum mansum, qui solvit x solidos et iiii pullos, de quibus dantur cuilibet fratrum v denarii.

Obediencia minoris census in Dampnone. Prima domus vicinior ultime domui, que spectat ad sanctum Iohannem versus Lutzinge worden, dat i solidum, et de huic viciniori domo i solidum. De domo, que fuerat Bruckeman, xviii denarii et de viciniori huic xviii denarii. De domo consulum v solidi. De domo viciniori versus Montem xxx denarii. De viciniori huic v solidi.<sup>3)</sup> Iterum de proximiori isti ii solidi, de viciniori iterum isti ii solidi, de ultimis duabus domibus Henrici Dankolfi apud valuam Montis ix solidi. De censu istius ultime domus dantur cuilibet fratrum in festo Nycolai iiij denarii.<sup>4)</sup> De alio primo censu dantur cuilibet fratrum vj denarii, cuilibet vicariorum iii denarii, in festo divisionis apostolorum vi. Eciam candele de duobus talentis cere ponentur ante maiestatem infra cancellos, que incenduntur omni nocte festivitatum, cum chorus accenditur.

Obediencia Brocedhe habet i mansum, qui solvit xii solidos, de quibus dantur cuilibet fratrum vj denarii. Ienhusen habet i mansum, qui solvit terciam partem annone, obedienciaro tantum, et duas areas, maior solvit iiii solidos, iii pullos et quadraginta ova, minor<sup>5)</sup> solvit iii solidos, ii pullos et xxx ova. De istis dantur cuilibet fratrum iiij denarii. Item minuta decima in Iesen est sola illius, cui committitur, sed denarii de foligine, id est wet, sunt dominorum.

Obediencia Berenten habet sex mansos, de quibus habet obedienciarus xii modios tritici. Cuilibet fratrum iiii modios siliginis, iiii ordei et iiii avene. Sunt ibidem due aree iuncte curiis villicorum, qui colunt mansos, de quibus dat quilibet villicus ii solidos.

<sup>1)</sup> Cop. datur.    <sup>2)</sup> Cop. modios.    <sup>3)</sup> Cop. solios.    <sup>4)</sup> Cop. denarius.  
<sup>5)</sup> minor—ova auf dem oberen Rande nachgetragen.



De curiis autem dant pullos, ova, aucas et porcos, qui sunt obedienciarum. Est ibidem alia area, que solvit ii solidos, iii pullos et unam sexagenam ovorum. Item alia area, que solvit vi solidos et vi pullos. Ad hanc pertinent ii mansi in Bolzem, qui solvunt v fertones argenti Hildensemensis, de quibus procurabuntur ii candele ad summam missam; quelibet candela habebit unum talentum. De quibus eciam duo denarii in pane ponentur supra tumulum fundatoris qualibet sexta feria et tunc unus denarius offeretur ad missam. De molendino Covinghe dantur ii solidi et ii pulli. In Holthusen prope Embeke sunt ii mansi et una area; unus mansus solvit i fertonem puri argenti, alter solvit dimidiam marcam, de quibus dantur cuilibet fratrum septem denarii.

Obediencia Himdesdore habet ii mansos, de quibus dantur cuilibet fratrum i modius siliginis, i ordei et i avene, obedienciarum cuiuslibet duplum et iii modii tritici eidem et iiii plaustra lignorum. Ad<sup>1)</sup> hanc pertinent v mansi in Osedhe, quorum dimidietas est vicariorum duorum sancte crucis et sancti Martini. In Berberghesunt septem mansi; horum v mansi solvunt quilibet x solidos, unus viii solidos, unus, qui scolarium est, qui solvit vi solidos. De hiis dantur in vigilia penthecostes cuilibet fratrum xviii denarii, Iohannis baptiste cuilibet fratrum vj denarii, ad duas vigiliis iiii denarii et iiii denarii.<sup>2)</sup>

Obediencia Vorsethe prope Alvelde habet vii mansos, quorum annona de iiii mansis cedet ad communes usus prebendarum. De reliquis iii recipit obedienciarum terciam partem annone, de quibus dat cuilibet fratrum Agnetis xiiii denarios, item in cena domini vii solidos.

Obediencia Vorsethe vendi solet decima pro uno plaustro siliginis et vii modiis tritici, pro uno plaustro ordei et vii modiis avene, pro uno plaustro<sup>3)</sup> et vii modiis, et novem pulli ibi dantur pro decima. De ista annona dan(tur)<sup>4)</sup> cuilibet fratrum xxi denarii octava Martini.

Obediencia Henedhe annona de allodio est dominorum. Obedienciarum exinde dantur porci iiii, auce iiii, sexagene iiii ovorum, pulli viii. Est ibi una area, qua fuerat Thiderici de Evesen, que solvit vii pullos et unum pro decima et vii solidos. Ad hanc aream

<sup>1)</sup> Cop. et. <sup>2)</sup> Hier fügt eine Hand des 15. Jahrhunderts ein: illos modios fratribus dandos iam recepit summus vicarius ex mansis in Osede. <sup>3)</sup> Hier fehlt wohl die Getreidesorte. <sup>4)</sup> Cop. datur.

pertinent vii iugera. Annona inde proveniens cedit ad album panem, sicut infra dicetur. Est ibi alia area, que vocatur Duvenberch, que solvit vi solidos et viii pullos. Est ibidem et alia area penes aquam, que solvit vii solidos et vii pullos. De hiis areis dantur cuilibet fratrum v denarii, vicariis duo solidi, campanario duo denarii, camerario duo in festo trinitatis. Ad hanc obedienciam pertinet parva decima in Dunghen super sex mansis. Due partes decime sunt nostre ecclesie, tertia pars est ecclesie in Derneborch. Nostra pars vendi solet pro v modiis tritici, siliginis xviii, ordei v, avene xx. De isto dantur cuilibet fratrum vi denarii et iterum vi denarii. Ad hanc eciam obedienciam spectat unus mansus in Soledè, qui solvit xvi solidos et viii pullos, de quo cuilibet fratrum datur vj denarius. Hic mansus locatus est Eckehardo dicto van der Weyde. De hoc habetur privilegium. Huic obediencie in Henedhe additi sunt iiii mansi in Dunghem, qui solvunt x modios tritici, quinquaginta siliginis, x ordei, quinquaginta avene, iiii porcos, vi pullos, iiii aucas, iiii sexagenas ovorum. De hiis dabuntur<sup>1)</sup> cuilibet canonico in anniversario domini Volradi prepositi ii solidi, cuilibet vicario vi denarii, magistro, camerario, campanario cuilibet vi denarii, scolariis de dormitorio xviii denarii, item ad album panem dimidium plaustrum tritici. Item ad eundem panem addita sunt vii iugera in Henedhe, que fuerant Thiderici de Evesen.

Obedienciam Berberghe annona de vorwerco est dominorum. Exinde dantur quatuor porci, iiii auce, iiii sexagene ovorum, viii pulli. Sunt ibidem due parve aree, unam habet villicus in subsidium minuti census, de reliqua dat ipse ii solidos et iiii pullos. Ad hanc obedienciam pertinent duo mansi litonici in Renedhe<sup>2)</sup> qui solvunt x solidos, de quibus dantur cuilibet fratrum vii denarii in festo Andree. Item unus mansus in Eghenstede, qui solvit viii solidos, de quibus dantur<sup>3)</sup> cuilibet fratrum iiii denarii, vicariis ii solidi in festo Felicis et Adaucti. Item una area in Lotingessen, quam habet quidam dictus Knop, que solvit v solidos, que pertinet ad pelvim altaris beate virginis. Item unus mansus in Uvinghe, hic solvit nunc j marcam, quem violenter detinet Albertus de Dalem, qui solvebat xii solidos.

Obedienciam Gerdessen sunt iiii mansi in eadem villa, qui solvunt iiii talenta, viii pullos, iiii sexagenas ovorum, de quibus dantur

<sup>1)</sup> Cop. dabitur.    <sup>2)</sup> Cop. Revedhe.    <sup>3)</sup> Cop. datur.

cullibet fratrum sex denarii, vicariis duo solidi in die Katherine, item in die omnium sanctorum cullibet fratrum vii denarii. Ad hoc pertinet unus mansus in Wedersen, qui solvit terciam partem annone, de quo dantur<sup>1)</sup> cullibet fratrum iiij denarii.

Obediencia Almenstede habet iii mansos, annona est dominorum, solvunt vi solidos, vi pullos, vi sexagenas ovorum. Hoygersem ii mansi solvunt vi modios tritici, xviii siliginis, ordei xxi, avene xxiiii, iii solidos, vii pullos. De isto procurabitur candela super necessarium dominorum et unus anniversarius de viii solidis.

Obediencia Bethenem habet iiii mansos, qui dant terciam partem annone, que est dominorum. Villicus dat iiii porcos, iiii aucas, xii pullos, iiii sexagenas ovorum. Duo kotere dant de duabus areis v solidos et i modium papaveris, viii pullos. Parva area, quam habet pater Arnoldi de Bethenem pistoris, solvit xviii denarios.

Obediencia Gledinghe habet duos mansos, mansum de viginti iugeribus, et unam curiam, solvunt xxiiii modios siliginis, ordei tantum, avene tantum, de quibus datur cullibet fratrum unus modius siliginis, unus ordei, unus avene, residuum est obediencia alii.<sup>2)</sup> Villicus dat ii porcos, ii aucas, ii sexagenas ovorum, iiii pullos. Item sunt ibidem iii iugera de novali. Item est ibidem unus mansus solvens v solidos, ii pullos, qui dantur dominis nostris in quodam anniversario.

*Abtschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 38–39 v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Auszüge gedr. Doebner, UB. III, S. 662 Nachtr. Nr. 53 zu 1297. Doch ist wegen der Erwähnung des Anniversaries des Propstes Volrad (stirbt 1302) die Urk. wohl nach 1302 anzusetzen.*

**1410.** *Das Domkapitel bestimmt, dass jeder neu Präbendierte drei Mark zu Gunsten der Paramente zahlen soll, was Bischof Siegfried bestätigt. 1303 Februar 10.*

Dei gratia Arnoldus decanus totumque Hildensemensis ecclesie capitulum presentibus publice recognoscimus, quod secunda feria in adventu domini in nostro generali capitulo de nostro communi consilio ordinavimus et omnium consensu statuimus, postquam alicui persone provisum fuerit legitime in ecclesia nostra in beneficio prebendali sive per dominum apostolicum sive per venerabilem in Christo patrem ac dominum nostrum . . episcopum sive per capitulum omnibus spiritualibus rite et rationabiliter circa illum completis,

<sup>1)</sup> Cop. datur. <sup>2)</sup> So das Cop., wohl statt obedienciarii.

talis dabit tres marcas examinatas propter continuum usum et consumptionem nostrorum preparamentorum causa vetustatis ad nova preparamenta comparanda et ad ipsa vetera vetustate consumpta, ut diximus, renovanda. Talis etiam numquam de fructibus prebende se intromittet, donec dicte tres marce fuerint persolute, aut capitulum vel quos capitulum ad hoc ordinaverit fructus ipsius prebende ad certum terminum vendent aut pro ipsa pecunia obligabunt prout ipsis visum fuerit expedire. Nulli etiam in ista ordinatione et statuo est gratia aliquatenus facienda. Nos etiam Sifridus dei gratia prefate ecclesie episcopus presens statutum provide et rationabiliter factum auctoritate ordinaria presentibus confirmamus in nomine domini et in signum dicti statuti capituli et nostre confirmationis presentem litteram appensione sigillorum nostri scilicet et nostri capituli duximus roborandum. Est autem hec ordinatio facta anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. tercio, quarto idus februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 386. Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**1411.** *Propst Burchard, Dechant Bertold, Küster Heinrich, Scholaster Bertold, Dietrich von Weetzen (Wetesse), Eberhard von Borsum und das Kapitel des Kreuzstiftes, welche 25 Mark Silber dem Bischof Siegfried zur Unterstützung der neu errichteten Burg Liebenburg (Levenborch) an Schatz (petitionis nomine) zu entrichten haben, verkaufen dem genannten Scholaster, dem mag. Andreas, Kanoniker des Andreasstiftes, und dem Albert vom Damme, den Testamentsvollstreckern ihres verstorbenen Stiftsherrn Bruno von Harsum, für 20 Mark eine Rente von zwei Pfund aus den Gütern in Klein-Freden (parvo Vreden ante Lechtenberch) und den Alloden in Kemme, Ahstedt (Astede) und Klauen (Cloven), mit näheren Bestimmungen über die Verwendung der Rente. 1303 Februar 13 (ydus februarii).*

Testes — — sunt domini supradicti necnon magister Wernerus, Conradus de Scheningge sacerdotes, Boldwinus de Elvede, Daniel de Industria dyaconi, magister Egydius, Thidericus de Cramme, Bruningus, Hermannus de Clivo subdyaconi et canonici sancte Crucis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 235. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 311 Nr. 568.*

**1412.** *Ritter Adolf von Holte überträgt dem Kl. Marienrode den sogen. Besenwerder an der Leine zwischen Barnten (Berenten)*

und Rössing (Roddinge), den das Kloster von Ludolf von Barnten, wohnhaft auf dem Damme bei Hildesheim, gekauft und dieser ihm resigniert hat. 1303 Februar 22 (die sancti Petri in cathedra).

Testes huius rei sunt Conradus de Winningehusen, Iohannes de Bardeleve, Conradus de Broke, Conradus Pollex milites.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 106. Siegel des Ausstellers, wenig beschädigt, zeigt drei (2:1) Adlerflügel. Gedr. Marienroder UB. S. 148 Nr. 136.

**1413.** Priorin M(athilde) und der Konvent des Kl. Escherde machen mit dem Kl. Derneburg eine Gebetsbrüderschaft. Escherde 1303 März 1 (feria sexta post Invocavit).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 46b. Gut erhaltenes Konventsiegel.

**1414.** Erzbischof Burchard von Magdeburg bekundet, dass der Wald Harlingeberg durch den Markgrafen Otto von Brandenburg und den anderen Friedensrichtern dem Kl. Wöltingerode geschenkt worden ist. Magdeburg 1303 März 7 (nonas martii).

Abschrift des 16. Jahrhunderts in Cop. VI, 115, S. 342 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Sudendorf, UB. IX, S. 89 zu 1300 März 5.

**1415.** Ritter Wichbrand von Harboldessen bekundet, von dem Michaeliskloster Land in Nettelrede und eine Salzpfanne in Munder gegen einen jährlichen Zins erblich erhalten zu haben. 1303 März 12.

Ego Wichbrandus de Harboldessen miles recognosco presentibus publice protestando, quod recepi in commissio a domino abbate sancti Michahelis Hildensemensis tres mansos et curiam necnon duos mansos cum curia in Netelredhe, insuper duas casas ibidem et unam sargatinem in salina Mundere sub annuo censu et hereditario viginti quatuor pullorum et duorum talentorum Honoverensis monete annis singulis currentis et dativae, nec ego possum aut mei heredes post meam mortem poterunt dicta bona dividere vel vendere absque consensu abbatis et conventus monasterii memorati. Iam dictum vero censum ego et mei heredes dabimus sine diminutione et expedita in festo sancti Michahelis omni anno aut in festo beati Martini subsequente, dum tamen id cum amicicia domini abbatis faciamus. Verum si, quod absit, ego aut mei heredes solutionem census eiusdem usque ad pascha tunc proximum differremus aut si bona venderemus vel obligaremus aut quocumque modo per eadem

bona monasterium predictum inbrigaremus seu turbaremus, tunc antedicta bona sine contradictione aliqua ad ecclesiam sancti Michaelis predictam integraliter cum suis attinentiis revertentur ut prius libera et soluta. Testes huius rei sunt Bertrammus de Harboldessen frater meus, Everhardus de Rethen, Tidericus de Stockem milites et quamplures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigillum meum et sigilla predictorum militum presentibus sunt appensa. Et nos Bertrammus, Everhardus, Tidericus milites prenominati in testimonium predictorum sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum anno domini m<sup>o</sup>. trecentesimo<sup>1)</sup> tercio, in die beati Gregorii pape.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 107. Die vier Siegel wenig beschädigt.*

**1416.** Ritter Johann von Ütze (Uttesse) verkauft dem Kl. Wöltingerode vier und eine halbe Hufe nebst Hausstellen in Börsum. 1303 März 19 (quartodecimo kalendas aprilis).

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, St. Blasii. Siegel des Ausstellers an roten und gelben Wollfäden. Regest Asseburger UB. II, S. 21 Nr. 573, Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 264 Nr. 510. Am 21. März (xii. kalendas aprilis) bestätigt Herzog Albrecht von Braunschweig den Verkauf, Or. a. a. O., gedr. Scheidt, Vom Adel, Mantiss. S. 383, Regest Asseburger UB. II, S. 22 Nr. 574. erwähnt Hänselmann a. a. O.*

**1417.** Herzog Albrecht von Braunschweig verkauft dem Michaeliskloster die Vogtei über 18<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Hufen in Gross-Lafferde. 1303 März 25.

In nomine domini amen.<sup>2)</sup> Dei gratia nos Albertus dux in Brunewich. Ad perpetuam rei memoriam tenore presentium publice recognoscimus protestantes, quod conventionem nobiscum inita et habita advocatiam nobis hereditario iure pertinentem super decem et octo mansis et dimidio in maiori villa Lafforde Hildensemensis dyocesis sitis, qui quidem mansi cum eorum proprietate pertinebant et pertinent ad monasterium et conventum beati Mychahelis Hildensemensis civitatis et dyocesis, pro centum marcis puri argenti monasterio et conventui predictis vendidimus cum omnibus iuribus eius et attinentiis in villis, campis cultis et incultis pariterque colendis, in pratis, pascuis, silvis, viis et inviis, terris et generaliter cum omni iure, proprietate<sup>3)</sup> et utilitate sua,<sup>4)</sup> quibus eam habuimus et possedimus, liberam et expeditam donamus et in predicti mo-

<sup>1)</sup> Or. trecensimo. <sup>2)</sup> Verlängerte Schrift A. u. B. <sup>3)</sup> proprietate fehlt B. <sup>4)</sup> sua fehlt B

nasterii corporalem possessionem perpetuo possidendam presentibus presentamus et transferimus ob specialem venerationem et reverentiam patronorum eiusdem loci et ut dictus conventus nostri ac parentele nostre memoriam sincerius peragat apud deum. Protestamur etiam publice et expresse, colones et cultores dictorum mansorum nullis iuribus et servitiis, nullis angariis et exactionibus tam nobis et heredibus nostris quam advocatis et aliis subditis nostris ratione advocatie predictae esse adstrictos nec de cetero aliquibus adstringi debere, immo ab omnibus predictis erunt immunes et erepti ac penitus absoluti. Et ob hoc expresse renuntiamus pro nobis et nostris heredibus, qui nunc sunt et qui quocumque iure nobis succedere poterunt, dicte advocatie et hominibus et bonis ac omnibus iuribus ad eam pertinentibus, que de facto vel de iure hactenus habuimus et que essemus in posterum habituri. Si vero, quod absit, aliquis dictum monasterium ratione dicte advocatie impetere et imbrigare voluerit, nos ipsi monasterio et conventui de evictione cavere volentes obligamus et adstringimus nos et heredes nostros, quod super dicta advocatia monasterio et conventui sepe dictis contra quamcumque personam plenam et legitimam prestare et facere volumus warandiam. Huius autem rei testes sunt honesti viri Iohannes de Uttesse, Ecbertus de Asseborch, Gerhardus<sup>1)</sup> de Gustede, Iohannes et Ludolfus fratres de Honlege<sup>2)</sup> milites, Bertoldus de Honlege<sup>2)</sup> notarius noster canonicus sancti Blasii in Brunswich et quam plures alii fide digni. Ut autem huius advocatie prescripta venditio cum proprietate ipsius et omnibus suis iuribus et utilitatibus, sicuti nos habuimus, firmum et perpetuum sortiatur effectum et ut omnia et singula, quemadmodum prescripta sunt, a nobis et nostris heredibus, qui nunc sunt et qui quocumque iure nobis succedere poterunt, firma et inconvulsa serventur, presentem paginam inde conscriptam et sigilli nostri munimine roboratam predicto monasterio dedimus ad cautelam. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo tercio, octavo kalendas aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 108 (A) und in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Michaeliskl. Nr. 18 von derselben Hand (B). An beiden grosses rundes Siegel des Herzogs an roten Seidenfäden. Gedr. Struben, De bonis mayerdingis S. 592, Regest mit Zeugen Aaseburger UB. II, S. 22 Nr. 575.*

**1418.** *Herzog Albert von Braunschweig verkauft dem Michaeliskloster die Vogtei über vier Hufen in Gross-Lafferde, die ihm Ritter*

<sup>1)</sup> Gherhardus B.    <sup>2)</sup> Honlege B.



*Rotcher und Knappe Johann, Söhne des Ritters Willekin von Gustedt, aufgelassen haben. 1303 März 25 (octavo kalendas aprilis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung, Michaeliskl. Nr. 109 und 110. Grosses rundes Siegel des Herzogs an roten Seidenfäden an beiden erhalten.*

**1419.** *Ritter Johann von Dahlum verzichtet mit seinen Söhnen auf alles Recht an Gütern in Giesen gegenüber dem Godehardikloster. 1303 März 26.*

Noverint universi tam posteri quam presentes, quod nos Iohannes miles dictus de Dalem una cum filiis nostris videlicet Engelberto et Rodolfo abrenunciamus ab omni inpeticione et causa, quam in bonis Iesen sitis beati Godehardi dinoscebamur habere resignantes ecclesie beati Godehardi in Hildensem omne ius, si quod iuris bonis habuimus in eisdem. Ne igitur — —. Testes huius rei sunt dominus Ernestus canonicus maioris ecclesie in Hildensem archidiaconus in Sehusen, dominus Henricus plebanus in Sehusen, dominus Dodo sacerdos ibidem, dominus Engelhardus plebanus in Odenhusen, Conradus de Gandersem miles, Lippoldus de Hedershusen et alii quam plures fidi digni. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>iii<sup>o</sup>., in crastino annunciationis beate virginis gloriose.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehardi Nr. 48. Die drei Siegel zeigen einen Greifenkopf.*

**1420.** *Das Kl. Heiningen bestimmt mehrere Einkünfte für die Küsterei und Kämmererei. 1303 April 4.*

Quoniam omnium habere memoriam pocius divinitatis est quam humanitatis, propterea ista conscripsimus, ne ab aliquibus nostris successoribus infringantur, scilicet quatuordecim solidos de Gileda ad custodiam ordinatos de uno manso penes Hetle sito, ad hoc de altero dimidio manso in Westerbiwende quatuor coros tritici et tres coros avene tali conditione, quod tertia pars sedit ad custodiam alieque due partes ad cameraturam, insuper decem solidos de uno orto apud muros Brunswic vallato et quatuor solidos de uno manso in Gremesleve, hec sunt ad prememoratum officium custodie pertinentes. Quod hec firma et indissolubilia maneant, per sigillorum nostrorum munimina roboramus. Datum anno domini m<sup>o</sup>.ccc<sup>o</sup>.iii<sup>o</sup>., in die beati Ambrosii episcopi.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 50. Beschädigte Siegel des Konventes und des Propstes.*

**1421.** *Hildebrand von Hardenberg, Knappe, übereignet mit Zustimmung seiner Brüder Bernhard, Domherrn in Hildesheim, Hermann, Domherrn in Minden, Bernhards des Jüngeren u. a. dem Kl. Amelunzborn eine Hufe in Holtensen (Holthusen iuxta Moringen). 1303 April 14 (in die Tyburtii et Valeriani).*

*Abchrift des 14. Jahrhunderts im Diplomatar des Kl. Amelunzborn I, fol. 71v im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Gedr. Wolf, Gesch. der von Hardenberg I., Nachtrag S. 13.*

**1422.** *Die Brüder Burchard, Ekbert und Hermann von Wolfenbüttel resignieren dem Bischof Siegfried die Vogtei von fünf Hufen in Denstorf (Denstörpe) und einer Hufe in Hallendorf (Hedhelendhorpe), damit er sie dem Michaeliskloster übertrage. 1303 April 23 (in die beati Georgii martiris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 111. Wenig beschädigtes Siegel des Burchard. Gedr. Asseburger UB. II, S. 22 Nr. 576, wo in der 7. Zeile nostrum und in der 8. permansuram zu lesen. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 265 Nr. 514.*

**1423.** *Die Brüder Burchard, Hermann und Ekbert von Wolfenbüttel verkaufen dem Michaeliskloster die Vogtei von fünf Hufen in Denstorf (Denstörpe). 1303 April 23 (in die beati Georgii martiris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 112. Gut erhaltenes Siegel des Burchard. Gedr. Asseburger UB. II, S. 22 Nr. 578.*

**1424.** *Die Grafen Gerhard und Gerhard von Hallermund schenken dem Kl. Barsinghausen ihre Besitzungen in Luttringhausen. Eldagsen 1303 Mai 25 (in die Urbani pape et martiris).*

*Astiterunt presentes dominus Iohannes nobilis de Adenoys, filius eius dominus Fredericus canonicus Hildensemensis — —.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Barsinghausen Nr. 88. Gedr. v. Hoderberg, Calenberger UB. I, S. 63 Nr. 87.*

**1425.** *Bischof Siegfried macht mit Gottschalk von Plesse ein Bündnis. Hildesheim 1303 Juni 5.*

*Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus. Noverint universi, quod cum nobili viro Godscalco de Plesse placitavimus in hunc modum. Nos ipsum quoad vixerit recepimus in familiam et in cunctis suis necessitatibus astabimus pro ipso firmiter placitando. Ipse vero cum dicto castro Plesse nobis serviet et cum decem viris armatis et totidem dextrariis faleratis et illud castrum nobis et*

nostris debet, quandocumque necesse habuerimus, aperire. Ceterum quicquid in prima expeditione id est in prima reysa, ubi homines sui cum hominibus nostris fuerint, acceptum seu captum fuerit de burgensibus vel civibus, illius dimidiam partem ipse tollet; quod autem superfuerit nostrum erit. Item terciam partem exactionis, rapine ac captivorum burgensium videlicet vel civium percipiet per terram ducis Henrici de Brunswic a Laena usque ad aquam, que Sevena nuncupatur, et tercie parti quod superfuerit nos tollemus. Item ad sua bona pacificanda duas habebit villas competentes. Si vero domino concedente castrum, clausuram seu munitionem aliquam, ubi homines sui ac nostri simul fuerint, vel victoriam in campo acquisierimus, ex captivis ibidem captis quemcumque voluerimus eligemus, deinde ipse unum quem velit eliget de eisdem, reliqui cedent nobis. Item si ipse aliquem captivaverit, qualiscumque etiam fuerit conditionis, qui viginti marcas dare poterit, obtinebit. Si etiam dux Albertus de Brunswic eius fieret inimicus, terciam partem exactionis, rapine et captivorum, secundum quod est prescriptum, per suam terram ab illa parte aque, que Herste dicitur, ipse tollet. Quamdiu autem ei non inimicabitur, nos iuvare super ipsum ex hiis placitis non tenetur. Si vero in nostro servicio, quod absit, perderet castrum suum et ipse vel sui armigeri vel res, que reysege have dicuntur, caperentur, hoc nos aut noster successor tenebimur resarcire. Ut hec premissa processum habeant, dabimus eidem sexaginta marcas puri argenti, quarum triginta in festo beati Martini proxime venturo et triginta in festo pasche immediate subsequente persolvemus. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus communiri. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. tercio, in die beati Bonifacii martiris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Cal. Or. Des. 81c Nr. 3. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1426.** *Propst Burchard, Dechant Bertold und das Kapitel des Kreuzstiftes vertauschen mit dem Kl. Riddagshausen gegen zwei Hufen in Meerdorf (Merdorpe), welche Ulrich Kahle (Calvus) und seine Brüder von ihnen zu Lehn hatten, zwei Hufen in Süd-Bülten (Sudbultum inter Soltschen et Olesburg), mit denen Bernhard Schuster (Sutor) in Peine belehnt ist. 1303 Juni 5 (nonas iunii).*

*Or. in Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 370. Siegel des Propstes und des Konventes beschädigt. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 267 Nr. 517.*

**1427.** *Bischof Siegfried übereignet das Patronatsrecht der Kapelle oder Kirche in Warsleben (Werdesleve) mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Marienthal (Vallis sancte Marie) mit der Bestimmung, dass als Ersatz für die Einkünfte der Kapelle, die auf eine Stendaler Mark jährlich geschätzt werden, der Domkirche eine Hufe in Ausleben (Osleve), die dem Ritter Betemann von Schöningen (Scenigge) gehörte, übertragen wird. Hildesheim 1303 Juni 22 (decimo kalendas iulii).*

Testes — — sunt Henricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Iohannes de Roden, Conradus de Walkensten, Otto celerarius, Iohannes de Oberch — — ecclesie nostre canonici.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Marienthal Nr. 281. Siegel des Bischofs und des Domkapitels an roten und grünen Seidenfäden gut erhalten.*

**1428.** *Die Grafen Hermann und Heinrich von Wohldenber, Brüder, lassen ein Viertel des Zehnten in Dorstadt dem Bischof Siegfried auf, der es dem Kl. Dorstadt übereignet. 1303 Juni 30 (in crastino beatorum apostolorum Petri et Pauli).*

Testes sunt honorabiles viri domini Henricus decanus, Iohannes de Roden, Arnoldus de Visbeke canonici ecclesie Hildensemensis, Iohannes de Uttese, Ecbertus de Asseborch, Heyno de Werle, Henricus de Urdhe et Fredericus de Ampeleve milites.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Die beiden Siegel gut erhalten. Regest Asseburger UB. II, S. 23 Nr. 579. In einer besonderen Urk. dieses Jahres ohne Tagesangabe bekennen die Brüder Konrad und Johann und Ludolf, Sohn des Ludolf, des (†) Bruders jener, Grafen von Wohldenber, kein Recht an dem Zehnten in Dorstadt zu haben, Or. a. a. O., die drei Siegel gut erhalten.*

**1429.** *Genannte Ritter bekunden, dass Ulrich Vakeholle aus Peine eine Hufe in Gadenstedt von Liten des Kreuzstiftes unter Vorbehalt des Rückkaufes durch das Stift gekauft hat. Peine 1303 Juli 22.*

Nos Godescalcus de Ullesen, Basilius de Rutenberch, Iohannes de Godenstide milites presentibus protestamur, quod Olicus dictus Vakeholle de Peyne famulus mansum unum Godenstide situm habentem xlii iugera pertinentem ecclesie sancte Crucis Hildensemensis et solventem vii solidos et modium tritici advocatie in festo Michahelis ad prebendam canonicorum eiusdem ecclesie pro xxiiii marcis puri argenti a Friderico, Thiderico et Iohanne fratribus de Asle et eorum iustis heredibus litonibus sancte Crucis emit eo modo,

ut, quodcumque capitulum ecclesie sancte Crucis vel aliquis de capitulo voluerit eundem mansum pro eadem summa ab eodem Ol(rico) famulo et suis heredibus reemere, possit omni impedimento postposito et sublato, et quod idem Ol(ricus) vel sui heredes predictum censum in predicto termino debent solvere expedite, et si non solverint, solvent penam cum censu, quam alii homines ecclesie solvere consueverunt. Et ne super hoc aliquid dubium in posterum oriatur, nos rogati presens scriptum sigillis nostris sigillavimus in horum evidens argumentum. Datum Peyne anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. iii<sup>o</sup>., in die Marie Magdalene.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 236. Die drei Siegel verloren.*

**1430.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass der Bürger Heinrich Rolant und seine Frau Eileka eine Rente von einem Pfund aus zwei Häusern bei den Fischbänken dem Andreasstift verkauft haben. 1303 Juli 24 (in vigilia beati Iacobi apostoli).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Andreasstift Nr. 19. Siegel verloren. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 313 Nr. 569.*

**1431.** *Das Maria-Magdalenenkloster tauscht mit dem Domkapitel Grundstücke in Dingen zur Errichtung eines neuen Allodes daselbst. Hildesheim 1303 August 1.*

Nos frater Geroldus prepositus, Margareta priorissa totumque collegium monasterii sancte Marie Magdalene prope muros Hildensemenses recognoscimus per presentes et publice protestamur, quod, cum nos discretorum virorum consilio novum allodium in villa que dicitur Dungen instaurare decrevissemus, honorabiles viri dominus Ar(noldus) prepositus et dominus Heynr(icus) decanus totumque capitulum Hildensemensis ecclesie intuitu dei, ob reverenciam quoque beate Marie Magdalene duas areas et duas casas ipsorum in predicta villa sitas cum proprietate et cum omni iure suo ecclesie nostre contulissent, nos in recompensationem talis gratie nobis facte duas areas nostras ibidem similiter sitas cum duabus casis, cum proprietate et cum omni iure civili superius memoratis dominis nostris liberaliter resignamus in hiis scriptis equanimiter perpetuo possidendas. Super qua resignacione sive permutacione ne dubium in posterum oriatur, nos presentem litteram inde conscriptam sigillo capituli nostri consignatam sepius prelibatis dominis nostris presentavimus pro cautela. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. iii., in sancto die ad vincula sancti Petri apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 382. Konventssiegel in grünem Wachs. Auf der Rückseite von Hand des 15. Jahrhunderts: spectat ad obed. Welshusen. Die entsprechende Urk. des Domkapitels Or. Mar.-Magdal. Nr. 140 mit dem Siegel des Domkapitels vom 25. Juli (in die sancti Jacobi apostoli).*

**1482.** Propst Johann von Lamspringe unter den Zeugen der Urk., in welcher Ritter Lippold von Dahlum und Knappe Thomas von Oldershausen (Olderdeshusen) von dem st. Blasiuskloster in Northeim Güter und Mühle in Olenhusen (Ollenhusen) kaufen. Winzenburg 1303 August 3 (in inventione sancti Stephani).

*Gedr. Leyser, de servis nobil. S. 5, opusc. collecta S. 155.*

**1483.** Das Kl. Marienthal gibt dem Bischof eine Hufe im Felde von Ausleben als Ersatz für das ihm von demselben übertragene Patronatsrecht der Kirche in Warsleben. Marienthal 1303 August 14.

In nomine domini amen. Nos frater Wasmodus abbas Vallis sancte Marie ordinis Cysterciensis Halberstadensis dyocesis recognoscimus per presentes publice protestantes, quod de gratuito tocius conventus nostri consensu et assensu pro temporalibus capelle vel ecclesie in Werdesleve proventibus annexe tytulo ecclesie Osleve, cuius ius patronatus cum proprietate per venerabilem patrem dominum Hildensemensis ecclesie episcopum ex capituli sui voluntate et consensu in nostrum monasterium est translatum, dedimus unum mansum, qui fuerat domini Betemanni de Sceninge, cum area sua et aliis pertinenciis situm in campis Osleve solventem annis singulis dimidium chorum tritici et dimidium siliginis Magdeburgensis mesure et area solvente duos solidos Helmestadensium denariorum in restaurum ipsi matrici ecclesie magne Osleve ex bona voluntate et ordinacione domini Iohannis plebani ibidem liberum et absolutum in ius proprium proprietatis tytulo perpetuo possidendum, ut ipsa matrix ecclesia ex hac translacione patronatus et proprietatis totaliter sit indemnis et ne ipsius proventus seu redditus videantur in aliquo diminuti. In cuius rei evidens testimonium presentes nostras litteras duximus erogandas. Datum in Valle sancte Marie anno domini millesimo trecentesimo tercio, in vigilia assumptionis<sup>1)</sup> beate virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 383. Konventssiegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen in grünem Wachs.*

<sup>1)</sup> Or. assumponis.

**1434.** *Johann von Gustedt gestattet dem Bischof Siegfried den Rückkauf der ihm verpfändeten Mühle in Grasdorf (Gravestorp), neun Lathufen in Holle und einer Hufe in Grasdorf. Hildesheim 1303 August 19 (xiiii. kalendas septembris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 394. Das gut erhaltene Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt drei (2:1) Kesselhaken.*

**1435.** *Bischof Hermann von Halberstadt gewährt denen, welche die Kirche in Heiningen an bestimmten Tagen besuchen und die Nonnen unterstützen, Ablass. 1303 August 26.*

Hermannus dei gracia Halberstadensis ecclesie episcopus — — omnibus vere penitentibus et contritis, qui pauperculis sanctimonialibus in Henighe Hildensemensis dyocesis singulis sextis feriis necnon eciam in singulis festivitibus suas elemosinas dederint aut quicquam facultatum suarum in extremis legaverint vel miserint aut quoquo modo eisdem manns suas porrexerint adiutrices, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius necnon sancti Stephani prothomartiris patroni nostri meritis et auctoritate confisi quadraginta dies indulgencie et unam karenam de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus voluntate dyocesani ad id accedente pariter et consensu. Datum anno m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. iiii<sup>o</sup>. vii. kalendas septembris, pontificatus nostri anno septimo.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts, beglaubigt i. J. 1713 im Cop. des Klosters, Ms. 546 S. 125 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Ebenda S. 126 ein fast wörtlicher Indulgenzbrief des Erzbischofs Burchard von Magdeburg d. d. 1303 August 23 (in crastino beati Bartholomei apostoli).*

**1436.** *Heinrich, Domdechant, Otto, Propst des Moritzstiftes, Hermann und Heinrich, Brüder, Konrad und Johann, Brüder, und Ludolf, Grafen von Wohldenbergr schenken dem Kl. Stötterlingenburg drei Hufen und einen Hof in Wenderode, die ihnen die Brüder Nicolaus und Engelco von Lochtum aufgelassen haben. Hildesheim 1303 September 7 (in vigilia nativitatis virginis gloriose).*

*Gedr. nach dem Or. mit wenig beschädigten Siegeln v. Schmidt-Phiseldack, Die Urkunden des Kl. Stötterlingenburg S. 42 Nr. 52.*

**1437.** *Der Rat der Stadt Hildesheim bekundet, dass Johann von Ottbergen und seine Frau Adelheid eine Rente von zehn Schilling aus*



einem Hause vor dem Ostertor dem Kaplan Bruno der Annenkapelle beim Kreuzstift gegeben und dafür von diesem eine gleiche Rente aus dem Hause jener auf dem Alten Mark erhalten haben. Nach dem Tode des Kaplans soll die eine Hälfte der Rente an das Bauamt (structura) des Andreasstiftes und die andere Hälfte an die Stifftsherrn daselbst zum Anniversar seines Vaters fallen. 1303 September 25 (feria quarta ante Michaelis).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Andreasstift Nr. 20. Beschädigtes Stadtsiegel. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 313 Nr. 570.

**1438.** Der Rat der Stadt Hildesheim bekundet, dass Bruno, Kaplan der Annenkapelle beim Kreuzstift, eine Rente von zehn Schilling aus einem Hause vor dem Ostertor habe, von der nach dem Tode des Inhabers die eine Hälfte an das Bauamt (structura) des Andreasstiftes, die andere an die Stifftsherrn daselbst zum Anniversar seines Vaters fallen solle. 1303 September 25 (feria quarta ante Michaelis).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter, gleichlautender Ausfertigung von derselben Hand, Andreasstift Nr. 21a und 21b. Siegel von beiden verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 314 Nr. 571.

**1439.** Johann von Dahlum und Söhne verpflichten sich zur Zahlung von fünf Mark zu bestimmten Terminen an Kl. Lamspringe und verpfänden dem Kloster für weitere drei Mark Güter und Zehnten in Panshausen. 1303 November 18.

Notum sit omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, quod ego Iohannes miles de Dalem et filii mei Engelbertus et Rodolfus tenemur domino preposito et ecclesie in Lammespringe in octo marcis<sup>1)</sup> puri argenti, de quibus tres marcas in purificatione sancte Marie et duas marcas in festo pasche proxime venturo sub fide data finaliter persolvemus; pro residua parte pecunie bona et decimam nostram in Panteshusen cum omnibus proventibus predictae ecclesie obligamus, ut tam diu in sua habeat possessione, donec de predicta pecunia fuerit integraliter expedita. Et nos fratres Engelbertus et Rodolfus in signum ratihabitionis et promissionis sigilla nostra cum sigillo patris nostri presentibus duximus apponenda. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. tercio, in octava beati Martini.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 87. Die drei Siegel verloren.

<sup>1)</sup> marcis über der Zeile nachgetragen.

**1440.** *Bischof Siegfried bestätigt die Schenkung des Patronatsrechtes der Kapelle in Nordburg durch Herzog Otto von Braunschweig an das Kl. Wienhausen. Hildesheim 1303 November 28 (iiii<sup>o</sup>. kalendas decembris).*

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 137. Siegel des Bischofs.*

**1441.** *Bischof Siegfried überträgt mit Zustimmung des Domkapitels dem Edeln Johann von Adensen das Eigentum von vier Hufen in Wretzingehusen und gibt dafür demselben vier andere Hufen ebenda zu Lehn. 1303 Dezember 1 (in capite adventus domini).*

Testes huius sunt Iohannes de Rodhen, Arnoldus de Visbeke, Ernestus Bok canonici nostre ecclesie, Albertus Bok, Conradus de Saldere, Ludolfus camerarius milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Barsinghausen Nr. 92. Siegel des Bischofs ab, das des Domkapitels stark beschädigt. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. I, S. 65 Nr. 91, wonach Wretzingehusen wüst bei Messenkamp. Johann v. Adensen schenkt diese Hufen dem Kl. Barsinghausen mit Zustimmung des Bischofs u. des Domkapitels, vgl. v. Hodenberg a. a. O. Nr. 93 und die folgende Nr.*

**1442.** *Edler Johann von Adensen, der vom Bischof und Domkapitel das Eigentum von vier Hufen in Wretzingehusen erhalten hat, nimmt vier andere von seinem Eigentum ebenda von der Kirche zu Lehn. 1303 Dezember 1.*

Nos Iohannes nobilis dominus de Adenoys recognoscimus et digne protestamur, quod nos de benignitate exhibita per venerabilem patrem episcopum et capitulum ecclesie Hildensemensis in proprietate quatuor mansorum in villa Wretzingehusen nobis et nostris heredibus data, quos hucusque ab ecclesia in pheodo tenuimus, non sufficimus regraciari. Nos vero talis gratie non immemores ex hoc Hildensemensem ecclesiam matrem nostram condempnari recordantes quatuor mansos in eadem villa sitos nostre proprietatis cum consensu filiorum et filiarum nostrarum cum omni iure et utilitate in restaurum prefatorum bonorum ab ecclesia Hildensemensi nos et nostri heredes in pheodo recipere inperpetuum obligamus et hoc sigillorum nostrorum munimine roboramus. Quia Iohannes filius noster sigillo proprio caruit, usus fuit nostro. Testes huius sunt Ludoldus de Escerte, Wikbrandus de Haleboldessen, Iohannes de Theinhusen milites et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo tricentesimo tercio, in capite adventus domini,

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 385. Gut erhaltene Siegel des Ausstellers, des Hildesheimer Domherrn Friedrich von Adensen, des Johann von Adensen und der Gräfin Adelheid von Hallermund, die die Tochter des Ausstellers ist.* [www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**1443.** *Luthmar, genannt Rubere, Mönch in Marienrode (Betzingerode), unter den Zeugen der Urk., in welcher Heinrich von Wenden den Verzicht des Knappen Ludolf Slengherdus auf den Zehnten in Schöppenstedt bekundet. 1303 Dezember 1 (kalendas decembris).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 372.*

**1444.** *Bischof Siegfried einverleibt mit Zustimmung des Johann von Roden (Rodhen), Archidiakons in Stöckheim, die Kapelle in Stedere dem Kl. Steterburg derart, dass der Altar in ihr wie ein Altar des Klosters betrachtet werde und der zeitige Propst in der Kapelle den Gottesdienst versehe und über die Verwendung ihrer Einkünfte bestimme, auch auf Michaelis jährlich dem Archidiakon einen Ferto entrichte. Dies genehmigen Dompropst Arnold, Domdechant Heinrich, Domscholaster Bernhard und das Domkapitel. Hildesheim 1303 Dezember 13 (in die beate Lucie virginis).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Steterburg Nr. 23. Von den drei Siegeln an roten Seidenfäden nur das letzte, das des Archidiakons, erhalten.*

**1445.** *Bischof Siegfried verordnet de consilio domini Arnoldi nostre ecclesie prepositi tunc decani, dass im Johannisstift die seit mehreren Jahren vernachlässigte Messe der h. Maria wieder täglich gelesen werde und zwar durch den Stiftsherrn Heinrich von Gronau, dem dafür die Einkünfte eines Gartens bei der Bartholomäuskirche und eine Rente von einem Pfund aus einer Fleischbank am Markte zugewiesen werden sollen, sowie, dass die Einkünfte der drei vom Dompropst Arnold gegründeten Jahrgedächtnisse (seiner Mutter, des früheren Dompropstes Johann und des Domkantors mag. Bruno) unter dem gen. Heinrich und dem Küster gleichmässig verteilt werden. Hildesheim 1303.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 39. Siegel des Bischofs beschädigt, das des Dompropstes Arnold und des Domdechanten Heinrich gut erhalten. Gedr. nach Cop. Würdtwein, Nova subs. I, 357, nach dem Or. Doebner, UB. I, S. 314 Nr. 572.*

**1446.** *Bischof Siegfried bekundet den Verzicht des Friedrich von Bleckenstedt auf die seinem Vater von dem früheren Propste des Moritz-*

*stiftes übertragen gewesene Meierei in Gödringen. 1303 auf dem Tage zwischen Ruthe und Pattensen.*

**Syfridus** dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus. Noverint universi, quod, cum dominus Volradus quondam prepositus Montis Hildensemensis suam et sue ecclesie Montis villicationem in Gode-ringhe domino Ernesto de Blickenstede militi commisisset, dilectus nobis in Christo dominus Otto de Woldenberch nunc prepositus Montis ad preces intimas dicti Ernesti et suorum amicorum dissimulat, ut eandem villicationem sibi absolutam et liberam, quamdiu dicto preposito placuerit, ex gratia possideat, ita tamen quod ministret integraliter sibi et sue ecclesie Montis de prefata villicatione annis singulis ministranda. Ad futurorum igitur cautelam Fredericus famulus dicti Ernesti filius in nostra presentia confessus, se nichil iuris aut gratie in eadem villicatione habere et predicto preposito grates de gratia patri suo facta referens promisit fide data et Otto de Boltesem avunculus eius ac Hermannus de Himdesdor sororius suus cum eo et pro eo dicto preposito fide data promiserunt, quod nec post mortem dicti patris sui nec in vita ipsius prefatam villicationem neque in bonis nec edificiis impetere vellet nec posset nec sibi modo aliquo usurpare. Super quibus ne dubium oriatur, sigillum nostrum presentibus apponi fecimus ad cautelam. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. tertio in placitis inter venerabilem dominum Mindensem episcopum necnon nobilem virum comitem de Wnstorph et nos inter castrum nostrum Rutha et Pattenhusen habitis presente nobili viro . . . advocato de Monte et aliis pluribus fide dignis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 76. An dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen Bruchstück des bischöflichen Siegels.*

**1447.** *Das Kl. Dorstadt bekundet, dass seine Schaffnerinnen einige zur Küsterei gehörige Morgen in Kalme verkauft und dafür eine Hausstelle in Dorstadt unter angegebenen Bedingungen erworben haben. 1303.*

Io(hannes) dei gratia prepositus, Eliana priorissa totusque conventus sanctimonialium in Dorstat — —. Ad perpetuam igitur rei memoriam devenire cupimus tam ad posteros quam presentes, quod, cum officium nostre custodie quedam haberet iugera Callenem sita, de quibus census annualis abrupte et inutiliter solveretur, domina Sophia de Mandere et domina Margareta tunc temporis

sacristre nostre, ut prefatum censum in usus sibi vertentur propitiores, de consensu domini nostri prepositi et tocius conventus predicta iugera vendiderunt, quandam aream in Dorstat sitam solventem iiii solidos annuatim cum predicto precio comparantes tali conditione, quod, si dominus prepositus in posterum vellet villam destruere et eam arabilem reddere, sicut factum de quibusdam areis iam videtur, tantum deberet annone de nostro granario predictis sacristis vel aliis, que ipsas secute fuerint, ministrari, qua annona iam dictus census posset integre comparari. Ut autem — —. Datum anno domini m<sup>o</sup>. trecentesimo tercio.

*Or. im Archiv zu Dorstadt. Siegel des Propstes und des Konventes gut erhalten.*

**1448.** *Die von Cramme übertragen dem Kl. Lamspringe eine ihnen resignierte Hausstelle in Mahlum gegen Entschädigung. 1303.*

Nos Borchardus et filius noster Harbertus ceterique filii nostri dicti de Cramme necnon Lippoldus miles et Borchardus filii Ludolphi militis dicti de Cramme recognoscimus tam presentibus quam futuris publice per presentes, quod Ewerhardus de Maldem aream unam in dicta villa Maldem, quam a nobis in pheodo tenuit, de consensu omnium coheredum suorum<sup>1)</sup> ad usum et utilitatem ecclesie in Lammespringe nobis libere resignavit. Nos recepta hac resignatione pro remedio animarum nostrarum et ad petitionem dicti Ewerhardi predictam aream ecclesie in Lammespringe cum omni iure in villa et extra villam, quod ei competere videtur, ratione dicte aree donavimus et presentibus donamus et tradimus iure proprietatis et domini liberaliter et irrevocabiliter perpetuo possidendam, recipientes nichilominus in restaurum quatuor iugera et unam aream in minori villa Bokenem sive Hostert nuncupata eodem iure, sicut predictam aream in nostra quieta et pacifica possessione habuimus et possedimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum anno domini millesimo ccc<sup>o</sup>. tercio.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 88. Schildförmiges Siegel des Burchard, drei Lilien (2:1), und des Ludolf, Helm mit zwei Lilien, gut erhalten.*

**1449.** *Die Grafen von Wohldenbergh übertragen eine ihnen resignierte Hausstelle und eine halbe Hufe in Mahlum dem Kl. Lamspringe*

<sup>1)</sup> suorum über der Zeile nachgetragen.

*und bekunden, dass Heinrich von Mahlum aus seinem Eigentum eine Hausstelle ebenda demselben Kloster überlassen hat. 1303.*

Dei gratia Conradus et Iohannes comites de Woldenberge et Ludolphus comes de Woldensten filius Ludolphi comitis omnibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod Everhardus de Maldem aream unam et dimidium mansum in ipsa villa Maldem, quem a nobis in pheodo tenuit, de consensu Henrici patruelis sui et omnium coheredum suorum, quorum intererat, ad usum et utilitatem ecclesie in Lammespringhe nobis libere resignavit. Nos itaque recepta hac resignatione pro remedio animarum nostrarum necnon ad petitionem predicti Everhardi et parentum suorum predictam aream cum dimidio manso cum omni iure in villa et extra villam ecclesie in Lammespringhe liberaliter et irrevocabiliter in proprietatem seu proprium eorum donavimus et presentibus donamus et tradimus iure proprietatis et domini perpetuo possidenda, recipientes nichilominus a dicto Everhardo redditus solventes annuatim dimidiam marcam puri argenti in restaurum, quos a nobis tenebit titulo pheodali. Insuper recognoscimus et presentibus protestamur, quod Henricus predicti Ewerhardi patruelis coram nobis unam aream in sepe dicta villa Maldem de suo proprio ecclesie iam dicte dimisit liberam et solutam recipiens in concambium ab Ewerhardo unam aream in ipsa villa, quam a militibus dictis de Bortwelde in pheodo tenuit et possedit. Ut autem — —. Testes huius sunt Trobo miles, Henricus de Haringhe, Arnoldus de Elvede, Bertoldus de Here et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno domini millesimo ccc<sup>o</sup>. tercio.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 89. Die Siegel Konrads und Johans wenig, das des Ludolf stark beschädigt.*

**1450.** *Graf Konrad von Wohldenberge bekundet den Verzicht des Knappen Heinrich Stocbrot auf Güter des Kl. Wöltingerode in Hilwerdingerode. 1303.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 69. Von den vier Siegeln nur ein Bruchstück des Siegels des Propstes von Neuwerk erhalten. Gedr. Sudendorf UB. IX, S. 50, Bode UB. II, S. 32 Nr. 51.*

**1451.** *Ludolf von Warberg (Werberch) verkauft mit Zustimmung seines Bruders Hermann, Domherrn, und seiner Schwester Kunigunde, Frau des Anno von Heimburg (Heyneburc), dem Kl. Marienberg zwei Hofstellen und eine Hufe in Behndorf (Benedorp). Schloss Warberg 1303.*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Marienberg Nr. 174. Siegel des Ausstellers (zwei Seebblätter mit Wurzel) gut erhalten, die beiden anderen verloren.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**1452.** *Bischof Siegfried bestätigt den Friedrich von Magdeburg und dessen Nachfolger, sofern sie von dem Pfarrer und nicht vom Vikar von Eberholzen eingesetzt sind, als Vikare der Marienkapelle in Möllensen. Hildesheim 1304 Januar 14.*

Nos Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus recognoscimus presentibus publice protestantes, quod de consensu et beneplacito dominorum Borchardi prepositi, Bertoldi decani et capituli ecclesie sancte Crucis in Hildensem necnon honorabilis viri Arnoldi prepositi nostre maioris ecclesie et archidiaconi in Reden et de speciali consensu domini Thiderici de Wettessem nunc plebani ecclesie in Elberholthusen et voluntate domini Hermanni eiusdem ecclesie in Elberholthusen perpetui vicarii dominum Fredericum quondam dictum de Magdeburch rectorem capelle sancte Marie virginis in Molhusen filie ecclesie in Elberholthusen iam predictae ad prefatam capellam Molehusen et omnes in posterum ipsius in eadem capella successores non per vicarium sed per plebanum in Elberholthusen, qui nunc vel qui pro tempore fuerit, institutos in hiis scriptis perpetuamus nostra auctoritate ordinaria in nomine domini nostri Ihesu Christi salvis octo solidorum et unius libre cere redditibus prefate sue matrici ecclesie in Elberholthusen annis singulis persolvendis. In cuius rei testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillis nostro videlicet et domini Arnoldi prepositi nostre ecclesie Hildensemensis necnon Borchardi prepositi, Bertoldi decani et capituli ecclesie sancte Crucis et domini Thiderici de Wettesse canonici eiusdem predictorum fecimus communiri. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, xix<sup>o</sup>. kalendas februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 237. Die sechs Siegel verloren.*

**1453.** *Bischof Siegfried überträgt auf Bitten des Ritters Konrad von Sauringen (Zovinghe) dem Kl. Dorstadt das Eigentum zweier Hufen in Üfingen (Vviinghe), welche Johann, der verstorbene Vater des Konrad, dem Kloster geschenkt hat. 1304 Januar 16 (in die beati Marcelli pape et martiris).*

*Or. im Archiv zu Dorstadt. An dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen das wenig beschädigte Siegel des Bischofs.*



**1454.** *Das Kreuzstift verkauft, um eine Steuer des Bischofs Siegfried bezahlen zu können, den Testamentsvollstreckern des Dechanten Leonhard aus Gütern in Elbe eine Rente von zwei Pfund und bestimmt über deren Verteilung. 1304 Januar 16.*

Nos dei gratia Borchardus prepositus, Bertoldus decanus totumque capitulum ecclesie sancte Crucis in Hildensem recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod, cum propter petitionem venerabilis domini nostri Syfridi Hildensemensis episcopi in arto positi habito multiplici tractatu et consilio minus nocivam et ut speramus viam meliorem eligentes domino Courado de Scheninghe et domino Thiderico de Cramme canonicis nostris et testamentariis domini Leonardi bone memorie nostri quondam decani pro viginti marcis examinatis libere vendidimus et manendum iure perpetuo vendimus presentibus duorum talentorum redditus dativorum et usualium denariorum videlicet in bonis nostris allodio et septem mansis indecimalibus in Elvedhe ad peragendum dicti decani anniversarium et ad alia, que idem decanus ordinavit, per dictos testamentarios aut per obedientiarium qui pro tempore fuerit ministrandum. Istorum vero duorum talentorum talis erit distributio. In anniversario dicti decani dabuntur nobis quindecim solidi, quorum medietas dividetur inter canonicos existentes in vigiliis, reliqua vero medietas dividetur inter canonicos existentes in missa animarum, octo vicariis nostris dabuntur cuilibet quatuor denarii et quilibet dicet missam animarum, camerario et campanario quatuor denarii, ad candelam super sanctuarium solidus. Item in anniversario suo scolares de dormitorio legent psalterium in capella sancte Anne et dabuntur eis quatuor solidi paratorum denariorum et cum uno solido ementur simule et cervisia, quas lecto psalterio scolares comedent et bibent, et cum uno solido comparabuntur ceree candeles, cum quibus scolares legent psalterium, et cum quatuor solidis ementur in quadragesima allecia, que obedientarius per vices scholaribus de dormitorio ministrabit. Preterea in divisione apostolorum dabitur cuilibet canonico et vicario presenti cuneus prebendalis pro sequentia Celi enarrant cantanda, quam idem decanus cantari instituit, quod obedientarius cum tribus solidis comparabit. In anniversario Hoyerii cuiusdam sacerdotis, qui prefato decano quatuor marcas Bremensis argenti mutuo concesserat, quas non solverat, dabuntur fratribus presentibus quatuor solidi, ut memoria ipsius sacerdotis vigiliis et missa animarum devotius peragatur. Ultimos vero quatuor solidos obedientarius sibi

pro suis laboribus obtinebit et obedientiaris specialem respectum habebit de dictis duobus talentis redituum ad nostrum cellerarium aut ad eum, cui ~~dictum malodium~~ duxerimus committendum. Testes sunt domini Thidericus de Wetessen, magister Wernherus, Conradus de Scheninghe, Henricus de Kantelsem sacerdotes, Bertoldus scolasticus, Boldewinus de Elvede, Daniel de Industria dyaconi, magister Egidius, Everhardus de Borsum, Thidericus de Cramme, Hermannus de Clivo subdiaconi canonici nostri. Et ut dicta venditio atque ordinatio inviolabiliter observetur omni impedimento postposito, presentem litteram sigillis nostris scilicet prepositi, decani et capituli predicti fecimus sigillari dantes in perpetuum testimonium super eo. Datum anno domini millesimo trecentesimo quarto, xvii. kalendas februarii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 238. Die drei Siegel verloren.*

**1455.** *Domherr Ludolf von Wenden schenkt mit Zustimmung seiner Brüder Heinrich und Balduin, Ritter, dem Marienhospitale in Braunschweig die sogen. Mühlenwiese in Veltenhof. 1304 Februar 2 (in die purificationis beate Marie virginis).*

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig. Siegel verloren. Gedr. Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 272 Nr. 523.*

**1456.** *Papst Benedikt XI. gestattet dem Akoliten Heinrich von Dassel, trotz seines Geburtsfehlers die Subdiakonen- und Diakonenweihe zu empfangen und ein kirchliches Benefizium ohne Seelsorge zu erhalten. Lateran 1304 Februar 4.*

Henrico de Dasle acolito Hildensemensis diocesis. Apostolice sedis grata benignitas specialis dono gratie illos digne prosequitur, qui virtutum dicuntur meritis adiuvari. Cum itaque de litterarum scientia, conversatione vite laudabilis et aliis probitatis meritis fidedignorum testimonio commenderis, nos devotionis tue precibus inclinati tecum<sup>1)</sup> ut non obstante quod pater tuus presbiter te genuit de soluta possis ad subdiaconatus et diaconatus ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium sine cura etiam obtinere tecum auctoritate apostolica dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensationis etc. Dat. Lat(erani) ii. non. febr., anno primo.

*Vatik. Archiv Reg. 51 fol. 135 a Nr. dlxxxii (die zweite von 3 Urkunden, die diese Nummer führen), freundlichst mitgeteilt vom Preuss. Histor. Institut in Rom. Regest Grandjean, Le registre de Benoit XI. S. 443 Nr. 702.*

<sup>1)</sup> So das Or.

**1457.** *Abt Hildebrand des Godehardiklosters verkauft mit Zustimmung des Konventes dem Domherrn Johann von Oberg eine Wiese vor der Venedig für die Pferde und Milchkühe des Klosters mit Vorbehalt des Weiderechtes. 1304 Februar 6 (feria quinta post dominicam Exurge).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Godehardikl., Ms. 311 fol. 82 in der Beverinischen Bibliothek. Gedr. Doebner, UB. I, S. 315 Nr. 573.*

**1458.** *Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg bekundet, dass Wikbrand von Harboldessen und sein Sohn von dem Michaeliskloster den Mönchhof in Volksem unter angegebenen Bedingungen auf Lebenszeit als Meiergut erhalten haben. 1304 Februar 22.*

Dei gratia nos Otto dux de Brunescvic et Lunenburg presentibus recognoscimus publice protestando, quod constituti in nostra presentia Wicbrandus miles dictus de Harboldessen et Wicbrandus filius suus subditi nostri recognoverunt et protestati sunt, quod receperunt in commisso nomine villicorum ad tempora vite ipsorum a domino abbate monasterii sancti Michaelis Hildensemensis curiam ipsius monasterii, que dicitur Monkehof sitam Volkersem cum suis attinentiis exceptis mansis litonicis et bonis aliis ad curiam non pertinentibus, de qua curia solvere debent annuatim conventui duo talenta denariorum Hildensemensis monete annis singulis dative, quorum unum in festo beati Michaelis et aliud festo purificationis beate virginis presentabunt. Item solvent specialiter domino abbati unum talentum pro hospicio, ita quod decem solidos dabunt annuatim in festo beati Michaelis et decem solidos festo pasche. Si vero domino abbati aliquando fortasse placuerit petere hospiciam suam pro more consueto, sive hoc faciat circa beati Michaelis festum aut circa festum pasche, tunc, cum hospiciam petierit, a solutione decem solidorum erunt absoluti. Preterea si ipsi solutionem horum trium talentorum deputatis, ut prescriptum est, terminis non solverint, tunc indubitanter persolvere debent ante festum pentecostes immediate sequens. Quod si tunc ipso die sancte pentecostes non solverint ex toto, quocumque anno hoc neglexerint, tunc dicta curia cum suis attinentiis domino abbati debet esse libera et dominus abbas poterit eam committere et locare cuicumque voluerit pro sua libera voluntate. Item post mortem eorum heredes ipsorum nichil iuris habebunt in eadem curia, sed ad monasterium beati Michaelis libere cum suis attinentiis revertetur. Igitur quia predicti protestati sunt coram

nobis, se ista plene et integre velle servare, nos ab ipsis rogati presentem litteram appensione nostri sigilli munitam domino abbati et conventui ~~provrobore~~ **et testimonio** duximus erogandam. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, in cathedra beati Petri apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 113. Stark beschädigtes Siegel des Herzogs.*

**1459.** *Pfarrer Hermann in Volksen und Wikbrand von Hareboldessen bekunden den Verzicht der Brüder von Volksem auf eine Hufe ebenda zu Gunsten des Michaelisklosters. O. D. (zu 1304 Februar 22).*

Nos Hermannus sacerdos plebanus in Volkersem et Wicbrandus miles de Hareboldessen sub appensione nostrorum sigillorum recognoscimus, quod nobis videntibus et audientibus Iohannes et Hinricus fratres dicti de Volkerssem cum consensu domine Vredheke matris eorum et Hermanni fratris eorum et omnium aliorum heredum eorum domino Hinrico abbati de sancto Michacle in Hildensem et ecclesie sue unum mansum situm in Volkersem linguis et digitis plane et libere resignarunt, ita quod nichil iuris retinerent sibi vel suis heredibus in eodem. Et huic resignacioni nobiscum intererant dominus Arthus et Iohannes sacerdotes, Gerhardus monachus sancti Michaelis, Engelhardus et Berthrammus et Thidericus Leske servi ipsius domini abbatis.

*Abchrift des 16. Jahrhunderts im Cop. des Michaeliskl., Ms. 277 fol. 112 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1460.** *Ritter Ludold von Escherde schenkt mit Zustimmung seiner Frau und seiner Neffen (nepotum) Hugo und Johann dem Kl. Marienrode die Fischerei in der Leine zwischen der Mühle in Jeinsen (Geynhusen) und Barnten (Berenten). 1304 Februar 23 (dominica qua cantatur Reminiscere).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 107. Beschädigtes Siegel des Ausstellers. Gedr. Marienroder UB. S. 149 Nr. 137.*

**1461.** *Papst Benedikt XI. gibt Dispens für Johann Gramme, Rektor der Pfarrkirche in Bockenem, der vor dem Konzil zu Lyon im zehnten Jahre seines Lebens vom Bischof von Hildesheim die Pfarrkirche in Bockenem und nach dem Konzil Kanonikat und Präbende in Goslar erhalten hat. Lateran 1304 Februar 29 (ii. kalendas martii, anno primo).*

*Regest Schmidt, Päpstl. Urk. u. Regesten (Gesch.-Quellen der Prov. Sachsen XXI) S. 55 Nr. 15.*

**1462.** *Papst Benedikt XI. ernennt den Erzbischof (Burchard) von Magdeburg und die Bischöfe (Siegfried) von Hildesheim und (Hermann) von Ratzeburg zu Konservatoren wegen der Ausführung der Konstitution Inter cunctos für die beiden deutschen Provinzen des Dominikanerordens. Lateran 1304 März 10 (vi. ydus marcii, pontificatus nostri anno primo) und Rom 1304 April 2 (iv. nonas aprilis).*

*Gedr. Schmidt, Päpstliche Urkunden S. 55, Regest Potthast, Reg. pont. 25387f., Westf. UB. V, S. 395 Nr. 831, wo das Weitere. Vgl. auch Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt III (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 27) S. 9 Nr. 1754.*

**1463.** *Papst Benedikt XI. beauftragt den Erzbischof (Burchard) von Magdeburg und die Bischöfe (Siegfried) von Hildesheim und (Albert) von Halberstadt mit der Aufrechterhaltung der Rechte des Predigerordens in der Provinz Sachsen. Lateran 1304 März 10 (vi. idus marcii, pontificatus nostri anno primo).*

*Gedr. Schmidt, Päpstl. Urk. u. Regesten (Geschichts-Quellen der Prov. Sachsen XXI) S. 55 Nr. 17.*

**1464.** *Bischof Siegfried erteilt dem Propst Alexander des Kl. Frankenbergs bei Goslar und allen seinen Nachfolgern das Altarlehn (donum altaris) und bestätigt dem Kloster alle Freiheiten und Indulgenzen. Hildesheim 1304 März 10 (vi<sup>o</sup>. ydus marcii).*

Testes sunt Siffridus prepositus, Henricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Otto prepositus Montis, Bernardus de Hardenberch, Ernestus Boc ecclesie nostre canonici.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Frankenbergs Nr. 30. Bruchstücke des Siegels des Bischofs und des Domkapitels an roten Seidenfäden. Gedr. Baring, Beschreibung der Saale S. 260, Bode, UB. III, S. 40 Nr. 62.*

**1465.** *Vor Bischof Siegfried schenken die Grafen Konrad und Johann, Brüder, und Ludolf von Wohldenberg dem Kl. Wülfinghausen vier Hufen Landes und eine Hausstelle in Hareboldessen. O. D. (zu 1304 März 12?).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Wülfinghausen Nr. 50. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VIII, S. 42 Nr. 48; zur Datierung vgl. a. a. O. Nr. 49.*

**1466.** *Knappe Hermann von Stemmen bekundet die Entscheidung des Meierdinges, dass die Schwestersöhne des Heinrich von Gestorf kein*

*Recht an den von ihnen beanspruchten Gütern hätten, ehe sie nicht dem Kl. Lamspringe den Schaden ersetzt hätten. 1304 März 12.*

Ego Hermannus de Stempne famulus recognosco presentibus protestando publice, quod, cum una dierum ex officio ab honorabili domino meo episcopo michi iniuncto presiderem in Veteri villa apud Hildensem iudicio, quod in vulgo dicitur meyerding, litones, qui illuc convenerant, inquisiti generali et communi iuris sententia iudicaverunt, quod filii sororis Henrici de Gestorpe nullum ius in bonis litonicis, que ipsi requirunt et repetunt a domino preposito de Lammespringhe, habebunt, nisi prius eidem preposito foret de dampnis et expensis suis plenarie satisfactum. Datum sub sigilli mei appensione anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup> quarto, in die beati Gregorii pape.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 90. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt zwei rechts schreitende Hunde über einander. Auf der Rückseite von Hand des 14. Jahrhunderts: de bonis in Gestorpe.*

**1467.** *Das Kl. Heiningen bekundet, dass der Bürger Johann Luceken und seine Frau Sophie ihre und ihrer Eltern Memorie im Kloster gestiftet haben. 1304 März 21.*

Dei gratia Henricus prepositus, Alheydis priorissa, cantrix, custos totusque conventus sanctimonialium in Heninghe — — ad noticiam tam presentium quam futurorum presentis scripti munimine cupimus pervenire, quod Iohannes dictus Luceken burgensis Hildensemensis cum Sophia uxore eius pro animarum suarum remedio quartam partem decime in Dorstat cum omni fructu, campis, silvis, pascuis et cum minuta decima ipsius, que ochtuma vulgariter dicitur, et plane cum omnibus suis iuribus et attinentiis, sicut duas partes eiusdem decime hactenus possedimus, pro sexaginta et sex marcis puri argenti Hildensemensis valoris et ponderis nostro monasterio seu conventui tali conditione apposita comparavit, quod prepositus, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, super illum numerum sacerdotum, quem conventus noster hactenus habere consuevit, debet unum sacerdotem ydoneum conductitium habere et ei de dictis bonis annis singulis in expensis et precio rationabiliter providere, qui sacerdos quolibet die missam celebrabit videlicet secunda feria de sancto Iohanne baptista vel ewangelista, prout ei placuerit, quarta et sexta feria missam animarum et sabbato de domina nostra, aliis vero diebus de dominica vel festis, que pro tempore tunc occurrunt.

Si vero dictis diebus misse prescripte festis vel aliis impedimentis intervenientibus hoc ordine dici non poterunt, tunc aliis diebus eiusdem septimane vel sequentis debite complebuntur. Insuper idem Iohannes de prefatis bonis devote ordinavit, quod anniversarius Olrici patris sui et Alheydis matris sue in die una simul videlicet in crastino beati Barnabe apostoli annis singulis in nostro monasterio acsi corpus alicuius defuncti presens esset sollempniter peragatur, et quod candela de una libra cere, que a vigiliis per totam noctem usque ad completionem misse animarum ardebit, ponatur et unicuique dominarum tres denarii, preposito unus solidus, unicuique sacerdotum iiii denarii et cuilibet scolarium duo et campanario duo denarii semper dictis vigiliis et missa animarum sine diminutione de predictis bonis annis singulis per prepositum, qui pro tempore fuerit, ministrentur. Et eodem modo in crastino beati Galli peragetur memoria omnium animarum cum sollempnitate vigiliarum et misse et denariorum ministracione, quousque unus eorum aut uterque defuncti fuerint. Quibus in Christo defunctis anniversarius eorum, qui uno die videlicet in crastino beati Galli simul erunt, cum candela et denariis, sicut in anniversario patris et matris ipsius expressum est, de eisdem bonis per omnia sollempniter peragetur. Residuum autem candelarum domina custos ad luminaria reservabit. Et ut hec perpetuis temporibus maneant rata et firma et penitus inconvulsa, dominus prepositus, qui pro tempore fuerit, postquam confirmatus fuerit, statim antequam domine obedientiam sibi faciant in manus priorisse, custodis, cantricis, que pro tempore fuerint, data fide promittet, quod hec bona numquam vendat seu obliget, sed quod omnia predicta de bonis ipsis facere et ea singula sine dolo inviolabiliter velit et debeat observare, secundum quod superius est conscriptum. Quia vero predicti Iohannes et Sophia uxor sua pie devotionis intuitu sepulturam suam apud nos elegerunt, nos viceversa eadem pietate ipsos una cum parentibus Iohannis supranominatis in nostram confraternitatem in nomine domini recipimus dantes eisdem plenam omnium bonorum participationem, que apud nos in missis, vigiliis, orationibus, ieiuniis et aliis piis operibus die noctuque privatim vel publice fieri consueverunt. Et ad perhenne robur omnium prescriptorum presentem litteram inde conscriptam et nostre regule seu privilegiis inscribendam perpetuoque observandam sigillis nostris videlicet prepositi et conventus sigillatam prefatis Iohanni et Sophie et eorum heredibus super hoc dedimus ad cautelam.



Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, in die beati Benedicti abbatis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 51. Beschädigtes Siegel des Konventes und gut erhaltenes der Propstei. Regest Doebner, UB. I, S. 316 Nr. 574.*

**1468.** Äbtissin Margarete, Pröpstin Mathilde, Dechantin Mathilde und der Konvent in Gandersheim geben vier Hufen, einen Hof und zwei Hausstellen in Heersum (Hederkessen) dem Propst Otto des Moritzstiftes und erhalten dafür von diesem und dessen Brüdern Hermann und Heinrich Grafen von Wohldenberg ein Gleiches in Lebenstede (Levenstede). Gandersheim 1304 März 22 (in die palmarum).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 387. Siegel der Äbtissin und das mit der Rückseite nach vorn befestigte des Domkapitels.*

**1469.** Ekbert von Freden und Balduin von Steinberg versprechen, dem Andreasstifte innerhalb dreier Jahre nach Zahlung von 160 Mark fünftehalb Hufen in Eime nebst Zehnten zu resignieren. 1304 März 23.

Nos Ecbertus de Vreden, Boldwinus de Stenberch milites recognoscimus dilucide per presentes, quod infra tres annos a festo pasche proximo computandos, quandocumque nobis venerabilis dominus noster Sifridus Hildensemensis episcopus vel capitulum ecclesie sancti Andree in Hildensem centum et sexaginta marcas puri argenti persolverint, decimam in Eyem et quatuor mansos cum dimidio cum omnibus attinentiis tam in villa quam extra villam sine omni contradictione resignabimus nihil iuris nobis aut nostris heredibus in eisdem bonis penitus retinendo. In cuius rei testimonium presentem literam sigillis nostris fecimus communiri. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, x<sup>o</sup>. kalendas aprilis.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Andreasstift Nr. 20. Siegel des Ekbert verloren, das des Balduin stark beschädigt.*

**1470.** Die Grafen Konrad und Johann von Wohldenberg bekunden, dass Dietrich von Rode (de Novali), Sohn des verstorbenen Ritters Bertold, und seine Schwester Oda allen Ansprüchen an eine Kurie in Hildesheim zu Gunsten des Kl. Marienrode entsagt haben. 1304 April 7 (feria tertia post dominicam qua cantatur Quasi modo geniti).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 108. Beschädigte Siegel der Aussteller. Gedr. Marienroder UB. S. 150 Nr. 138. Regest Doebner, UB. I, S. 316 Nr. 575.*

**1471.** Propst Johann, Priorin<sup>1)</sup> und der Konvent von Lamspringe verkaufen dem Kl. Marienrode den Zehnten der Rodung bei Uppen für 26 Mark Hildesheimer Gewicht. Kl. Lamspringe 1304 April 14 (in die beatorum martirum Tyburcii et Valeriani).

— — presentibus domino Ludero preposito sanctimonialium in Escherthe, Iohanne de sancta Cruce, Thiderico magistro Nove curie fratribus nostri claustris, Iohanne cellerario, Iohanne camerario, Arnoldo Sartore fratribus monasterii Novalis sancte Marie.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 109. Siegel des Propstes an grünen und des Konventes an weissen Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB., S. 151 Nr. 139.

**1472.** Bischof Siegfried als Mitbesiegler der Urk. genannt, laut welcher das Domstift in Goslar seine Güter in Vallendar dem Edeln Wilhelm von Isenburg verkauft. Büdingen 1304 Mai 1 (in die beate Walburgis virginis).

Or. im Stadtarchiv zu Goslar ohne Besiegelung, Entwurf. Gedr. Bode, UB. III, S. 36 Nr. 59 zu Februar 25, Vaterländ. Archiv 1841 S. 171.

**1473.** Edelherr Johann von Adensen und seine Söhne vertauschen mit dem Michaeliskloster drei Hufen und eine Mühle in Kovinghe gegen vier Hufen in Schliekum. 1304 Mai 6.

Nos Iohannes miles nobilis de Adenoys et nos Fredericus dei gratia canonicus Hildensemensis ecclesie et Iohannes famulus fratres, filii predicti Iohannis, simul presentibus publice recognoscimus protestantes, quod, quia abbas et conventus monasterii sancti Michaelis Hildensemensis proprietatem trium mansorum et unius molendini sitorum Kovinghe nobis et nostris heredibus dimiserunt, nos versa vice abbati et conventui predictis in concambio dedimus proprietatem super quatuor mansis sitis Slikem cum omni sicut nos hactenus habuimus iure et utilitate in villis, campis, silvis, aquis, aquarum decursibus, pratis, pascuis, cultis et incultis et presentibus eis presentamus ac in corporalem possessionem transferimus perpetuis temporibus possidendam. Renunciavimus etiam expresse unanimi voluntate linguis et digitis tam pro nobis quam pro nostris heredibus, ad quos proprietates dictorum mansorum devolvi posset, quod in dicta proprietate et suis iuribus de cetero nullum ius habebimus nec habemus, immo si opus fuerit plenam et legitimam super ipsa contra

<sup>1)</sup> Für den Namen ist im Or. eine Lücke gelassen.

quamcumque personam eis facere volumus warandiam. Et quoniam hanc rem volumus esse perpetuam, nos Iohannes miles predictus nomine nostro et filii nostri Iohannis predicti, cum ipse sigillo careat, sigillo nostro una cum sigillo filii nostri domini Friderici predicti canonici Hildensemensis hanc litteram inde conscriptam roborari et ecclesie beati Michaelis Hildensemensi dari fecimus in evidens testimonium ac cautelam. Acta et data sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, in vigilia ascensionis domini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 114. Beide Siegel nur wenig beschädigt.*

**1474.** *Das Kloster Lamspringe verkauft dem Kl. Escherde Grundstücke und Zehnten in Banteln. 1304 Mai 1.*

In nomine domini amen. Dei gratia nos Iohannes prepositus, priorissa totusque conventus sanctimonialium in Lamsprighe omnibus presens scriptum visuris seu auditoris salutem in domino sempiternam. Cum inter curias nostras Amenhusen et Woldenhusen in locis quibusdam communibus nostra ecclesia sit perplexa, que nobis iam dudum in confusionem exstiterant et errorem, unde domino preposito in Esherte et sue ecclesie duodecim iugera de nostris bonis in Bantenem cum omni suo iure proprietate et decima, pratis et pascuis, paludibus, aquis<sup>1)</sup> aquarumve decursibus una cum decima triginta sex iugerum in eodem situ, que aqua, que a vulgo Leyna dicitur, bonis et agris domini prepositi in campo Reden suis decursibus coanexit, de scitu et beneplacito nostri conventus pro decem marcis puri argenti in commutationem locorum vendidimus predictorum, ita si iam dictam aquam ad priores vias redire contigerit et nostris bonis iterum adunaverit, cum omni iure, ut diximus, ecclesie Esherte perpetuo permanebunt. Ne quis vero successorum nostrorum hoc factum infringat, cum sigillo nostri conventus et nostro presens scriptum communiri fecimus ecclesie sepe dicte. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. iiiii<sup>o</sup>., in die Cancianorum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 112. Gut erhaltene Siegel des Propstes in rotem und des Konventes in gelbem Wachs.*

**1475.** *Propst Heinrich, Priorin Sophia und der Konvent des Kl. Steterburg übereignen wegen der weiten Entfernung den Zehnten*

<sup>1)</sup> *Or.:* aquis ve aquarum.

*und drei Hufen in Sehnde (Senethe) dem Johann von Roden (Rothen), Archidiakon in Stöckheim (Stokkem), und erhalten dafür von diesem ein Gleiches in Northem. 1304 Juni 19 (xiii. kalendas iulii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 388. Siegel des Propstes und des Konventes an roten Seidenfäden. In einer Urk. von demselben Tage bestätigt Bischof Siegfried den Tausch, Abschrift des 15. Jahrhunderts in Ms. 601 fol. 36 in der Beverinischen Bibliothek.*

**1476.** *Das Domkapitel beschliesst über die Anstellung und Versorgung eines Schreibers für das Domkapitel. 1304 Juli 1.*

Nos dei gratia Syfridus prepositus, Henricus decanus, Bernardus scolasticus et capitulum ecclesie Hildensemensis recognoscimus, quod, dum singularem et certam personam ad providendum nostre ecclesie in litteris non haberemus, dominus Arnoldus quondam prepositus noster de obedientia in Kemme et suis pertinentiis, quam de testamentis comparavit, quatuor libras denariorum decano nostre ecclesie qui pro tempore fuerit dari instituit, ut idem decanus in scribendis litteris capitulo provideret. Cum autem dicta institutio illi, cui eadem obedientia cessit ex ordine, prejudicialis videretur, honorabilis vir dominus Henricus noster decanus predictus cedens dissentioni tendensque ad concordiam in omnibus iuri suo, quod ex prefata institutione habuit, renuntiavit. Nos tamen, ne defectum sentiat in premissis, obedientiam in Honhamelen, quam ante decanatum habuit, sibi ex resignatione domini Gerhardi Halberstadensis ecclesie prepositi nostri canonici, dimisimus et per presentes communi consensu possidendam dimittimus, donec unum plaustrum tritici et unum plaustrum siliginis, que dominus Iohannes scolasticus Montis Hildensemensis a dicta obedientia in Kemme annue percipit, vacent, que duo plaustra eidem domino nostro decano et suis successoribus quolibet anno in festo sancti Michaelis obedientarius prenarrate obedientie sine contradictione aliqua ministrabit, et decanus noster pro tempore ratione eiusdem annone, quam annue percipiet, nostro capitulo in scribendis litteris providebit. Super quibus ne dubitari possit, presentem litteram sigillo nostre ecclesie sigillatam dedimus in perpetuum testimonium super eo anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, kalendas iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 389. Siegel des Domkapitels.*

**1477.** *Abt Hildebrand des Godehardiklosters bekundet, dass der Pfarrer in Giesen einen versumpften Teich hergestellt und lebenslänglich zur Benutzung erhalten hat.* *Hildesheim 1304 Juli 13.*

Nos Hildebrandus dei gratia abbas sancti Godehardi Hildensemensis presentibus protestamur, quod dominus Bertoldus plebanus in Iesen quendam piscinam limositatibus repletam, desolatam et per omnia inutilem ad usus suos solummodo vite sue temporibus de nostra licencia requisita et beneplacito suis expensis et sumptibus reformavit. Quo mortuo eadem piscina, quia in bonis nostris in Iesen sita est, nostre redibit ecclesie. Successor autem noster si cum dicto domino de eadem piscina litigare, quod absit, presumeret, quatuor marcis puri argenti sepius dicto domino datis, quas ipsum expendisse recognoscimus, piscinam recipiat cessante contradictione qualibet et offensa. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensa. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, in die sancte Margarete virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 49. Siegel des Abtes an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1478.** *Die Brüder Johann und Giseko (Chiseko) von Haverlah verzichten vor den Rittern in Lichtenberg auf alles Recht an zwei Hufen des Kl. Wöltingerode in Haverlah (Haverla). Lichtenberg 1304 August 2 (in die beati Stephani pape).*

Huius rei testes sunt et renunciationi huiusmodi interfuerunt dominus Aschwinus et Henricus fratres dicti de Walmede, dominus Aschwinus de Saldere, Fredericus de Bortwelt, Andreas de Luttere, dominus Pil de Levenstede, Lippoldus de Kramme milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 70. Siegel der beiden von Walmoden und des von Bortfeld stark beschädigt, das des von Salder verloren.*

**1479.** *Bischof Siegfried übereignet mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Neuwerk bei Goslar einen Wald, genannt Biscupdale,<sup>1)</sup> Abbedisdeler und Blivelde zur Feier seines Jahrgedächtnisses. Hildesheim 1304 August 6 (viii. ydus augusti).*

<sup>1)</sup> *Der Name bleibt zweifelhaft, hinter dem p oder vor dem d fehlt der Bogen, und das e am Ende kann auch r sein; es scheint ursprünglich dan gestanden zu haben, das in dale verändert wurde. dan = Dehne bezeichnet einen Waldthal. Freundliche Mitteilung des Herrn Dombibliothekar J. Waechter in Hildesheim.*

Testes insuper sunt Heinricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Otto Montis prepositus, Conradus de Valkensten, Ludolfus de Woldenberch canonici ecclesie nostre Hildensemensis.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Neuwerk Nr. 54. Siegel des Bischofs von den roten und grünen Seidenfäden verloren, das des Domkapitels an gleicher Befestigung erhalten. Gedr. Bode, UB. III, S. 45 Nr. 70.*

**1480.** *Bischof Siegfried schenkt mit Willen des Domkapitels dem Kl. Neuwerk bei Goslar den Zehnten einer Indago genannten Rodung bei Astfeld (Astvelde). Hildesheim 1304 August 6 (viii. ydus augusti).*

Testes insuper huius sunt Heinricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Otto Montis prepositus, Conradus de Valkensten, Ludolfus de Woldenberch canonici ecclesie nostre Hildensemensis.

*Nach Cop. gedr. UB. des histor. Vereins für Niedersachsen I, S. 47 Nr. 44, Bode, UB. III, S. 46 Nr. 71.*

**1481.** *Bischof Siegfried vereinigt mit Zustimmung des Domkapitels und des Volrad von Goslar, Archidiacons in Barum, die Kirche in Flöthe (Flotede) mit dem Kl. Neuwerk bei Goslar und erhält von diesem das Patronatsrecht der Kirche in Gross-Mahner (in magno Mandere) und sechs Hufen in Leve (Levede). Hildesheim 1304 August 8 (vi. idus augusti).*

Testes insuper huius rei sunt Henricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Otto Montis prepositus, Conradus de Valkensten, Ludolfus de Woldenberch canonici ecclesie nostre Hildensemensis.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Neuwerk Nr. 55. Von den drei Siegeln an roten und grünen Seidenfäden nur Bruchstück des dritten erhalten. Gedr. Bode, UB. III, S. 47 Nr. 72 und Lüntzel, Ältere Diözese S. 417, nach Cop. UB. des histor. Vereins für Niedersachsen I, S. 48 Nr. 45. Die Gegenurk. des Kl. Neuwerk gedr. Bode a. a. O. Nr. 73 nach Cop. VI, 11, doch Or. vorhanden im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 390.*

**1482.** *Die Brüder von Bortfeld übergeben dem Bischof auf Wunsch des Kl. Wienhausen eine Hufe in Gustedt und nehmen sie von ihm zu Lehn. 1304 August 14.*

Nos Fredericus miles et Ludolfus famulus fratres dicti de Bortvelde presentibus recognoscimus publice protestantes, quod nos et

nostri veri heredes dedimus venerabili domino nostro Hildensemensi episcopo ob petitiones claustralium in Winhusen proprietatem unius mansi siti in Gustede, ita videlicet quod iam dictum mansum a domino nostro episcopo recipimus tytulo pheodali. Ne autem aliquis dubitet in re ista, presens scriptum cum consensu nostrorum heredum scilicet Ghevehardi et Frederici et Mechtildis nostrorum sigillorum munimine dedimus roboratum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, in vigilia assumptionis beate Marie virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 391a. Die beiden Siegel wenig beschädigt.*

**1483.** *Die Ritter Aschwin (Asguinus) und Heinrich und der Knappe Dietrich, Brüder von Wallmoden, übergeben dem Bischof (Siegfried) auf Bitten des Kl. Wienhausen das Eigentum einer Hufe beim Schlosse Lutter (Luttere) und nehmen sie von ihm zu Lehn. 1304 August 14 (in vigilia assumptionis beate virginis Marie).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 391. Siegel der Aussteller und des Domherrn Dietrich von Wallmoden.*

**1484.** *Propst Dietrich, Äbtissin Margarete und der Konvent des Kl. Wienhausen bekunden, dass Ritter Aschwin von Wallmoden (Walmedhe) eine Hufe in Lutter (Luttere) und Ritter Friedrich von Bortfeld (Bortveldhe) eine Hufe in Gustedt (Gustede) dem Domstifte übergeben haben als Ersatz für die Zehnten in Abbensen (Abbenhusen) und Ahnsen (Anensen), welche das Domstift dem Kloster übereignet hat. 1304 August 26 (in die sanctorum martirum Hyrenei et Habundi).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 392. Siegel des Propstes und stark beschädigtes des Konventes.*

**1485.** *Gisko von Bröckeln und Söhne bekunden, einen Wald bei Hahausen vom Bischof nur auf Lebenszeit erhalten zu haben. 1304 September 8.*

Ego Gisko de Brukelde et Margareta uxor mea et filii mei Henricus et Gisko et Iohannes presentibus recognoscimus et protestamur, quod terminus lignorum, qui Ekhorst vocatur, et silvam, que vulgariter Under der strate vocatur, ante nemus Wrochthuser wolde iuxta Hagehusen, quos a venerabili domino Hildensemensi episcopo ad tempora vite nostre libere possidemus, quod post mortem nostram ad predictum dominum episcopum sine omni contradictione pertinebunt. Testes huius recognitionis sunt Iohannes de Barum



tunc pro tempore advocatus et Henricus et Hermannus fratres de Dornten. Et hoc cum sigillorum nostrorum appensione protestamur. Datum anno domini m<sup>o</sup> ccc<sup>o</sup>. quarto, in nativitate sancte Marie virginis.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11 S. 620 Nr. 1174 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1486.** *Bischof Siegfried verkauft dem Deutschen Hause in Goslar das Eigentum von achtehalb Hufen in Weddingen, welche ihm die Brüder Hartmann und Burchard von Sulingen aufgelassen haben, und erhält von jenen drei Hufen in Gross-Lewe gegen Zahlung von zwölf Mark Silbers. Hildesheim 1304 September 18 (xiii<sup>o</sup>. kalendas octobris).*

Testes sunt Henricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Otto prepositus Montis, Conradus de Valkensten, Iohannes de Obergem canonici ecclesie nostre, Reyneco de Lapide canonicus ecclesie sancti Mathie in Goslaria, Meinerus comes de Sladem, Borchardus nobilis de Meynersem, Borchardus de Wildenstene, Olicus de Weverlinghen, Albertus Boc, Sifridus de Rutenberch, Iohannes de Oberghen milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wiedelah Nr. 5a. Siegel des Bischofs und des Domkapitels an roten Seidenfäden gut erhalten. Gedr. Bode, UB. III, S. 54 Nr. 77.*

**1487.** *Bischof Siegfried einverleibt die Kapelle in Berkum dem Kl. Wienhausen und übereignet ihm elf Morgen und eine Hofstätte in Berkum. Hildesheim 1304 Oktober 2.*

In nomine domini amen. Nos Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Recognoscimus per presentes, quod cum consensu capituli nostri necnon dilecti nobis in Christo domini Henrici decani ecclesie nostre archidiaconi tunc temporis in Solsceken capellam in Berkem a iure archidiaconi per nos primo penitus absolutam auctoritate ordinaria ecclesie in Winhusen incorporavimus et univimus cum omnibus suis attinentiis in spiritualibus et temporalibus universis, et prepositus, qui pro tempore fuerit in Winhusen, procurabit eandem in divinis officiis et de redditibus disponet, prout sibi et conventui melius videbitur expedire. Set circa diem beati Galli quatuor libras cere archidiacono in Solsceken singulis annis solvet et per hoc ab archidiacono iure solutus est et ad solum episcopum Hildensemensem, qui pro tempore fuerit, respectum habebit. Tamen homines habitantes in Berkem synodum in Solsceken velut antea frequentabunt. Contributio autem seu

collecta si qua danda fuerit de dicta capella pro rata triginta solidos Hildensemensium denariorum idem prepositus respondebit. Preterea undecim iugera indecimalia cum una area sita in Berkem, que prepositus et conventus supradicti a Gotfrido dicto Blage compararunt, cum proprietate et omni iure eidem conventui in Winhusen dedimus et donavimus propter deum libere et quiete possidenda, ita tamen quod in missa, vigiliis et orationibus post mortem nostram a conventu memorato singulis annis memoria peragatur. Ne super hiis dubium oriatur in posterum, presentem litteram inde scriptam sigillis nostro et capituli nostri Hildensemensis necnon domini Henrici supradicti fecimus communiri. Testes sunt Henricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Otto Montis prepositus, Conradus de Valkensten, Bernardus de Hardenberch canonici ecclesie nostre, Sifridus de Alten canonicus ecclesie sancti Blasii in Brunswic, Iohannes de Garslebutle, Willekinus de Gustede et Rotgerus filius eius, Sifridus et Basilius de Rutenberch, Iohannes de Oberghen milites et alii quam plures fide digni. Actum et datum Hildensem anno domini millesimo trecentesimo quarto, vi<sup>o</sup>. nonas octobris.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 139. Gut erhaltene Siegel des Bischofs, des Domkapitels und des Domdechanten an roten und grünen Seidenfäden.*

**1488.** *Bischof Siegfried übereignet mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Wienhausen die Zehnten in Abbensen und in Ahnsen (Anensen), welche der Knappe Ratze von Ütze (Uttese) von ihm zu Lehn hatte. Hildesheim 1304 (Oktober 2).*

Testes sunt Henricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Otto prepositus Montis, Bernardus de Hardenberch canonici ecclesie nostre, Sifridus de Alten canonicus ecclesie sancti Blasii in Brunswic, Iohannes de Garslebutle, Willekinus de Gustede et Rotgerus filius eius, Basilius et Sifridus de Rutenberch et Iohannes de Oberch milites.

*Or. im Archiv des Kl. Wienhausen, Nr. 138. Siegel des Bischofs und des Domkapitels gut erhalten. Die Abschrift der Urk. des 14. Jahrhunderts in Cop. IX, 265 S. 89 hat das Datum vi. nonas octobris.*

**1489.** *Ritter Siegfried von Bortfeld (Borveldhe) übereignet mit Zustimmung seines Bruders Ludolf und seiner Söhne Friedrich und Gebhard und auf Bitten des Kl. Wienhausen dem Domstifte eine Hufe in Gustedt und nimmt sie von diesem zu Lehn. 1304 Oktober 11 (in festo beatorum martirum Iusti et Arthemii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 393. Die beiden gut erhaltenen Siegel zeigen kreuzweise gelegte Gleevenstäbe.*

**1490.** ~~Die Grafen~~ *Die Grafen von Wohlden*berg übertragen das Eigentum eines ihnen resignierten Hofes in Astenbeck dem Kl. Derneburg für neun Mark Silber. Im Schloss Werder 1304 Oktober 21.

Nos dei gratia Conradus, Iohannes, Ludolfus comites de Woldenberge — — notum — — esse volumus — —, quod nos cum consensu omnium heredum nostrorum videlicet Ludolfi, Iohannis, Hinrici, Conradi, Hermanni, Willebrandi, Hoyeri, Iohannis et omnium, quorum consensus requirendus fuerat, dimisimus et appropriando contulimus ac in proprium dedimus pro animarum nostrarum remedio necnon et pro novem marcis puri argenti clastro sanctimonialium in Derneburg proprietatem curie in Astenbeke, quam Thidericus de Novali a nobis in pheodo tenuit, ad nos spectantem cum omnibus attinenciis videlicet mansis, areis, pascuis, pratis, silvis omnibusque suis appendiciis, iuribus et utilitatibus ab omni iugo servitutis liberam perpetuo possidendam promittentes, nos prefate proprietatis collationem ratam, firmam et in perpetuum inconvulsam habituros. In huius rei — —. Testes huius appropriacionis sunt dominus Iohannes Trobe et Hinricus filius eius, dominus Conradus dictus Raptor, Arnoldus de Elvede et alii quam plures fide digni. Datum in castro Insula anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. iiii<sup>o</sup>., in die undecim milium virginum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 47. Gut erhaltene Siegel der drei Aussteller.*

**1491.** *Der Provinzial-Meister des Deutschen Ordens in Sachsen, Walther von Arnstein, und die Ritter des Deutsch-Ordenshauses in Goslar übertragen dem Bischof Siegfried drei Hufen in Gross-Lewe und erhalten von ihm zwölf Mark und achtehalb Hufen in Weddingen. 1304 Oktober 22 (in die beati Severi episcopi).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 394. Die beiden Siegel wenig beschädigt. Gedr. Bode. UB. III S. 54 Nr. 78.*

**1492.** *Bodo von Homburg genehmigt mit Zustimmung seines Bruders Heinrich, Domherrn, seiner Frau Agnes u. a. den Verkauf von 3<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Hufen in Eimen (Eynem) durch seinen Oheim Bodo an das Kl. Amelunxborn. 1304 Oktober 29 (in crastino Symonis et Iude apostolorum).*

*Abschr. des 14. Jahrh im Diplom. des Kl. Amelunxborn I fol. 33 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**1493.** Die Brüder Albert und Konrad von Wehre (Werre) verkaufen dem Kl. Heiningen (Heninghe) vier Hufen und eine Hofstelle in Altenrode (Oldenrodhe). 1304 November 25 (in die beate virginis Katerine).

Testes huius facti sunt dominus Henricus prepositus in Heninghe et honesti milites dominus Spiringh, dominus Johannes de Winninghede, dominus Johannes de Gitlede et strennui famuli Borch(ardus) et Borchardus de Asseborch.

*Or. im Kgl.-St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 52. Beschädigtes Siegel des Albert in grünem Wachs. Regest mit Zeugen Asseburger UB. II. S. 29 Nr. 591 nach dem Kopialbuch im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel Die Ritter Konrad und Konrad der Jüngere von Boldensele genehmigen obigen Verkauf in einer Urk. von 1304 Dezember 12 (in vigilia beate Lucie virginis et martiris), Or. a. a. O. Nr. 53, die beiden Siegel stark beschädigt.*

**1494.** Otto von Wohldenbergh, Propst des Moritzstiftes, übereignet dem Pfarrer der Neustadt, Heinrich, vier Hufen, einen Hof und zwei Hausstellen in Heersum (Hederkessen), die er für 40 Mark von seinem Oheim, dem Domdechanten Heinrich, gekauft, welcher sie von dessen Oheim, dem Grafen Heinrich von Regenstein, erhalten hat, resigniert der Äbtissin Margarete von Gandersheim diese Güter und entschädigt sie durch ebensoviel Güter in Lebenstedt (Levenstede). 1304 November 26 (vi. kalendas decembris).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 396. Siegel des Propstes gut erhalten. Regest Doeber, UB. I, S. 316 Nr. 576.*

**1495.** Bischof Siegfried bekundet auf Grund einer Bestimmung des mag. Gabriel, Pfarrers von Valbeneto in der Diözese Pisa, dass das Blasiusstift in Braunschweig nicht verpflichtet sei, den zum Schutze des Heiligen Landes gemäss den Statuten des Konzils von Lyon zu entrichtenden Zehnten fernerhin zu zahlen. Hildesheim 1304 Dezember 6 (in die Nicolai episcopi).

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Ordinarius st. Blasii fol. 41 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**1496.** Bischof Siegfried bescheinigt dem Kl. Derneburg den Empfang des für das h. Land ausgeschriebenen Zehnten und hebt alle wegen Nichtzahlens etwa verhängten kirchlichen Strafen auf. Hildesheim 1304 Dezember 12.

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus, collector decime ab honorabili viro magistro Gabriele plebano plebis de

Valleneto Pysane dyocesis habente ad hoc plenum mandatum sedis apostolice in Hildensemensi dyocesi deputatus, universis presens scriptum visuris salutem in domino. Cum Woltherus prepositus in Derneborch pro se et . . . conventu ac monasterio in Derneborch de decima in Terre sancte subsidium in Lugdunensi concilio instituta iuxta nostre moderationis ac discretionis arbitrium consideratis et inspectis diligenter eorum terreque et monasterii circumstantiis sufficienter satisfecerit, ipsos ac eorum successores ad solutionem seu prestationem ipsius decime in posterum aliqualem decrevimus non teneri, et si excommunicationem aliquam vel alter eorum a tempore institutionis decime occasione predicta incurrerunt, eos absolvimus et cum eis super irregularitate, si quam contraxerunt divina officia celebrando vel se inmiscendo eisdem, misericorditer in nomine domini dispensamus omnem ab eis inhabilitatem, maculam seu notam penitus abolendo, et interdictum, si quod inpositum fuit occasione predicta in monasterio prenominato, relaxamus. In cuius rei — —. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, pridie ydus decembris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 48. Beschädigtes Siegel des Bischofs an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Sudendorf, Registrum II, S, 175.*

**1497.** *Die Brüder von Wehre verkaufen dem Kl. Heiningen eine Hofstelle mit der Holznutzung in Beuchte. 1304 Dezember 20.*

Nos Albertus et Conradus fratres dicti de Wherre universis hoc scriptum visuris recognoscimus publice protestando, quod conventui in Heninghe unam aream in villa Bochte de sitam cum tercio dimidio fructu, qui vulgariter holtenut dicuntur, et cum utilitatis fructu universo tam in (pascuis) quam in villa simulque in campis vendidimus iure perpetuo possidendam. Ut igitur predicti conventus emptio et (nostra) venditio firma et a nobis et a nostris heredibus inconvulsa permaneat, nos super eo hanc contulimus cartulam nostri sigilli munimine insignitam. Datum anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>. iiii<sup>o</sup>., in vigilia beati Thome apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 54. Siegel verloren, die Urk. stark beschädigt, die Ergänzungen nach der Abschrift des 16. Jahrhunderts auf Pergament a. a. O. Nr. 54a.*

**1498.** *Johann Busse vom Osterthor dotiert den von ihm gestifteten Altar in der Andreaskirche mit Einkünften von fünf Pfund, welche*

*Ostern innerhalb zweier Jahre zu zahlen sind. Geschicht dies nicht, so zahlt er dem Dechanten Ludolf und dem Kapitel 55 Mark zum Ankauf der Einkünfte, wofür er Bürgen stellt. 1304 Dezember 21 (in die beati Thome apostoli).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 1258d. Siegel des Ausstellers und der acht genannten Bürgen. Gedr. Doebner, UB. I, S. 317 Nr. 577.*

**1499.** *Ritter Ekbert von der Asseburg verkauft mit Zustimmung seines Bruders Werner, Dechanten der (Neuen) Kirche zu Hörter, zwei Holznutzungen (holtnut) im Walde von Dorstadt dem Kl. Heiningen. 1304 Dezember 24 (in vigilia nativitatis Ihesu Christi).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 55. Siegel verloren. Gedr. hiernach Asseburger UB. II, S. 29 Nr. 593, Braunschw. Anzeigen 1750 S. 1569. Diesen Verkauf versprechen die Brüder Burchard, Ritter, und Gunzelin, Knappe, von der Asseburg aufrecht zu halten in einer Urk. von demselben Jahre ohne Tagesangabe, Or. a. a. O. Nr. 56, beide Siegel verloren, gedr. im Auszug a. a. O. S. 30 Nr. 594.*

**1500.** *Bischof Siegfried quittiert dem Kl. Neuwerk bei Goslar über 29 Magdeburger Mark, die er für den päpstlichen Collector der Zehnten, Pfarrer Gabriel von Valbeneto, aufgenommen hat. Hildesheim 1304 (vor Dezember 29).*

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Siegel verloren. Nach Cop. gedr. UB. des historischen Vereins für Niedersachsen I. S. 49 Nr. 46, nach dem Or. Bode, UB. III, S. 58 Nr. 83. Ebenso bekundet er, von dem Domstift in Goslar 50, von dem Priester der Königskapelle (de capella regis) eine, von dem Pfarrer der Thomaskirche eine, von dem Pfarrer von st. Johann vor dem Rammelsberg in Goslar eine Mark, (gedr. Zeitschrift des Harzvereins VI [1873] S. 175, Bode Nr. 84), von dem Peterstifte, das er zugleich vom Kirchenbanne befreit, 70 $\frac{1}{2}$  Mark, (gedr. Bode Nr. 85) erhalten zu haben.*

**1501.** *Der päpstliche Deputierte und Sammler der Unterstützungen des h. Landes Pfarrer Gabriel von Valbeneto quittiert dem Bischof Siegfried über 500 Mark als Restzahlung des ihm übergebenen Depositums des h. Landes und des rückständigen Zehnten und hebt alle in dieser Angelegenheit etwa erlassenen Exkommunikationen und Interdikte auf. Magdeburg 1304 (1305) Dezember 29 (iiii. kalendas ianuarii).*

*Abschr. des 14. Jahrh. in Cop. VI, 11 S. 540 Nr. 924 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Sudendorf, Registr. II, S. 176, erwähnt Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 21) S. 617 Anm. zu Nr. 1734.*

**1502.** *Der Bürger Dietrich Friso d. Ä. bekundet, dass nach seinem und seiner Frau Evece Tode seine Güter in Bavenstedt (Babenstede) an den Bischof und das Domkapitel fallen sollen. 1304.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 396. Beschädigtes Siegel des Ausstellers. Gedr. Doebner, UB. I, S. 318 Nr. 579.*

**1503.** *Der Rat der Neustadt bekundet, dass Remburg, Wittwe des Dietrich von Asel, dem Bartholomäistift zum Seelenheil ihres Mannes, doch unbeschadet dem Rechte der Bürger, eine Hausstätte beim Goslarischen Tore, die der Lambertikirche 18 Denare jährlich entrichtet, geschenkt hat. 1304.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Bartholomäistift Nr. 19 mit beschädigtem Siegel der Neustadt. Gedr. Doebner, UB. I. S. 317 Nr. 578.*

**1504.** *Bürger Bernhard von Heyersum (Hogersem) verkauft dem Propst Walther und dem Konvente des Klosters Derneburg fünf Hufen in Astenbeck (Astenbeke) für 36 Mark Silber und stellt Bürgen. 1304.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 49. Siegel des Ausstellers und der sechs Bürgen gut erhalten. Gedr. Doebner, UB. I. S. 318 Nr. 580.*

**1505.** *Bischof Siegfried übergibt dem Kl. Riechenberg den Zehnten von anderthalb Hufen Land genannt Grebec, gelegen zwischen Neuhoof und Hahndorf. Hildesheim 1304.*

Testes sunt Henricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor, Otto prepositus Montis, Conradus de Valkensten, Bernardus de Hardenberch, Ernestus de Indagine canonici ecclesie nostre.

*Or. im diplomatischen Apparat der Universität Göttingen. Gut erhaltenes Siegel des Bischofs, das des Domkapitels verloren. Gedr. Heineccius, Antiquit. Goslar. S. 323, Bode, UB. III, S. 60 Nr. 86.*

**1506.** *Ritter Ludold von Escherde genehmigt den Verkauf von dritthalb Hufen und einer Hofstätte in Sorsum durch Lambert von Sehlde an die Kapelle in Wittenburg. Hallermund 1304.*

Nos Ludoldus miles dictus de Esscherte una cum consanguineis nostris videlicet Hugone et Iohanne recognoscimus presentibus et testamur, quod venditionem duorum mansorum et dimidii et unius aree in villa Socerum sitorum cum tocuis iuris integritate necnon libertatis eorum proprietate a Lamberto famulo dicto de Seledhe capelle in Wittenborch et eius inhabitatoribus perpetuis ibidem vitam religionis eligentibus factam ratam tenemus unanimiter atque



gratam, super qua presens scriptum fieri iussimus sigillo nostro in testimonium roboratum. Datum et actum Halremunt anno domini millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. i<sup>o</sup>j<sup>o</sup>i<sup>o</sup>j<sup>o</sup>.

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

*Or. im Germanischen Museum in Nürnberg. Siegel verloren.*

**1507.** *Genannte Ritter und Knappen bekunden den Verzicht der Poppe auf drei Hufen in Giften, welche Johann von Escherde hannoterschen Bürgern verkauft. Hannover 1305 Januar 7.*

Nos Lodewicus de Endelingeborstelde, Willebrandus de Reden, Conradus Holtgreve, Everhardus de Rethen, Hartbertus de Mandeslo, Olricus de Ithene, Thidericus de Godenstede, Ludolfus de Goltarne milites necnon Hardeko de Endelingeborstelde, Johannes et Sifridus de Roden, Borchardus de Wetberge, Luderus de Hanense famuli recognoscimus publice in hiis scriptis, quod nobis aliisque quam pluribus viris fide dignis presentibus domina Hampe mater domini Iohannis Escherten militis necnon Bruningus et Thidericus Poppe fratres eiusdem domini Io(hannis) renunciaverunt penitus omni iuri, quod eis competeat seu in futurum competere poterat in tribus mansis sitis in Giftene de sua bona ac libera voluntate. Protestamur eciam, quod dictus miles dominus Io(hannes) Escherte dictos tres mansos vendidit pro sexaginta marcis Bremensis argenti Hermanno de Rintelen et Thiderico fratri suo civibus in Honovere et illos cum omni iure, utilitate et proventu eorum eisdem H(ermann) et Thi(derico) iure contulit pheodali promittens eis fide data, ut illos eciam conferet in pheodo amicis suis quoscumque ei duxerint presentandos, et quod ipsis de evictione firmam faciat cautionem. Cuius rei nos testes sumus et in maiorem evidentiam testimonii nos milites ac famuli, qui sigilla habemus, presentes litteras nostris sigillis fecimus roborari. Nos vero, qui sigillis caremus, eorum contenti sumus testimonio sigillorum. Actum et datum Honovere anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, in crastino epiphanie domini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 77. Von den sieben Siegeln nur die beiden letzten, des Dietrich von Gadenstedt und des Ludolf von Goltarn, erhalten, aber beschädigt. Auf der Rückseite der Urk.; bona in Giftene olim ad vicariam ss. Petri et Pauli. Ritter Johann von Escherde bekundet den Verzicht seiner Mutter und seiner Brüder und den Verkauf vor obigen Ausstellern und vor Willekin von Bolzum (Boltessem) als Zeugen in einer besonderen Urk. mit demselben Datum, Or. a. a. O. Nr. 78 mit dem Siegel Johanna an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, das zwei Adlerklauen zeigt.*

**1508.** *Graf Albert und die Brüder Günther und Heinrich, Domherr, Grafen von Schwalenberg resignieren dem Erzbischof (Gerhard) von Mainz den Zehnten in Hollenstedt auf Bitten Bodos von Homburg, der den Zehnten von ihnen zu Lehn hat, zu Gunsten des Kl. Amelunzborn. 1305 Januar 26 (in crastino conversionis sancti Pauli).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Amelunzborn Nr. 4. Von den sieben Siegeln an grauen Hanfschnüren fehlt das dritte, die andern beschädigt.*

**1509.** *Der päpstliche Legat Gabriel, Sammler der Beiträge zur Unterstützung des h. Landes, bescheinigt dem Moritzstifte die Zahlung des rückständigen Zehnten. Magdeburg 1305 Januar 27.*

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Gabriel plebanus de Valbeneto,<sup>1)</sup> collector decime legatorum et obventionis cuiuslibet Terre sancte deputatorum subsidio in Maguntina, Treverensi, Coloniensi, Bremensi, Magdeburgensi et Salceburgensi<sup>2)</sup> provinciis per sedem apostolicam deputatus protestamur et recognoscimus, quod de neglecta decima et non soluta ecclesie sancti Mauricii in Monte apud muros Hildensemenses reverendo patri et domino Sifrido Hildensemensi episcopo, cui in negotio dicte neglecte decime commisimus vices nostras, fuit per prepositum et decanum et capitulum dicte ecclesie satisfactum, quam satisfactionem ratificamus et approbamus et dictam ecclesiam ab omni neglecta decima absolvimus per presentes auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Magdeburg anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>., vi. kalendas februarii.

*Aschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 42 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Im Ordinar. st. Blasii fol. 41 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel aus dem 14. Jahrhundert eine im Wesentlichen gleichlautende Urk. betr. das Blasiusstift in Braunschweig.*

**1510.** *Die Brüder Otto und Volrad Grafen von Valkenstein verkaufen mit Zustimmung ihrer Brüder Konrad, Dompropstes in Hildesheim, und Heinrich, Propstes des Marienstiftes und Domherrn in Halberstadt, und ihrer Söhne Friedrich, Otto Domherrn in Magdeburg und Burchard Domherrn in Halberstadt dem Kl. Helfta drei Hufen ebenda. 1305 Februar 1 (in vigilia purificationis beatissime dei genitricis virginis gloriose).*

<sup>1)</sup> Cop. Valleneto.

<sup>2)</sup> Cop. Saheburgensi.

*Gedr. Krühne, UB. der Klöster der Grafschaft Mansfeld (Gesch.-Quellen der Provinz Sachsen XX) S. 158 Nr. 56.*

**1511.** *Bodo von Homburg und Sohn Heinrich verkaufen mit Zustimmung ihres Bruders bez. Oheims Heinrich, Domherrn, und der anderen Angehörigen dem Kl. Amelunxborn den Zehnten in Hollenstedt. 1305 Februar 1 (in vigilia purificationis Marie virginis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Amelunxborn Nr. 5. Siegel des Bodo und des Domherrn von den roten und grünen Seidenfäden verloren, die Siegel des Grafen Moritz von Spiegelberg und Günther von Schwalenberg sowie des Heinrich, Neffen des Bodo von Homburg, an gleicher Befestigung beschädigt.*

**1512.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass Hildebrand von Uppen (Uppum), Ratsherr, und sein Bruder Hermann, von Bischof Siegfried belehrt, allen Ansprüchen an den Zehnten der Rodung bei Uppen zu Gunsten des Kl. Marienrode entsagt haben. 1305 Februar 1 (in vigilia purificationis beate Marie virginis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 10. Älteres Stadtsiegel. Gedr. Marienroder UB. S. 152 Nr. 140, Doebner, UB. I, S. 319 Nr. 581.*

**1513.** *Ritter Bertold von Oldershausen garantiert für den Vertrag zwischen Bodo von Homburg und Lippold von Rössing. Hohenbüchen 1305 Februar 15.*

Nos Bertoldus de Oldwerdishusen miles recognoscimus in hiis scriptis, quod compositionem, que facta est coram domino episcopo Hildensemense super discordia, que movebatur inter dominum de Honborg Bodonem et Lippoldum de Rottighe militem, una cum aliis amicis domini Lippoldi iam dicti domino de Honborg ex parte domini Lippoldi promittimus firmiter observandam. Que compositio durabit omni ipsius vita et filiorum suorum, quod protestamur nostro sigillo, quod presentibus est apensum. Datum in Honboken anno domini m<sup>o</sup>. ccc. quinto, in crastino Valentini martiris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Cal. Or. Des. 31, Homburg Nr. 3. Siegel zur Hälfte verloren.*

**1514.** *Graf Heinrich von Reinstein vertauscht mit dem Kloster Derneburg zwei Hufen in Astenbeck gegen zwei Hufen in Stidiem. 1305 Februar 25.*

Henricus dei gratia comes de Regensten recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod nos de beneplacito et consensu

heredum nostrorum ac eciam dilecti consanguinei nostri venerabilis viri domini Henrici de Woldenberge Hildensemensis ecclesie decani assignavimus et dimisimus claustrum sanctimonialium in Derneborch Hildensemensis dyocesis proprietatem duorum mansorum in Astenbeke, quos Theodericus de Novali de manu nostra in pheodo tenuit, cum areis et omnibus suis appendiciis tam in villa quam in campo libere et quiete ab omni advocacie iugo perpetuo possidendam. In cuius rei restaurum sive reconpensam dicti claustrum conventus proprietatem duorum mansorum in Stidiem, quos Eylardus de Nette a nobis in pheodo tenet, cum omnibus suis attinenciis nobis ac nostris iustis heredibus reassignavit et dimisit. In huius — —. Huius rei testes sunt dominus Otto prepositus montis sancti Mauricii extra muros Hildensemenses et magister Mathias eiusdem loci canonicus et alii quam plures. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, in crastino beati Mathie apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 50. Beschädigtes Siegel des Grafen und gut erhaltenes des Domdechanten.*

**1515.** *Bischof Siegfried verbietet dem Domkapitel die Veräußerung des Kirchengutes. Hildesheim 1305 März 10.*

Siffrydus dei gracia Hildensemensis ecclesie episcopus honorabilibus viris . . preposito, decano totique eiusdem ecclesie capitulo sinceram in domino karitatem. Cum alienaciones, obligaciones seu permutaciones rerum ecclesiasticarum inconsultis episcopis fieri canonica perhibeant instituta, nos provida deliberacione pensantes, quod plus timeri solet quod specialiter iniungitur quam id quod generaliter imperatur, discrecioni vestre in virtute sancte obediencie districtius inhibemus, ne de cetero absque nostro speciali consensu aliqua bona ecclesie nostre predictae alienare, obligare seu vendere perpetuo vel ad tempus aut eciam ypotece vel pignoris tytulo obligare aliquialiter presumatis. Verum si secus ab aliquo seu aliquibus contigerit attemptari, auctoritate ordinaria presentibus decrevimus irritum et inane aliis canonibus alienatoribus seu presumptoribus huiusmodi obviantibus nichilominus in suo robore duraturis. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup> quinto, vi. ydus marcii.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 11 S. 10 Nr. 17 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1516.** *Knappe Brand von Linden (Lindede) bekundet, dass, wenn ihm vom Bischof Siegfried oder dessen Nachfolger 31 Mark gezahlt*

werden, zwei und eine halbe Hufe in Holle an jenen zurückgehen sollen.  
1305 März 10 (vi<sup>o</sup>. idus marcii).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 398. Beschädigtes Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, das Wappen geteilt, im unteren Felde drei Kesselhaken neben einander.

**1517.** Die Grafen Albert und Günther von Schwalenberg bekunden, mit Zustimmung ihrer Verwandtschaft, darunter der Domherr Heinrich, Bruder des Günther, dem Erzbischofe (Gerhard) von Mainz die Zehnten in Hollenstedt und Stöckheim (Stockem) auf Bitten Bodos von Homburg, der die Zehnten von ihnen zu Lehn hat, aufgelassen zu haben. 1305 März 13 (in crastino beati Gregorii pape).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Amelunzborn Nr. 10. Die sieben Siegel an weissen Hanfschnüren wenig beschädigt.

**1518.** Bischof Siegfried beauftragt den Propst von Lamspringe, dem altersschwachen Pfarrer in Graste den Geistlichen Bodo von Drispensedt als Koadjutor beizugeben. Hildesheim 1305 März 13.

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus dilecto in Christo . . preposito in Lammespringhe salutem in domino. Cum discretus vir rector ecclesie parochialis in Grashorst propter continuam corporis infirmitatem et non modicam senectutem, qua graviter opprimitur, regimini eiusdem ecclesie non sufficiat populoque sibi commisso commode preesse non valeat aut prodesse, nos volentes ipsius miserie misereri discretioni vestre iniungimus per presentes, quatinus Bodonem clericum de Drispensede, virum ut speramus utique providum, eidem coadiutorem auctoritate nostra ordinaria deputetis sibi curam animarum ac regimen dicte ecclesie committentes, iniungentes eidem, ut clericum debilem predictum karitative tractet ac necessaria ministret iuxta ecclesie facultates ac alias circa eundem et etiam divinum officium sollicitus existat, ut ex hoc suam possimus benivolentiam in domino commendare. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, iii<sup>o</sup>. ydus martii.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 91. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.

**1519.** Bischof Siegfried genehmigt, dass das Kl. Ringelheim, durch Schuldenlast gedrückt, seine Güter in Wackerleben dem Blasiusstifte in Braunschweig verkauft. Liebenburg 1305 März 29.

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus universis auditoris presentia seu visuris salutem in domino. Cum monasterium in Ringelem ~~gravil onere~~ debitorum quam plurimum gravaretur, . . prior ac . . conventus eiusdem monasterii, cum . . abbatem illis temporibus non haberent, bona, que prefatum monasterium in Wackersleve hactenus dinoscitur habuisse, dilectis nobis in Christo . . decano ac . . capitulo ecclesie sancti Blasii in Brunswic cum omni iure et proprietate legitime vendiderunt humiliter postulantes, quatenus venditionem huiusmodi ratificare auctoritate ordinaria curaremus. Nos itaque devotis ipsorum precibus inclinati venditionem prefatam gratificamus, ratificamus ac etiam approbamus sub presentium testimonio litterarum. Datum Levenborch anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>., quarto kalendas aprilis.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Marienburg Nr. 180. Siegel des Bischofs von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**1520.** *Edelherr Ludolf von Hessen überträgt das Eigentum von zwei ihm resignierten Hufen Landes und eines Hauses in Hohenhameln dem Johannishospital. Wolfenbüttel 1305 April 1.*

In nomine domini amen. Ludolfus nobilis de Hesnem omnibus inperpetuum. Noverint universi, quod duos mansos nostre proprietatis Honhamelen sitos, nobis a Frederico et Bertoldo fratribus dictis de Hersleve, quos a nobis in feodo tenuerant, libere et sine conditione aliqua resignatos de pleno consensu dilecti fratris nostri domini Thiderici de Hesnem, canonici ecclesie Halberstadensis, et Wlradi filii nostri ac omnium heredum nostrorum hospitali sancti Iohannis in Dammone extra muros civitatis Hildensemensis ex promotione speciali honorabilis viri et nobilis domini Henrici de Woldenberch decani ecclesie Hildensemensis in remedium anime nostre dedimus et presentibus damus et in possessionem perpetuam tradidimus et per presentes tradimus dictos mansos cum curia in eadem villa et cum omnibus iuribus et pertinentiis — — —, et promittimus per presentes dicto hospitali prestare de prefatis bonis veram et legitimam in omnibus warandiam. In quorum felicem memoriam et perpetuam firmitatem sigillum nostrum et fratris nostri predicti presentibus apponi fecimus in testimonium perpetuum et cautelam. Et nos Thidericus predictus dei gratia Halberstadensis ecclesie canonicus premissis propter deum et anime nostre remedium consentientes sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes

sunt dominus Ecbertus de Asseborch miles, Wlradus de Lengede, Conradus de Wendessem, Henricus de Stockem, Bertoldus de Hersleve famuli, Georgius de Hedelendorph, dominus Henricus plebanus nove civitatis Hildensemensis, dominus Ludegerus procurator hospitalis predicti et Henricus rector capelle in Veltborch. Datum Wifelbutle anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, feria quinta post dominicam Letare.

*Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 1837. Die beiden Siegel von den Pergamentstreifen verloren. Regest Doebner, UB. I, S. 319 Nr. 582, Asseburger UB. II, S. 31 Nr. 600.*

**1521.** *Die Grafen Albert, Heinrich und Günther von Schwalenberg übertragen mit Zustimmung des Domherrn Heinrich, des Bruders des Günther, und anderer Verwandten dem Kl. Amelunzborn drei Hufen in Stöckheim (Stockem), die es von den Edeln von Homburg gekauft hat. 1305 April 1 (kalendis aprilis).*

*Gedr. Scheidt, Vom Adel, Mantiss. S. 418.*

**1522.** *Äbtissin Sophie von Gandersheim übereignet dem Bischof Siegfried acht Hufen in Gross- und eine Hufe in Klein-Leve mit dem Patronatsrecht der Kirche und erhält dafür von jenem ein Allod mit Zubehör und das Patronatsrecht der Kirche in Wetteborn. Gandersheim 1305 April 2.*

Nos Sophia dei gratia abbatissa ecclesie sancte Marie in Ganderssem recognoscimus dilucide per presentes, quod unanimi consensu tocius nostri capituli accedente bona nostra videlicet octo mansos in campo ville maioris Levede a iure advocatie non innumes et unum mansum in campo minoris Levede cuiuslibet iuris advocatie expertem cum areis et aliis attinentiis tam in villis quam in campis donamus et donavimus venerabili in Christo patri ac domino Sifrido Hildensemensis ecclesie episcopo cum iure patronatus in perpetuum eadem bona cum proprietate et singulis suis pertinentiis in silvis, pratis, pascuis, nemoribus, viis et inviis, aquis aquarumque decursibus et piscationibus in prefatum dominum episcopum et eius successores dicte Hildensemensis ecclesie episcopos presentibus transferentes, volentes nichilominus, ut ius patronatus ecclesie in Levede cum universitate sua transeat ad eosdem. Ne igitur ex huiusmodi donatione ecclesia nostra aliquo modo lederetur, venerabilis dominus episcopus ecclesie predictae accepti beneficii non inmemor volens nobis



et ecclesie nostre fructuosam facere<sup>1)</sup> recompensam, cum pleno consensu sui capituli allodium sex mansorum in Weteborne et decimam eorundem mansorum et unum mansum litonicum ibidem et Hermannum litonem suum cum areis et aliis attinentiis tam in villa quam in campis nobis et succedentibus abbatissis nostreque ecclesie donavit ac liberaliter erogavit dictum allodium et mansos premissos cum omni iure et proprietate in nostram ecclesiam transferendo. Insuper per venerabilem dominum episcopum prefatum favorabiliter est adiectum, ut ius patronatus ecclesie in Weteborne cum predicta universitate sua transeat ad nos et succedentes nobis nostre ecclesie quaslibet abbatissas, prout in litteris super hiis confectis plenius continetur. Ut autem — —. Testes autem huius rei sunt dominus Henricus decanus maioris ecclesie Hildensemensis, dominus Ernestus de Indagine, dominus Lippoldus de Stockem et dominus Bernardus de Hardenberch canonici ibidem, dominus Fredericus, dominus Henricus Bruninghi, dominus Daniel de Westerhove et dominus Henricus de Honstad canonici predictæ ecclesie in Gandersem, dominus Albertus Boc, dominus Wedekindus de Garslebutle, dominus Boldwinus de Stenberch et dominus Ecbertus de Vreden milites et alii quam plures fide digni. Datum Gandersem anno domini millesimo trecentesimo quinto, quarto nonas aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 398. Beschädigte Siegel der Äbtissin und des Kapitels. Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh. S. 796. Die Gegenurk. des Bischofs Siegfried vgl. Häberlin, Analecta medii ævi S. 555, Transsumt von 1322 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**1523.** Ritter Balduin von Steinberg bekundet, dass Knappe Ludolf von Sehlde die Güter in Sehlde von ihm unter denselben Bedingungen besitzt wie einst von Bischof Siegfried, und sichert ihm inbetreff der Güter volle Gewähr zu. 1305 April 3 (sabato quando cantatur Sitientes).

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. III, S. 68 Nr. 96.*

**1524.** Abt Widekind des Kl. Marienrode macht mit dem Kämmerer Ludolf, Ritter, einen Kaufvertrag wegen dessen Güter in Tossem mit Vogtei, Holzgrafschaft, Holzgerechtigkeit, Mühlen, der Fischerei in der Innerste (Indistria), der Loge (Ludinghe) und der Beuster (Bostere), einer Hufe in Ochtersum (Oghtersem) mit dem Zehnten, dem Patronats-

<sup>1)</sup> facere über der Zeile nachgetragen.

*rechte der Kirche und einer Hufe genannt Ou, einer Hausstelle in Harlessem, zweier Hufen des Moritzklosters und zweier der Grafen von Wohldenberg und einer Hausstelle in Barienrode (Berningerode). 1305 April 4 (dominica qua cantatur Iudica).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 111. Siegel des Abtes und des Kämmerers (zwei Querbalken) wenig beschädigt. Gedr. Marienroder UB. S. 153 Nr. 141.*

**1525.** *Die Brüder von Harsleben verkaufen dem Johannishospital in der Dammstadt zwei Hufen Landes und eine Kurie in Hohenhameln, nachdem sie sie den Edeln von Hessen als Lehnsherrn resigniert und diese sie dem Spital überwiesen haben. Hildesheim 1305 April 5.*

In nomine domini amen. Noverint universi, quod nos Fredericus et Bertoldus fratres dicti de Hersleve vendidimus et presentibus vendimus hospitali ecclesie sancti Iohannis in Dammone extra muros Hildensemenses duos mansos et unam curiam Hohenhamelen sitos pro viginti sex marcis examinatis cum omni iure et utilitate tam in villa quam extra villam perpetuo sine impedimento aliquo possidendum, et renuntiamus per presentes omni iuri, quod in eisdem bonis habuimus, et sicut eadem bona hactenus habuimus dicto hospitali in solidum dimisimus et dimittimus per presentes, nullum ius penitus nobis aut nostris heredibus reservantes. Et quia prefata bona a nobili viro domino nostro Ludolfo de Hesnem in feodo tenuimus, eidem nobili ore et manu predicta bona resignavimus, qui nobilis proprietatem sive dominium dictorum bonorum ante castrum Wlifelbutle de consensu pleno fratris sui et filii sui Wlradi dicto hospitali dedit et per suas autenticas litteras integraliter assignavit. Super quibus ne dubium oriatur, sigilla nostra et sigilla honorabilium virorum Henrici decani Hildensemensis ecclesie pii promotoris huius emptionis, Ottonis prepositi Montis Hildensemensis, Henrici et Iohannis comitum de Woldenberch ad rogatum nostrum presentibus sunt appensa. Et nos dei gracia Henricus decanus, Otto prepositus dicti de Woldenberch, Henricus et Iohannes comites de Woldenbergh predicti sigilla nostra ad instantiam dictorum fratrum et domini Ludegeri vicarii ecclesie Hildensemensis provisoris prefati hospitalis presentibus duximus apponenda. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, nonas aprilis.

*Or. in der Bibl. des histor. Vereins für Niedersachsen zu Hannover. Von den sechs Siegeln das des Friedrich von Harsleben (Greifenkopf nach rechts), des Domdechanten und der beiden Grafen von Wohldenberg erhalten.*

**1526.** *Domherr Johann und Ritter Hildemar, Brüder von Oberg, schenken dem Marienhospital in Braunschweig zwei Hufen in Timmerlah, welche ihnen Konrad und Heinrich, Söhne des verstorbenen Johannes Elyae, aufgelassen haben. 1305 Mai 1 (in die beatorum apostolorum Philippi et Iacobi).*

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig. Die beiden Siegel an gelben Seiden-schnüren. Gedr. Pistorius, Amoen. histor.-iurid. VII, S. 2375, Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 289 Nr. 557.*

**1527.** *Die Edeln von Meinersen übereignen dem Kl. Wöltingerode vier Hufen in Gross- und fünf Hufen mit Mühle und Teich in Klein-Mahner für 26 Mark Silber. 1305 Mai 1.*

Nos Borchardus et Luthardus milites, Conradus quoque famulus nobiles de Meinersen — — volumus esse notum firmiter protestantes, quod intuitu dei omnipotentis et sancte Marie matris ipsius ac pro salute et remedio animarum nostrarum parentumque nostrorum ecclesie et conventui sanctimonialium in Woltingrode cum consensu nostrorum heredum et omnium, quorum intererat consentire, dedimus damusque in hiis scriptis proprietatem novem mansorum, quatuor in maiori Mandere et quinque in minori Mandere sitorum, cuiusdam quoque molendini, quod vocatur Dicmole, et tercię partis mangne piscine in minori Mandere cum omnibus bonis attinenciis in villis, areis, in campis et silvis, pratis et pascuis ac omni utilitate eorumdem, quos hactenus . . Boldewinus famulus de Harlingberch a nobis in pheodo tenuit, quemadmodum etiam pater ipsius . . Boldewinus miles de Harlingberch et predecessores sui parentes possederunt. Idem vero . . Boldewinus eosdem mansos nobis rite et racionabiliter resignavit et nos habentes ipsos in manu nostra donavimus memoratis ecclesie et conventui proprietatis tytulo perpetue possidendos. Huius igitur in recompensam donationis acceptam prepositus et abbatissa dicti conventus viginti et sex marcas puri argenti nobis persolverunt. In quorum omnium robur ac evidens testimonium presens hoc scriptum inde confectum sepedictis ecclesie et conventui dedimus nostris sigillis communitum. Testes siquidem huius facti sunt dominus Henricus decanus maioris ecclesie in Hildensem, dominus Otto prepositus Montis extra muros eiusdem civitatis, dicti de Woldenberch, dominus Thidericus prepositus Novi operis in Gosraria, nobiles quoque viri . . Conradus et Iohannes milites ac Ludolfus famulus comites de Woldenberch et de Insula et alii quam

plures fide dingni. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, in die beatorum Philippi et Iacobi apostolorum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 71. Die drei Siegel am Rande beschädigt. Die Uebertragung derselben Güter durch die Brüder Heinrich, Bruno und Johann von Harlingeberg von demselben Jahre ohne Tagesangabe; Or. a. a. O. Nr. 75, Siegel des Heinrich, beschädigt, zeigt rechts springenden Hirsch mit Decke bedeckt. Regest Bode, UB. III, S. 70 Nr. 98.*

**1528.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Heinrich, Sohn des Ritters Basil von Rautenberg, allen Ansprüchen an vier Hufen in Rautenberg, welche das Kl. Marienrode von Basil gekauft hat, entsagt. Hildesheim 1305 Mai 5 (quarta feria proxima post dominicam qua cantatur Misericordia domini).*

— — presentibus domino Basilio de Rutenbergh, domino Alberto Bok militibus, Thiderico de Soleda, Iohanne de Burghdorpe capellanis nostris, Lamberto de Seleda, Hermanno de Stemne, Betemanno Puteclario et Stephano famulis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 112. Siegel des Bischofs von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Gedr. Marienroder UB. I, S. 155 Nr. 142.*

**1529.** *Bischof Albrecht von Halberstadt gestattet, dass die Kapelle in Warsleben von der Kirche in Ausleben getrennt und auf das Kl. Marienthal übertragen wird, nachdem Bischof Siegfried und das Domkapitel das Patronatsrecht der Kapelle dem Kloster und das Kloster der Kirche in Ausleben eine Hufe daselbst geschenkt hat. Halberstadt 1305 Mai 15 (ydus maii).*

*Regest nach dem Or. in Wolfenbüttel Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt III (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 27), S. 14 Nr. 1762.*

**1530.** *Konrad und Johann, Ritter, und Ludolf, Knappe, Grafen von Wohldenberg übertragen dem Kl. Wöltingerode das Eigentum einer Hufe in Dudingerode, die Werner vom Stein (de Lapide) von ihnen zu Lehn gehabt und ihnen resigniert hat. 1305 Mai 16 (in die Peregrini martiris).*

Huius rei testes sunt dominus prepositus Novi operis in Goslaria, dominus Albertus et dominus Hermannus fratres de Gowisch et dominus Trobo milites, Arnoldus de Elvede, Arnoldus de Levenstede, Iohannes de Barem et Herzo filius suus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 72. Die drei Siegel wenig beschädigt. Gedr. Bode, UB. III, S. 74 Nr. 104.*

**1531.** Propst Bertold und das Kapitel des Bartholomäistiftes bestimmen eine Hausstelle, genannt Diddamp, zur Beleuchtung des Chores und des Schlafhauses und eine andere bei der Katharinenkapelle, die zur Propstei gehört, zur Bekleidung; jene Hausstelle habe der Bürger Hermann von Emmerke (Embreke) für die Kustodie gekauft zum Unterhalt einer Kerze in der Mitte der Kirche, doch mit der Bedingung, dass der Kustos Helmold die Hausstelle lebenslänglich besitze. Zur Beleuchtung des Chores sollen ferner Einkünfte aus der Meierei in Gross-Bevelthe und aus einer Kurie bei der Katharinenkapelle verwendet werden. 1305 Mai 18 (xv<sup>o</sup>. kalendas iunii).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Bartholomäistift Nr. 20. Siegel des Propstes und des Konventes. Gedr. Doebner, UB. I, S. 320 Nr. 583.

**1532.** Ernst von Hagen (de Indagine), Domherr und Archidiacon in Alfeld, genehmigt die durch Bischof Siegfried vollzogene Übertragung der Kirche in Wetteborn (an die Marienkirche in Gandersheim). Hildesheim 1305 Mai 20 (feria quinta post dominicam qua cantatur Cantate domino).

Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Maria in Gandersheim Nr. 34. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.

**1533.** Der Edele Bodo von Homburg verkauft mit Zustimmung seines Bruders Heinrich, Domherrn, seiner Schwester Sophie, seiner Frau Agnes und seiner Kinder dem Kloster Amelunxborn eine Hufe in Odagsen (Osdaghessen). 1305 Mai 23 (x. kalendas iunii).

Gedr. Orig. Guelf. IV, S. 500, im Auszuge Falke, Tradit. Corb. S. 875.

**1534.** Propst und Kapitel des Moritzstiftes gewähren sich gegenseitig nach dem Vorbilde des Domkapitels ein Gnadenjahr. 1305 Mai 25.

In nomine domini amen. Nos de gratia Otto prepositus, Ludegerus decanus et capitulum ecclesie sancti Mauricii montis Hildensemensis recognoscimus et notum facimus universis, quod, dum propter pericula et dampna gravia ex discordiis et guerris variis provenientia per defectum fructuum prebendarum et proventuum nostrorum non modicum gravaremur, cupientes nobis et nostre ecclesie via cautiore quam potuimus providere, prout a spirituali matre nostra videlicet capitulo ecclesie Hildensemensis didicimus, eius vestigia secuti nos Otto prepositus personis dicti capituli nostri Montis nunc existentibus et in futurum succedentibus in omnibus bene-

ficiis, que ad nostram collationem pertinent ad presens vel<sup>1)</sup> in futurum pertinebunt cum omni iure et utilitate, annum gratie indulsumus et presentibus indulgemus. Et nos capitulum prefatum benignitati eiusdem domini nostri Ottonis prepositi respondere<sup>2)</sup> et providere cupientes<sup>3)</sup> sibi et suis successoribus idem fecimus ac eis in prepositura et in omnibus iuribus et utilitatibus, que ad preposituram pertinent aut pertinebunt, annum gratie dedimus et damus liberaliter per presentes hoc modo videlicet, quod si aliquis inter nos scilicet prepositum et personas capituli predicti ante diem beati Iacobi apostoli obierit, annum tunc instantem pro anno gratie habebit, si vero in ipso die aut post diem beati Iacobi obierit, annum tunc presentem, quia ipsum iam<sup>4)</sup> in possessione habere incepit, libere habebit et annum sequentem pro anno gratie optinebit, secundum quod in nostra maiori ecclesia observatur. Volumus eciam<sup>5)</sup> et communi consensu statuimus, eundem annum gratie decano et cellerario nostro in suis dignitatibus et personatibus, que ad communem electionem pertinent, observari. Item prefatum annum gratie eodem<sup>6)</sup> modo in obedientiis nostris statuimus observandum, salva nichilominus ordinatione, quam de anno gratie in prebendis nostris firmiter observamus. In quorum felicem memoriam et perpetuam utilitatem presentem litteram inde conscriptam sigillis nostro scilicet Ottonis<sup>7)</sup> prepositi et capituli predicti fecimus sigillari. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, viii<sup>o</sup>. kalendas iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Moritzstift Nr. 79, Siegel des Propstes verloren, des Kapitels gut erhalten, und Nr. 80 (B), beide Siegel beschädigt.*

**1585.** *Das Domkapitel und Bischof Siegfried bestätigen und genehmigen das Statut des Moritzstiftes betreffs des Gnadenjahres vom 25. Mai. Hildesheim 1305 Mai 31.*

In nomine domini amen. Nos dei gratia Conradus prepositus, Henricus decanus, Bernardus scolasticus et capitulum ecclesie Hildensemensis omnibus hanc litteram visuris vel audituris salutem in domino. Noverint universi, quod litteras prepositi et capituli ecclesie sancti Mauritii montis Hildensemensis vidimus in hec verba (*folgt die vorhergehende Urk.*). Et nos prefatam ordinationem provide et utiliter statutam gratam et ratam habentes eam presentibus appro-

*Abweichungen in B.:* 1) aut. 2) quantum potuimus respondere. 3) volentes. 4) in possessione iam. 5) etiam. 6) eodem modo *fehlt*. 7) Ottonis *fehlt*.

bamus. Super quo ne dubium oriatur, ad rogatum honorabilis et nobilis viri domini Ottonis de Woldenberch prepositi ecclesie Montis predicti presens scriptum sigillo capituli nostri sigillari fecimus in evidens testimonium et cautelam. Datum Hildensem anno domini prout supra ii. kalendas iunii. Et nos Syfridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus prefatam ordinationem prepositi et capituli Montis Hildensemensis auctoritate ordinaria in nomine domini presentibus confirmamus et mandamus districte secundum tenorem prescriptum inviolabiliter observari. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum ut supra.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 81. Siegel des Bischofs und des Domkapitels wenig beschädigt.*

**1536.** Die Brüder Ludolf, Domherr in Hildesheim, und Otto, Domherr in Halberstadt, Grafen von Wohldenberch, gestatten ihrem Oheim Otto, Propst des Moritzstiftes, und dessen Testamentsvollstreckern den Gebrauch der Meierei in Bierbergen bis zur Zahlung von 60 Mark. 1305 Juni 1.

Nos Ludolfus canonicus ecclesie Hildensemensis, Otto canonicus Halberstadensis fratres dicti de Woldenberch recognoscimus per presentes, quod nos favori et affectui dilecti patris nostri domini Ottonis prepositi Montis Hildensemensis respondere cupientes favimus eidem et presentibus favemus et plenum posse dedimus et per presentes damus, ut post mortem suam testamentarii ipsius villicationem in Berberch, quam patri nostro premortuo et nobis a venerabili domino nostro episcopo comparavit, tanto tempore possideant et cum omni utilitate habeant, donec sexaginta marcas examinatas de prefata villicatione plene percipiant, quas in usus dicti patris nostri vertent, nec nos reclamare possumus nec debemus, dantes dicto patri nostro et suis testamentariis, qui pro tempore fuerint, hanc litteram sigillis nostris sigillatam in testimonium super eo anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, kalendas iunii. Testes sunt honorabiles viri domini Conradus prepositus, Hen(ricus) decanus, Bernardus scolasticus, Ernestus de Indagine, Hermannus de Stenberch, Bernardus de Hardenberch, Iohannes de Oberch canonici ecclesie Hildensemensis et alii quam plures atque Henricus de Homborch canonicus ibidem.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 399. Die beiden Siegel gut erhalten.*



**1537.** *Die Grafen Otto und Volrad von Valkenstein schenken mit Zustimmung ihrer Brüder Konrad, Dompropstes in Hildesheim, und Heinrich, Propstes des Marienstiftes in Halberstadt, demselben Marienstifte Land in Sinsleben. 1305 Juni 24 (25? vii<sup>o</sup>. kalendas iulii, in die beati Iohannis baptiste).*

*Or. im Staatsarchiv zu Magdeburg. Gedr. Schaumann, Grafen von Valkenstein S. 177, v. Heinemann, Codex diplom. Anhalt. III, S. 70 Nr. 105 im Auszug.*

**1538.** *Die von Dorstadt verkaufen dem Michaeliskloster zwei Hufen mit zwei Hofstätten in Hallendorf. 1305 Juni 29.*

Dei gratia nos Bernardus scolasticus ecclesie Hildensemensis, Fridericus et Walterus fratres nobiles de Dorstat presentibus recognoscimus et ad perpetuam rei memoriam publice protestamur, quod duos mansos Hedelendorpe sitos ab omni advocatia et servicio liberos cum duabus areis ibidem, quorum proprietas ad nos pertinebat, cum omnibus quoque suis iuribus et pertinentiis utilitatibusque — — de communi consensu heredum nostrorum nunc proximorum videlicet Friderici, Borchardi, Gertrudis et Lutgardis, Alheydis et Alheydis religiosis viris videlicet abbati . . et conventui monasterii sancti Michaelis in Hildensem pro viginti et tribus marcis examinati argenti vendidimus et in corporalem possessionem ipsorum dictos mansos cum omnibus suis iuribus tradidimus et per presentes tradimus perpetuo possidendos — —. Super quibus ne in posterum dubium oriri contingat, nos Bernardus scolasticus Hildensemensis ecclesie, Fridericus et Walterus fratres predicti presentem litteram inde conscriptam tam pro nobis quam pro nostris heredibus nostris tribus sigillis munitam abbati . . et conventui . . sepredictis dedimus ad cautelam. Et nos Fridericus filius Friderici et Borchardus filius Walteri fratrum predictorum venditioni predictae omnino consentientes sigillis patrum nostrorum et patrum nostri iam predictorum contenti sumus in hoc facto. Et ego Gertrudis filia Walteri predicti venditioni predictae cum voluntate mariti mei Conradi de Meynersem consentiens ipsius mariti mei sigillo sum usa. Et ego Lutgardis filia Walteri predicti venditioni predictae cum voluntate mariti mei Dethardi de Rosdorpe consentiens ipsius mariti mei sigillo sum usa. Et ego Alheydis filia Friderici predicti venditioni predictae cum voluntate mariti mei Hermanni de Scerembeke<sup>1)</sup> consentiens ipsius mariti mei sigillo sum usa. Et ego Alheydis filia Walteri predicti

*Abweichungen in B.: 1) Scerenbeke.*

adhuc innupta permanens venditioni predictae cum patre meo consentiens sigillo ipsius patris mei sum contenta. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>.<sup>1)</sup> quinto, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von derselben Hand Michaelis. Nr. 115 (A) und 116 (B). Von den sechs Siegeln an A nur das letzte stärker beschädigt, an B das des Domscholasters verloren, die anderen beschädigt. Die runden Siegel der von Dorstadt geteilt und mit dreifach geschachtetem Schrägrechtsbalken überlegt, das runde Siegel des von Meinersen zeigt Helm mit geschachtetem Flug, das schildförmige des von Rostorf zwei senkrechte mit den Rücken gegen einander gekehrte Schlüssel, das schildförmige des von Schermbeck an A in rotem, an B in grünem Wachs, einen Adlerflügel, Sazen nach oben. — In einer Urk. aus demselben Jahre ohne Tagesangabe, a. a. O. Nr. 117, bestätigt Lutgardis obigen Verkauf, Siegel des Dethard von Rostorf an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen beschädigt.*

**1589.** *Baldwin von Harlingberg stiftet mehrere Memorien von Angehörigen im Kl. Wöltingerode. 1305 Juli 19.*

Baldewinus de Harlingeberghe omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Tenore presentium publice recognosco, quod ad honorem omnipotentis dei et beatissime virginis Marie necnon pro salute animarum mee videlicet et parentum ac propinquorum meorum contuli in perpetuum et confero per presentes de paterna hereditate mea conventui in Wolthingerode Hildensemensis dyocesis quatuor mansos in maiori Mandere et quinque mansos in minori Mandere et unum molendinum et dimidiam piscinam ibidem cum omnibus eorum areis et quibuslibet pertinentiis, villis, silvis, agris, pratis, campis, viis ac inviis, quibus eos possedi, ad peragendum perpetuo simul anniversarium patris mei domini Baldewini et matris mee domine Alheydis singulis annis in vigilia sancte Katherine missis et vigiliis et ut quilibet domina legat spalterium<sup>2)</sup> pro salute earundem animarum et quod tunc in karitativam consolacionem unicuique sacerdoti et cuilibet domine ministretur unus solidus Goslariensis et schopa Goslariensis cervisie et unus albus triticeus panis, qualis in festivitibus solet dari. Insuper memorias domini Iusarii avi mei et Iusarii fratris mei necnon Iordani, Henrici et Widekindi patruorum meorum et omnium meorum propinquorum simul in die sancti Servatii singulis annis missis et vigiliis et legendo spalteria<sup>2)</sup> peragent modo iam predicto, et tunc iterum cuilibet

<sup>1)</sup> millesimo trecentesimo. <sup>2)</sup> *So das Or.*

sacerdoti et cuilibet domine in debitum sublevamen huiusmodi specialis laboris dabitur solidus Goslariensis et schopa cervisie et albus panis secundum formam supradictam. Preterea anniversarios iam dictarum personarum prout occurrunt nichilominus singulis annis peragent, sicut specialium suorum benefactorum anniversarios peragere consueverunt. Desuper ad altare in septentrionali parte monasterii eorum sub ymagine beate Marie virginis edificatum preter missas hactenus dici consuetas singulis septimanis procurabunt dici tres missas pro salute animarum omnium meorum propinquorum et omnium fidelium defunctorum. Renuntiavi igitur predictis bonis et omni iuri, quod michi in eis competebat et competere potuisset in futuro volens, ut predictus conventus ea perpetuo possideat et proventus eorum in amministrationes predictas recipiat et convertat. Volo eciam eidem conventui prestare super eisdem bonis debitam et legitimam warandie cautionem, si ab aliquo litem vel controversiam sibi moveri contigerit, quod absit, de eisdem. In quorum omnium evidens testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. trecentesimo quinto, xiiii<sup>o</sup>. kalendas augusti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 73. Siegel des Ausstellers an roten Seidenfäden zeigt Zickzackbalken. Obige Stiftung bestätigen in einer Urk. desselben Jahres ohne Tagesangabe die Brüder Heinrich, Bruno und Johann von Harlingberg, Neffen des Balduin, Abschrift des 16. Jahrhunderts in Cop. VI, 115, S. 555 ebenda.*

**1540.** *Bischof Siegfried verheisst den Besuchern und Wohlthättern der h. Geist-Kapelle in Braunschweig vierzig Tage Ablass und bestätigt die Indulgenzien der Bischöfe von Halberstadt und Münster. Braunschweig 1305 Juli 22 (in die beate Marie Magdalene).*

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig, Martinikl., mit dem Siegel des Bischofs. Gedr. Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 289 Nr. 558.*

**1541.** *Bischof Siegfried transsumiert der Bulle des Papstes Bonifaz VIII., d. d. Lateran 1303 Januar 16 (xvii. kalendas februarii, pontificatus anno octavo) für die Augustiner-Eremiten. Hildesheim 1305 Juli 22 (in die beate Marie Magdalene).*

*Gedr. Lichtenstein, Epist. observ. jurid.-hist., epist. VI., Regest Schmidt, Päpstl. Urk. (Gesch.-Quellen der Prov. Sachsen XXI), S. 41 Nr. 83 Anm. Vgl. Potthast, Reg. pont. 25210.*

**1542.** *Burchard und Lippold von Cramme, Ritter, und der Pfarrer in Lesse bekunden den Verzicht des Johann Hancole auf alle Ansprüche an eine Hufe in Berel, die dem Johannisstift gehört. 1305 Juli 25.*

Nos Borchardus senior et Lyppoldus milites dicti de Cramme ac Iohannes plebanus in Lesse tenore presentium recognoscimus et testamur, quod Iohannes vulgariter nominatus Hancole civis in Lesse ac Thethmarus filius eius necnon et Alheit, Greta, Gesa et Mechtildis filie ipsius coram nobis renuntiaverunt lingua manaque omni actioni seu impetitioni, si quam habuerunt in quodam manso in Berle sito ad ecclesiam sancti Iohannis Hildensemensis pertinente. In cuius rei testimonium presentem paginam sigillorum nostrorum appensione duximus consignandam. Acta sunt hec anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>., in die beati Iacobi apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Johannisstift Nr. 40. Siegel des Burchard schildförmig, zeigt drei (2:1) Lilien: \* SI. BORCHARDI . DE . CRA(M)ME, das des Lippold rund zeigt Helm mit 2 aufgerichteten Lilien: . . . PPOLDI . DE . CRAMME, das des Johann rund mit Rose: † S. P(LE)BANI . DE . LESSE. Gedr. Würdtwein, Nova subs. I, S. 360 nach Cop. Dasselbe bekunden August 1 (in die ad vincula sancti Petri) die Brüder Aschwin und Heinrich von Wallmoden, doch wird der Bürger hier Hantele genannt, Or. a. a. O. Nr. 41 mit dem Siegel des Heinrich, drei aufgerichtete Widder nach rechts (2:1) † S. HENRICI (DE) WALMEDE, gedr. a. a. O. S. 359 nach Cop.*

**1543.** *Lippold von Rössing (Roddhinge) der Ältere verzichtet mit seinen Söhnen auf alle Ansprüche an die Gebäude der Mühle in Jeinsen (Geynhusen) und die Verzäunung des Hofes und billigt event. Bauten auf der Leine oder auf der Hausstelle. 1305 August 1 (vincula Petri).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 114. Siegel des Ausstellers. Gedr. Marienroder UB. S. 156 Nr. 143.*

**1544.** *Burchard Abt von Ilsenburg, Ludolf Kanoniker des Moritzstiftes, Johann Kanoniker in Goslar und Dietrich Kanoniker des Kreuzstiftes, Brüder von Cramme, genehmigen den Verkauf der Güter in Mahlum (Maldem) und einer halben Hufe in Volkersheim (Volkersum) durch ihren Vater (†) Ludolf und Oheim Burchard an das Stift st. Georgenberg bei Goslar. 1305 August 26 (feria quinta post Bartholomei).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Grauhof Nr. 46. Bruchstücke von drei Siegeln, das erste verloren. Gedr. Bode, UB. III, S. 80 Nr. 114, im Auszuge Jacobs, Ilsenburger UB. II, S. 519. An demselben Tage resigniert in Baddecken-*

stedt diese Güter Ritter Herbert von Cramme in Gegenwart seines Vaters Burchard und der Brüder Ludolf, Kanoniker des Moritzstiftes, und Dietrich, Kanoniker des Kreuzstiftes, gen. von Cramme, Or. a. a. O. Nr. 48; beide Siegel verloren, gedr. a. a. O. S. 87 Nr. 123.

**1545.** Gerhard, Dompropst von Halberstadt, Heinrich (von Wohldenbergl), Domdechant in Hildesheim, und Burchard, Archidiakon in Alvensleben, verbürgen sich dem Kl. Marienthal für dessen Exemption von der Leistung an den Archidiakon aus dem Zehnten in Gross-Hakenstedt. Halberstadt 1305 September 3 (feria sexta ante natiuitatem beate Marie virginis proxima).

Nach den Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel gedr. Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt III (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 27) S. 19 Nr. 1768.

**1546.** Bischof Siegfried übereignet dem Kl. Ringelheim den Novalzehnten des Esenberges. Hildesheim 1305 September 20.

Nos Sifridus dei gratia episcopus Hildensemensis ecclesie presentibus publice protestamur, quod, cum mons situs prope Ringelheimb, qui Esenberg vulgariter nuncupatur, cum omni proprietate, iure et utilitate ad abbatem et monasterium in Ringelheim pertinuerit a tempore, a quo memoria non existit, et abbas et conventus predicti rubeta dicti montis ad agriculturam intendant redigere ipsumque excolere propriis vel saltem sumptibus alienis, nos devotis ipsorum precibus inclinati decimam novalium, que nobis de iure communi competere dignoscitur, totius nostri capituli accedente consensu donamus ac incorporamus cum iure et proprietate monasterio memorato presentibus in his scriptis. Insuper montem seu terrulas dicti montis ab omni iure advocatie prorsus exemptos esse volumus et immunes nihil nobis et ecclesie nostre in bonis predictis iuris penitus reservantes, volentes etiam, ut nullus advocatorum aut subditorum nostrorum in bonis predictis sepe fatum monasterium impedire aliquo modo audeat aut presumat. Ceterum si, quod absit, dicta bona quis impetierit, ex tunc ipsis competentem varandiam faciemus. Conductus quoque abbas et fratres sepedicti monasterii accepti beneficii non immemores proprios suos homines et litones nulla bona litonica a monasterio tenentes cum heredibus ab ipsis legitime descendentibus, duobus tantum fratribus commorantibus in Braunschweig exceptis, in nos et ecclesiam nostram vice versa liberaliter transtulerunt, alios vero bona a monasterio tenentes lito-

nica reservando. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillorum nostri videlicet et prefate ecclesie nostre capituli munimine fecimus communiri. Datum Hildesii anno domini millesimo trecentesimo quinto, in vigilia beati Matthei apostoli.

*Abschrift im Cop. des Jahres 1714, S. 19 im Archiv zu Ringelheim.*

**1547.** *Das Kl. Ringelheim, das von Bischof Siegfried den Zehnten der Rodungen des Esenberges erhalten hat, überlässt ihm dafür alle Hörigen, welche keine Latgüter von ihm haben, ausser zwei Brüdern in Braunschweig. Hildesheim 1305 September 20.*

Nos Theodolfus abbas totusque conventus monasterii in Ringhelem ordinis sancti Benedicti presentibus publice protestamur, quod, cum venerabilis in Christo pater ac dominus Sifridus Hildensemensis ecclesie episcopus decimam novalium terrularum montis dicti Esenberg prope Ringhelem siti ad agriculturam noviter redactarum nobis de communi consensu sui capituli donasset et in nostrum monasterium cum omni iure ac proprietate liberaliter transtulisset, nos accepti beneficii non inmemores eidem et ecclesie sue homines nostros proprios ac litones, qui nulla bona a nobis tenent litonica, cum heredibus ab ipsis legitime descendentibus, duobus tamen fratribus in Brunswic commorantibus exceptis, donamus viceversa presentibus in hiis scriptis, ita quod alii litones, qui bona tenent litonica, astricti nostro maneant monasterio sicut prius. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, in vigilia beati Mathei apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 400. Siegel des Konventes und des Abtes gut erhalten. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 291 Nr. 561.*

**1548.** *Propst Friedrich, Priorin Elyana und der Konvent des Kl. Dorstadt verkaufen dem Heinrich von Gitter (Ghetere) und dessen Frau Margarete eine Hausstelle in Kissenbrück (Kyssembrügke). 1305 Oktober 9 (in die sancti Dionisii martyris).*

*Abschrift des 16. Jahrhunderts im Fragm. von Copialbüchern des Kl. st. Egidii in Braunschweig im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**1549.** *Bischof Siegfried verspricht denen, welche auf dem Kirchhofe von st. Michaelis in Braunschweig für die Todten beten, vierzig*

*Tage Ablass. Hildesheim 1305 Oktober 29 (in crastino beatorum apostolorum Simonis et Iude).*

*Gedr. Rehtmeier, Kirchen-Hist., Suppl. S. 72. Danach Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 292 Nr. 564.*

**1550.** *Ritter Lippold von Rössing (Roddinge) der Ältere schenkt zu seinem Seelenheil dem Kl. Marienrode eine Hufe in Jeinsen (Geynhusen), wofür seine Söhne Lippold, Dietrich und Basil von Rössing garantieren. 1305 November 10 (in vigilia beati Martini episcopi).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 115. Vier beschädigte Siegel. Gedr. Marienroder UB. S. 156 Nr. 144. An demselben Tage verbürgen sich der Aussteller und die genannten Söhne für die Zustimmung der minorennen Kinder des ersteren, Or. a. a. O. Nr. 116 mit vier wenig beschädigten Siegeln, gedr. a. a. O. S. 157 Nr. 145.*

**1551.** *Der Rat der Stadt bekundet, dass Margarete, die Wittwe des Bruno Insanus, der Absicht ihres verstorbenen Mannes gemäss einen Allerheiligenaltar in der Andreaskirche neben dem Turme errichtet und dotiert hat. 1305 (vor November 11).*

*Erhalten als Transsumt der Urk. Bischof Heinrichs von 1317 April 23 (Georgii) in dem Notariatsinstrument des Arnold von Hagen von 1375 Dezember 15, Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim Nr. 1258 e. Gedr. Doebner, UB. I. S. 321 Nr. 584.*

**1552.** *Knappe Gerhard von Leuwe überträgt seinem Stiefvater, Ritter Ludolf von Lochtum, zwei Hufen in Klein-Leuwe unter angegebenen Bedingungen. Goslar 1305 Dezember 6.*

Ego Gerardus famulus de Levedhe sub testimonio sigillorum scilicet domini Henrici comitis de Sladem ac mei presentibus notum facio, quod cum consensu et voluntate abbatis et conventus ecclesie sancti Michahelis in Hildensem duos mansos sitios in parvo Levedhe domino Ludolfo militi de Lochtene vitrico meo commisi gubernandos sub tali conditione, quod idem miles quamdiu vixerit mansos predictos ad usum meum conservabit et gubernabit et censum debitum monasterio predicto sancti Michahelis videlicet unum talentum Hildensemensium denariorum in Goslaria, ubi camerarius predicti monasterii ei assignaverit, in festo sancti Michahelis annis singulis expedite persolvet, ita quod semper ante diem beati Galli immediate sequentem census debet esse totaliter persolutus, et quandocumque hoc neglectum fuerit, tunc mansi predicti sunt ecclesie prefate liberi et soluti. Preterea domino Ludolfo mortuo mansi predicti erunt in potestate mea vel heredum meorum, si quos tunc habuero, et



censum predictum singulis annis dabo, et deinceps heredes domini Ludolfi nichil iuris in eisdem mansis sibi poterunt usurpare. Set si ego Gerardus, quod absit, heredes non habuero, tunc predicti mansi sine contradictione aliquorum meorum amicorum ad ecclesiam predictam redibunt liberi et absoluti. Actum et datum Goslarie anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto, in die sancti Nicolay episcopi et confessoris, coram viris multis providis et discretis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 118. Rundes Siegel des Grafen und schildförmiges des Ausstellers, letzteres gespalten, links drei Rosen über einander, rechts drei Mummelblätter desgl.*

**1553.** *Bernhard, Domherr und Archidiakon in Braunschweig, befiehlt den Pfarrern Hildesheimer Diözese in Braunschweig, die Schuldner der Andreaskirche daselbst zur Zahlung anzuhalten. Hildesheim 1305 Dezember 12 (in dominica Gaudete in domino semper).*

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig mit Siegel. Gedr. Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 293 Nr. 566.*

**1554.** *Die Brüder Ludwig, Johann und Ludolf von Bardeleben resignieren nach Empfang einer Summe Geldes durch das Kl. Marienrode dem Grafen Adolf von Holstein-Schaumburg den Zehnten von zwei Hufen in Jeinsen (Geynhusen), den sie vom Grafen und von ihnen wieder Ritter Heinrich von Herbergen zu Lehn hatte. 1305 Dezember 16 (feria quinta post Lucie virginis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 117. Siegel des Volquin von Schalksberg, Dompropstes in Minden, und des Mindener Domherrn Ludwig von Bardeleben, Oheims der Aussteller. Gedr. Marienroder UB. S. 158 Nr. 146. In einer Urk. ohne Jahresangabe, datum Scowenburgh, in die Margarete virginis (Juli 13, also 1306), resigniert Graf Adolf von Holstein den Zehnten dem Bischof Gottfried von Minden, Or. a. a. O. Nr. 113 mit Siegelbruchstück an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, gedr. a. a. O. S. 159 Nr. 147.*

**1555.** *Das Kl. Derneburg bekundet, dass der Priester Heinrich von Cantelsem, Kanoniker des Kreuzstiftes, ihm sechzig Mark geliehen und einen Zins in Söder überlassen habe, und bestimmt den Zehnten in Heersum zur Beschaffung linnener Kleider für die Nonnen. 1305.*

Hinricus plebanus in Legedhe dei gratia prepositus, Intta priorissa totusque conventus claustrum in Derneburg omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, caritatem in domino sempiternam. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod, cum de multis lesionibus variisque oppressionibus debitorum pondere adeo

essemus involuti, quod sine alienatione seu obligatione bonorum nostrorum, quorum tamen annui fructus eciam ad artum victum nobis minime sufficiunt, ~~nullatenus expediri~~ possemus, invaluerunt gemitus nostri et merore ac pavore corda nostra per singulos dies stringebantur. Quamobrem in artissimo positi ad illum, quem omnipotentis dei gratia et misericordia nostre tribulationi singularem ac fidelissimum patrem in terris temporaliter constituit, dominum Hinricum videlicet sacerdotem dictum de Cantelsem ecclesie sancte Crucis in Hildensem canonicum humilime confugimus, cuius pia ac fidelissima precordia ad nostri doloris salubre solacium taliter divina bonitas visitando tetigit immo verius perfectissime illustravit, ut plagas ac lacerationes, quas homines pravi, dei timore vacui, funesta cupiditate excerebrati,<sup>1)</sup> sathane mallei, ad eternam ultionem dispositi, peccatis nostris exigentibus domino permittente nostris rebus intulerunt, ipse indefesse ac sine tedio solius divine retributionis intuitu ac nostrarum orationum inspectu reintegrare ac reformare affectuosissime molitur. Igitur cum flebiles ac lamentabiles angustias nostras aure compassiva intelligeret, eternam ac prelargam elemosinam de conswete sue pietatis fonte nostre indigencie sub hac forma propinavit. Ad solutionem siquidem debitorum nostrorum sexaginta marcas puri argenti nobis presentavit ac quatuor talentorum reditus, quos in villa Sodhere habuit, ad nostros generales usus pio affectu relaxavit. Quapropter decimam nostram in Hederickissen, quam pro eadem pecunia obligare decrevimus, ad procuracionem linearum indumentorum iam dictus dominus Hinricus omnibus dominabus inclusis ordinavit et voluit perpetuo assignari. Nos igitur felici desiderio suo unanimiter quam intime faventes ipsique coram summo retributore assiduis orationibus nostris quam plurimum gratificantes paternitati sue in domino firmiter promittimus, quod premissa decima in Hederickissen ex nunc in antea et in omne tempus, quo ecclesiam nostram domino militare contigerit, ad amministrationem et provisionem linearum vestium omnibus nostris personis inclusis eternaliter et irrevocabiliter pertinebit. Ut autem hec omnia rata, firma et inconvulsa permaneant et penitus a nemine ullo tempore dissolvantur, presens scriptum inde confectum sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Huius vero rei testes sunt Hinricus prepositus in Stederburg, Iohannes plebanus

<sup>1)</sup> Or. excerati.

in Ditforde, Iohannes dictus de Mandere et alii quam plures. Datum anno domini millesimo ccc<sup>o</sup>. quinto.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Derneburg Nr. 51. Zwei Siegel: „sancte Marie in Dern.“ und „sancte Andree in Dern.“, ersteres wie Abbildung Band II, Tafel VIII Nr. 34.*

**1556.** *Das Kloster Escherde bestimmt den Zehnten in Barfelde zur Unterstützung des Siechenhauses und der Propst seinen Zehnten in Hönze nach seinem Tode zur Bekleidung. 1305.*

Dei gratia ego Luderus prepositus, Methildis priorissa totusque conventus sanctimonialium in Esherto — — unam decimam nostram quatuor mansorum in Bervelte habentem<sup>1)</sup> xiiii solidos annuatim in redivisibus ad infirmoriam nostram maturo consilio apposuimus et conneximus volentes vero, ut ipsa pensio domine, que pro tempore magistra in ipsa domo inventa fuerit, annualis pensio presentetur. Et ego Luderus prepositus decimam meam in Honesse post vite mee tempora ac pro remedio anime mee de consensu totius conventus dominabus nostris locavi ad vestitum ac tradidi perpetuo possidendam, et domina, que pro tempore est in loco camerarie, fructum iam dicte decime ad vestitum totius conventus recipiet annualem. Ut igitur hec donatio nostra firma et inconvulsa permaneat, scripto nostro et sigilli nostri a pensione sub anathematis interminatione ac sancte ecclesie necnon et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate fecimus communiri. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. v<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 113. Gut erhaltenes Siegel des Propstes und beschädigtes des Konventes.*

**1557.** *Konrad Buninch und Frau bekunden, dem Kl. Lamspringe von einer Hufe in Neindorf jährlich vier Schilling zu schulden und dass ihre Erben kein Anrecht an der Hufe haben. 1305.*

Ego Conradus dictus Buninch uxorque mea Ermegardis in presentibus recognoscimus publice protestando, quod nichil plus iuris habemus in manso sito in magno Neindorpe, quam quod habemus de claustris Lammessprinc gratia<sup>2)</sup> speciali, hoc est, ut singulis annis ipsi claustris annuatim in festo Michaelis quatuor solidos sine occasione qualibet persolvamus, nobisque decedentibus heredes nostri, si forte ex nobis fuerint procreati, nichil iuris in

<sup>1)</sup> habens.

<sup>2)</sup> gratia über dem getilgten licentia.

tacto manso sibi poterunt vindicare. Quod nos Iohannes de Goltur-  
turne, Lodhewicus de Engelinborstolt, Theodericus senior Holtgreve  
milites de consensu ~~wpärtium~~ sigillorum nostrorum munimine pro-  
testamur. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinto.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 92. Von den drei an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen befestigten Siegeln das erste, des J. von Goltern, eingenäht und zerbröckelt, das zweite, des von Engelbostel, stark beschädigt, das dritte, des Holtgreve, gut erhalten.*

**1558.** Konrad und Johann, Ritter, und Ludolf, Knappe, Grafen von Wohldenberge übereignen dem Kl. Wöltingerode sechs Hufen in Dudingerode, welche die Brüder Albert und Hermann von Gowische, Ritter, von ihnen zu Lehn hatten und ihnen resigniert haben, zur Vermehrung der Lebensmittel der Nonnen. 1305.

Huius quoque rei testes sunt dominus Giso de Lapide miles, dominus Iohannes Trobo miles et Henricus Trobo filius suus, Arnoldus de Levenstede, Arnoldus de Elvedhe, Iohannes de Barum et Herzo filius suus.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 74. Siegel Johans in grünem Wachs gut erhalten, von den beiden anderen nur Bruchstücke. Gedr. Bode, UB. III, S. 88 Nr. 125. Vgl. auch unten Nr. 1530.*

**1559.** Abt Detlev von Ringelheim (Righelighem) verkauft drei Morgen im Felde von Kisseleve maior, die zur Beleuchtung gehören, dem Edeln Ludolf von Warberg. 1306 Januar 5 (in vigilia epiphaniae<sup>1</sup>) domini).

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Warberg Nr. 8. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**1560.** Bischof Siegfried bestätigt und genehmigt, dass Ludolf, Sohn des Martin von Broitzem (Brotzem), dem Krankenamte des Kl. Steterburg Güter in Geitelde, Beddingen, Sauingen und einen Zins in Linde überträgt. Hildesheim 1306 Januar 8 (sabbato post epiphaniam domini).

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Diplom. des Kl. Steterburg I, S. 276 im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 301 Nr. 573.*

**1561.** Graf Johann von Roden entschädigt das Kl. Lamspringe wegen des zurückbehaltenen Zinses von den Gütern in Apelern. 1306 Januar 20.

<sup>1</sup>) Or. epiphania.

Nos Iohannes comes de Rodhen per presens scriptum universis Christi fidelibus cupimus esse notum, quod nos instructi per venerabilem virum Iohannem prepositum in Lamespringe debitum censum non solvimus ipsi claustro iam dicto de bonis Apelderren et aliis ad ea pertinentibus et aliquanto tempore fuerimus negligentes. Ea propter volentes negligenciam huiusmodi restaurare permittimus et promittimus, ut absque ulla contradictione nostra vel nostrorum heredum pro retento censu memoratus prepositus vel qui pro tempore fuerit loco sui tollat ad presens octo talenta de preterito et sex de instanti termino de bonis predictis, computatione tamen facta in die Michahelis sicut tunc in foro annona communiter emi solet, deinde solucione huiusmodi completa absque ullo dubio vel contradictione solventur singulis annis duo talenta ipsi claustro de areis attinentibus vel de bonis, si aree annihilate fuerint, quem censum etiam ipsius claustri nuncius sine advocato nostro, nisi requisitus fuerit, recipiet expedite. Et ne questionem vel dubium tam de bonis quam de censu contingat de cetero suboriri, propriis vocabulis ea bona cum situ duximus declarari, videlicet in Apelderren tres mansi et aree attinentes, item in Lidheren tres mansi et fundus et dimidius, Hiddekestorpe duo mansi, Vekkendorpe mansus et dimidius, Nendorpe unus mansus. Que omnia prescripta ad maiorem evidentiam et utilitatem sepedicti claustri duximus nostri sigilli munimine roboranda. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. sexto, Fabiani et Sebastiani martirum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamespringe Nr. 93. Bruchstück des Siegels des Ausstellers. Regest Harenberg, Hist. Gandersh. S. 797.*

**1562.** *Propst Otto des Moritzstiftes und Otto, Sohn seines Bruders Heinrich, Grafen von Wohldenbergh, geben mit Zustimmung des Ludolf von Wohldenbergh, Domherrn, vier Hufen in Lebenstedt (Levenstede), die ihnen die Brüder Aschwin, Heinrich und Dietrich von Wallmoden resigniert haben, dem Grafen Hermann, dem Bruder des Propstes, der ihnen dafür vier Hufen in Gross-Heere übergiebt. 1306 Februar 1 (in vigilia purificationis beate virginis).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 397. Siegel des Propstes Otto und des Domherrn Ludolf gut erhalten, das des Grafen Otto verloren.*

**1563.** *Graf Hermann von Wohldenbergh überträgt mit Zustimmung seines Sohnes Bodo, Domherrn, vier Hufen in Lebenstedt (Levenstede)*

mit einer Hausstelle dem Kl. Riddagshausen. 1306 Februar 3 (in crastino purificationis virginis gloriose).

Testes sunt ~~whonorabiles viri domini~~ Otto prepositus Montis, Ernestus de Indagine, Thidericus de Walmede, Hermannus de Stenberch, Bernardus de Hardenberch, Iohannes de Oberch canonici ecclesie Hildensemensis, Bertrammus Reinfridi et Hermannus frater suus, Borchardus de Valua orientali et Iohannes filius eius, Henricus, Thidericus, Hartmannus et Iohannes fratres dicti Frisones burgenses in Hildensem.

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 398. Siegel des Ausstellers.*

**1564.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Hermann Osterhof sich zum Schadenersatz gegenüber dem Kreuzstift verpflichtet und allen Ansprüchen an jenes entsagt hat. Peine 1306 Februar 5.*

Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus presentibus publice protestamur, quod Hermannus dictus Osterhof coram nobis bona deliberatione prehabita placitavit, quod bona dominorum ecclesie sancte Crucis in Hildensem per ipsum inbrigata debet integraliter disbrigare et ipsis ea ubicumque sita fuerint emonstrare nichil iuris in eisdem sibi penitus reservando. Renunciavit etiam omni actioni, si quam contra predictos dominos habuit vel quam posset inposterum attemptare. Ut autem presens compositio rata et inviolabilis perseveret, discreti viri Henricus Osterhof in Solzeken, Henricus Immecken, Henricus Sigeringhe, Henricus Noycinghe, Iohannes Immecken, Iohannes Volmari cives in Lafferde, Henricus Wilhelminghe in Solde, Thidericus Osterhof in Woltwisch, Luderus Sutor in Peyna pro supradicto Hermanno promiserunt discreto viro Bruningo de Alten canonico sancte Crucis in Hildensem strennuisque militibus Iohanni de Oberghe, Sifrido de Rutenberghe ad manus dominorum et capituli ecclesie sancte Crucis in Hildensem supradicte. In quorum omnium testimonium sigilla nostrum et Iohannis de Oberghe militis iam dicti presentibus sunt appensa. Actum et datum in Peyna anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. sexto, in die beate Agate virginis et martiris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 239. Beide Siegel verloren.*

**1565.** *Abt Thelew, Prior Hermann und der Konvent des Kl. Ringelheim verkaufen mit Zustimmung des Bischofs Siegfried 35 Lat-*

*hufen in Wackersleben (Wackersleve) mit den Liten, 38 $\frac{1}{2}$  vogteifreie Morgen, eine Lehnhufe und 7 $\frac{1}{2}$  Hausstellen in Klein-Ausleben (Osleve) und in Gunsleben (Guensleve) dem Blasiusstifte in Braunschweig. Ringelheim 1306 Februar 15 (xv. kalendas marcii).*

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Ordinarius st. Blasii fol. 41v im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

**1566.** *Abt Hildebrand, Prior A(lbert) und der Konvent des Godehardklosters bestimmen über eine Rente von 18 Schilling, welche aus dem Hause der Megedhe der Kustos jährlich erheben soll. 1306 Februar 21 (in vigilia cathedre apostoli Petri).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 51. Siegel des Abtes und des Konventes wenig beschädigt. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 322 Nr. 587.*

**1567.** *Die Grafen Konrad und Johann von Wohldenberg verkaufen dem Kl. Wöltingerode eine Hufe in Dudingerode, welche der verstorbene Pfarrer Heinrich zu Hillewardingerode auf Lebenszeit besessen hat, nebst drei Hausstellen. 1306 Februar 21 (in vigilia cathedre Petri).*

*Testes huius facti sunt dominus prepositus Novi operis in Goslaria, dominus Hermannus capellanus in Waltingerode, Hinricus Trobe miles, Iohannes de Barum, Herzo filius suus.*

*Neuere Abschrift in Ms. 548 fol. 62v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1568.** *Gertrud von Hessen, Stiftsdame in Quedlinburg, verkauft mit Zustimmung ihrer Schwestern Luckard und Mathilde, Nonnen in Heiningen, und ihres Veters Volrad, Domherrn in Halberstadt, dem Kl. Waterler zwei Hufen in Romesleve. Halberstadt 1306 März 7 (feria ii. post dominicam Oculi).*

*Gedr. nach dem Or. in Wernigerode UB. des Kl. Waterler S. 14. Regest Schmidt, UB. des Hochstiftes Halberstadt III (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 37) S. 28 Nr. 1783.*

**1569.** *Bischof Siegfried und das Domkapitel bestimmen über die Abtragung der Schuldenlast der Kirche. Hildesheim 1306 März 27.*

*Nos Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus, Conradus prepositus totumque eiusdem ecclesie capitulum presentibus publice protestamur, quod, cum ecclesia nostra predicta gravi debitorum honere prohdolor premeretur, nos ipsius relevationi in-*



tendentes diversis tractatibus hinc inde habitis tandem convenimus in hunc modum, videlicet quod ab hominibus nostris litonibus ac propriis mansos ullos aut nullos habentibus facimus ista vice decimam partem rerum suarum tam mobilium quam immobilium extorqueri ad huiusmodi honera supportanda. Pro collectis autem ac talliis huiusmodi colligendis homines nostros captivari, mutilari nolumus aut occidi, insuper advocati domini nostri . . . episcopi ad bona domini prepositi aut capituli non venient pro exactionibus extorquendis, nisi a capitulo vocati fuerint seu ab hiis, quos capitulum ad vocationem talium duxerit deputandos. Preterea quicquid collectum de premissis petitionibus fuerit aut extortum, honorabilibus viris domino Bernardo cantori ecclesie nostre supradicte necnon domino Hermanno dicto de Stenberghe concanónico nostro sine diminutione qualibet volumus presentari. Qui fideliter sic collecta equa dividunt portione medietatem domino nostro episcopo presentando, reliquam vero medietatem ad manus capituli integraliter reservando. Ceterum si qui litones ecclesie nostre de prefati domini nostri episcopi seu alicuius concanonicorum nostrorum fuerint familia, nullo tamen colore quisito, tales a solutione collectarum ac talliarum huiusmodi expertes esse volumus ac immunes. Ad litones quoque amministrationis seu obedientie in Wittenborch petitiones seu exactiones predictas in aliquo volumus non extendi presentibus a festo sancti Michaelis usque ad annum minime valituris. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillorum videlicet venerabilis domini nostri Sifridi episcopi ac capituli nostri munimine fecimus roborari. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>., in die palmarum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 401. Beschädigte Siegel des Bischofs und des Domkapitels.*

**1570.** *Priester Willekin und ein Bürger von Braunschweig bekunden, dass die Wittve des Heinrich von Hallendorf eine Hofstätte in Hallendorf vom Michaeliskloster zur Leibzucht hat. 1306 April 3—10.*

Nos Willekinus sacerdos capellarius sancti Iacobi in Brunewich necnon Bernardus Widekindi burgensis in Brunewich ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod relicta Henrici de Heldendorpe bone memorie quandam aream sitam in iam dicta villa Hedelendorpe tenet ab ecclesia sancti Michaelis in Hildensem usufructus tytulo, quod lifgedingede vulgariter nominatur, que area post obitum dicte relicte vacabit libere ecclesie memorate. In cuius rei testi-

monium nostris sigillis presentem litteram duximus sigillandam.  
Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. sexto, infra octavam pasche.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 119. Beide Siegel an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen stark beschädigt. Gedr. Hänsekmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 304 Nr. 578.*

**1571.** *Dechant Johann von Nörten entscheidet einen Streit zwischen dem Michaeliskloster und dem Philipp de Piscina wegen des Zinses von Gütern in Dorstadt. 1306 April 29.*

Nos Iohannes decanus ecclesie Northunensis, iudex unicus in causa, que vertebatur inter dominum . . abbatem et conventum monasterii sancti Mychahelis in Hildenshem ex una et Phylippum de Piscina laycum ex parte altera, delegatus a reverendis dominis iudicibus Maguntinensibus, recognoscimus in hiis scriptis, quod ipso domino abbate nomine suo et conventus sui petente restitutionem pensionum bonorum suorum in Dorstad, quibus asseruit se triennio spoliatus fuisse, Phylippo vero per procuratorem ad hoc speciale mandatum habentem confitente, se tantum biennio pensiones huiusmodi usurpasse, tandem nostra ordinatione mediante inter partes accessit talis transactionis forma, quod Phylippus fide data promisit, numquam de cetero prohibere seu quoquo modo impedire dominum abbatem et conventum predictos in pensionibus antedictis, sed perpetuo se debere manere contentum in duabus marcis prescise, quas ex antiqua consuetudine singulis annis hactenus percepit intuitu advocacie, quam in Dorstad habet in bonis monasterii prenotati. Pro pensionibus vero secundum suam confessionem duobus annis usurpatis salvo tamen domino abbati et conventui de tercio anno iure suo idem Phylippus satisfaciet cum octo marcis puri argenti, quas de premissis redditibus advocacie sue in Dorstad permittet dominum abbatem et conventum prefatos sine impedimento quolibet colligere pacifice et quiete, ita quod in proximo termino beati Mychahelis duas marcas colligant et sic deinceps tribus annis continue et immediate subsequentibus, donec predictas octo marcas receperint integraliter et in toto, quod idem Phylippus promisit similiter fide data, et si, quod absit, ipse quocumque modo veniret contra premissam transactionis formam, Ludolfus de Medehem una cum ipso et pro ipso Phylippo data fide similiter promisit, se curaturum, ut predicta transactio inviolabiliter observetur. Testes vocati et rogati,<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> *Or. rogatus.*

qui premissis ordinationi interfuerunt, sunt honorabiles viri dominus Everhardus prepositus in Osterrod, Ernestus prior monasterii sancti Blasii in Northem, Hedenricus plebanus ecclesie sancte Marie in Osterrod, magister Conradus rector scholarum in Northem et quamplures alii fide digni. In quorum etiam premissorum evidenciam pleniorum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. sexto, iiii. kalendas maii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 120. Siegel des Dechanten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1572.** *Ritter Hildemar von Oebisfelde (Ovesvelde) übereignet mit Zustimmung seines Bruders, des Domherrn Johann, dem Kl. Riddagshausen zwei Hufen in Meerdorf. Braunschweig 1306 Mai 1 (kalendas maii).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 406. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 307 Nr. 584.*

**1573.** *Papst Clemens V. beauftragt den Domdechanten (Heinrich), die dem Kl. Amelunxborn unrechtmässig entfremdeten Güter wieder zu verschaffen. Bordeaux 1306 Mai 23 (x. kalendas iunii, pontificatus nostri anno primo).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Amelunxborn Nr. 20. Bulle an Hanfschnur.*

**1574.** *Das Kl. Fischbeck macht mit dem Domstift eine Gebetsbrüderschaft. 1306 Juni 24 (octavo kalendas iulii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 402. An dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen beschädigtes Siegel der Äbtissin.*

**1575.** *Bischof Siegfried überweist den Inhabern zweier Klausuralkurien, dem Domherrn Bernhard von Hardenberg und den Brüdern Bertramm und Hermann vom Keller (de Cellario), einen Zins von sechszehn Schilling in der Mühle zu Förste (Vorste) als Ersatz für einen gleichen Zins aus der Venedig mit der Bestimmung, dass, wenn die Ueherschwemmungen in der Venedig abgestellt werden, alsdann der Zins aus dieser an ihn und seine Nachfolger fallen solle. Hildesheim 1306 Juli 2 (in die beatorum martirum Processi et Martiniani).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 403. Siegel des Bischofs und des Domkapitels. Gedr. Doebner, UB. I, S. 322 Nr. 589.*

**1576.** *Die Brüder Albert und Konrad von Wehre (Werre), Knappen, verkaufen dem Kl. Wöltingerode vier Hufen in Gross-Lengde (in maiori Leggede) für 42 Mark Silber und verpflichten sich in Gegenwart der Ritter in Hornburg (Horneborch), Währschaft zu leisten. 1306 Juli 6 (in octava Petri et Pauli).*

Testes — interfuerunt dominus Albertus et dominus Hermannus fratres dicti de Gowisch, dominus Fredericus Friso, dominus Iohannes de Getlede.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 76. Die beiden Siegel, am Rande beschädigt, zeigen gemeinsames Feh.*

**1577.** *Die Brüder Ekbert und Hermann von Wolfenbüttel verkaufen dem Michaeliskloster einen Hof in Steinwedel (Stenwede) und überweisen ihm den Johann von Hänigsen (Heningsen), den früheren Lehnsmann des Hofes, zur neuen Belehnung. 1306 August 9 (in vigilia beati Laurentii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 121. Siegel Burchards, des Vaters der Aussteller, an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Asseburger UB. II, S. 40 Nr. 624. In einer Urk. von demselben Datum verkaufen dieselben dem Kloster das Dorf Steinwedel, Or. a. a. O. Nr. 122, Siegel desselben verloren. Gedr. a. a. O. Nr. 623.*

**1578.** *Graf Hermann von Wohldenbergh tauscht mit seinen Verwandten Ländereien und überträgt die eingetauschten dem Kl. Riddageshausen. 1306 August 16.*

Nos Hermannus comes de Woldenbergh — — omnia bona ubicumque situata, que Gherhardus dictus Blusse a nobis tenet, ex causa permutacionis dilecto fratri nostro Ottoni preposito Montis Hildensemensis necnon Ottoni filio fratris nostri Henrici comitis de Woldenberch dedimus et presentibus damus in proprium iure perpetuo proprietatis titulo possidendum, volentes, ut idem Gherhardus eadem bona de cetero a filio fratris nostri predicto teneat prout a nobis hactenus dinoscitur tenuisse. Dicti vero quatuor mansos sue proprietatis cum eorum pertinenciis Levenstede sitos nobis in recompensam dederunt, quos monasterio in Riddageshusen dedimus possidendum. Datum sub sigillo nostro anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>., in crastino virginis gloriose.

*Abschr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 567 Nr. 1018 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1579.** *Das Kl. Wöltingerode bekundet, dass der Priester Johann von Rhene der Kellerei vier Hufen in Gross-Lengde zum Unterhalt der Nonnen übertragen hat.* *ibid.* 1306 September 1.

Nos dei gratia Iohannes prepositus, Ghertrudis abbatissa, Künegundis priorissa totusque conventus sanctimonialium ecclesie in Woltingherode recognoscimus omnibus Christi fidelibus per presentem litteram et publice protestamur, quod dominus Iohannes dictus de Rende sacerdos quatuor mansos cum omnibus suis pertinentiis et proventibus et cum quatuor areis, quarum tres solvunt tres modiolos papaveris et una quatuor solidos Goslariensium denariorum, situs in villa et campis maioris Lenghede, quos ipse suis propriis comparavit denariis, ob honorem et reverentiam omnipotentis dei et beate virginis Marie et ob singularem devocionem, quam ad nos et ad nostram ecclesiam habere dinoscitur, contulit nobis et ecclesie nostre in remedium anime sue perpetuis temporibus possidendos, ita videlicet quod quecumque dominarum nostrarum officium cellerarie nostre pro tempore habuerit, hec eosdem quatuor mansos et quatuor areas cum omnibus suis pertinentiis et proventibus licite et sine ullius contradictione in sua procuracione tenebit omnesque fructus ipsorum, qui exinde derivari poterunt, annis singulis ministrabit dominabus nostris pro suis usibus et necessitatibus, prout etiam anime ipsius domini Iohannis noverit salubrius expedire. In huius rei evidentem noticiam et stabilem perseveranciam necnon ad instantiam ipsius domini Iohannis fecimus presentem litteram sigillo nostri conventus et proprio sigillo honorabilis viri domini Thiderici prepositi ecclesie Novi operis in Goslaria firmiter roborari. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>., in die beati Egidii abbatis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 77. Beschädigtes Konventsiegel, von dem des Propst nur ein kleines Bruchstück übrig.*

**1580.** *Bischof Siegfried bekundet den Verzicht der Schwestertochter des Bertold von Emmern auf die Güter in Bolzum, die Gertrud von Rautenberg von ihm gekauft und dem Domkapitel zu ihrer Memorie geschenkt hat.* *Hildesheim 1306 September 2.*

Nos Siffridus dei gracia Hildensemensis ecclesie episcopus presentibus publice protestamur, quod in nostra presencia Hedhewich filia sororis Bertoldi quondam de Hembere proposuit, quod in duobus mansis in campis ville Boltessem sitis ad nos per mortem eiusdem Bertoldi devolutis nullum ius sibi penitus vendicaret, quos domina

Ghertrudis de Ruthenberge a nobis cum proprietate eorundem legitime comparavit. Predicta vero domina Ghertrudis volens anime sue salubriter providere, supradictos mansos cum singulis suis pertinentiis tam in villa quam in campis donavit capitulo nostre ecclesie supradicte in ius proprium perpetue possidendos, ut post obitum memoria eius in anniversario suo vigiliis et missis animarum in dicta ecclesia perpetuis temporibus habeatur. Nos eciam Sifridus dei gracia Hildensemensis ecclesie episcopus supradictus humilibus domine Ghertrudis precibus inclinati hanc donacionem ratificamus ac eciam approbamus sub presencium testimonio litterarum nostro sigillo publice munitarum. Acta sunt hec discretis viris presentibus domino Ernesto dicto Bok canonico ecclesie nostre memorate, Thiderico de Solde, Meynardo, Henrico de Mansfelde capellanis nostris, clericis, laicis vero Ernesto de Blikenstede, Alberto dicto Bok militibus, Hermanno de Stempne, Lamberto de Selde, Tiderico de Eletze famulis, Henrico dicto Sledorn, Iohanne dicto Bokfel civibus nostris in Hildensem, et quam pluribus aliis fidedignis. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. vi., in crastino beati Egidii.

*Abchr. des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 506 Nr. 841 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1581.** *Heinrich von Wallenstedt, Knappe, verzichtet gegenüber dem Andreasstifte auf alles Recht an vier Hufen in Wallenstedt. Lauenstein 1306 September 22.*

Ego Henricus famulus dictus de Wallenstede presentibus recognosco, quod cedo omni iuri sive impetitioni, quam habere possem super quatuor mansis sitis in villa et in campis Wallenstede, quos dudum ante mea tempora canonicis de sancto Andrea emptos a meis progenitoribus in sua habuerunt possessione, sive illa mea impetitio iusta fuerit vel iniusta, receptis ab eis quinque marcis puri argenti, et eos ulterius nec in bonis prefatis aut in quibuscumque aliis bonis suis impediam, set in quibuscumque potero promovebo. Hec etiam placita a meis heredibus promisi fide data firmiter observari. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillis domini Bodonis de Homburgh, comitis Mauricii de Speghelbergh, Wasmodi de Hastenbeke militum, qui hiis placitis interfuerunt et huius compositionis testes sunt, presentibus est appensum. Datum Lowensten anno domini m<sup>o</sup> ccc<sup>o</sup> vi<sup>o</sup>., in die sancti Mauricii sociorumque eius.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Andreasstift Nr. 22. Beschädigte schildförmige Siegel des B. v. Homburg und des Grafen von Spiegelberg anhängend,*

das des W. v. Hastenbeck (halber Widder nach rechts: † S . . . . D' HASTENBEK) liegt stark beschädigt lose bei, das des Ausstellers verloren. Die Schrift teilweise stark verblasst.

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**1582.** *Dompropst Konrad bekundet gemeinsam mit dem Rate der Neustadt, dass der Abt und Konvent des Godehardiklosters drei Hufen in Barienrode (Berningherode) mit einem Hofe und zwei Hausstellen von Walther von Sottrum (Sutherum), der sie von dem Kloster zu Lehn hat, für 24 Mark Silber gekauft haben. Hildesheim 1306 Oktober 9 (in die sancti Dyonisii et sociorum eius).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 52. Siegel des Dompropstes und der Neustadt. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 324 Nr. 590.*

**1583.** *Die Brüder Dietrich und Bertold von Gadenstedt (Goddenstede), Knappen, verkaufen die Fischerei in der Veltride und Pump-ride bis zu deren Einfluss in die Innerste bei der Mühle Huckesbole dem Kl. Marienrode für zehn Mark Silber und gestatten ihm die Benutzung ihrer Fischerei bei Ahrbergen. 1306 Oktober 9 (in die beatorum Dyonisii et sociorum eius).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Ms. XXIII, 767, fol. 142v in der Kgl. Bibliothek in Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 160 Nr. 148. Im Jahre 1310 bestätigt Knappe Volkmar von Gadenstedt obigen Verkauf seiner Brüder, Abschrift a. a. O. fol. 143, fehlt Marienroder UB.*

**1584.** *Volrad von Hessen, Domherr in Halberstadt, belehnt Genannte mit vier Hufen in Listringem. Halberstadt 1306 Oktober 19.*

Nos Volradus canonicus ecclesie Halberstadensis dictus de Hesnem presentibus recognoscimus, quod Ottoni de Boltessem et Henrico de Meyemberge famulis<sup>1)</sup> famosis quatuor mansos sites in campis ville Listringe cum omni fructu ac utilitate pertinente ad eosdem mansos iure contulimus feodali. In cuius facti evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Halberstad anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>., in crastino beati Luce evangeliste.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Andreasstiftes, Ms. 320 fol. 16 v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1585.** *Herzog Otto von Braunschweig verspricht dem Grafen Nikolaus von Schwerin für den ihm gegen Nikolaus von Wenden während dreier Jahre zu leistenden Beistand 1000 Mark Silber, von denen die*

<sup>1)</sup> famulis zweimal geschrieben.



*Hälfte durch die Markgrafen Otto, Hermann und Waldemar von Brandenburg verbürgt ist, und will ihm, sobald er Frieden mit dem Bischof von Hildesheim gemacht hat, mit ganzer Macht zu Hilfe ziehen. Ellringen 1306 Oktober 31 (in vigilia omnium sanctorum).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Celle Or. Des. 8, IV, 33, 6. Gedr. Riedel, Cod. dipl. Brandenb. III, 3, S. 14, Sudendorf, UB. I, S. 122 Nr. 193, Mecklenburg. UB. V, S. 303 Nr. 3119.*

**1586.** *Das Godehardkloster bekundet den Ankauf von drei Hufen mit Zubehör in Barienrode von Walther von Sottrum unter Beisteuer des Priors und Kantors und giebt diesen freies Bestimmungsrecht über sie. 1306 Dezember 13.*

Nos Hildebrandus dei gratia abbas monasterii sancti Godehardi in Hildensem, Al(bertus) prior totusque conventus ibidem universis presentibus et posteris hanc cartam visuris volumus propalari, quod mediante subsidio rerum, quas prior Albertus de Adenstede dictus et cantor Hermannus Stric nominatus ex concilio et auxilio suorum amicorum et propriis laboribus contraxerunt, emimus a Woltero de Sucerum suisque coheredibus tres mansos in Berningerode sitos cum una curia et duabus areis omni iure et utilitate tam in silvis quam campis, pascuis, aquis et aquarum decursibus, nemoribus cultis et incultis, que idem Woltherus a nostra ecclesia iure tenuit feodali. Committimus autem hec bona eorum provisioni quamdiu vixerint custodienda dantes eisdem liberam facultatem emolumentum predictorum bonorum ordinandi, ad quoscumque pios usus decreverint ordinari videlicet ad sollempnitatem aliquorum sanctorum sollempnius peragenda vel confratribus ad refectorium in servicium sive ad supplecionem suarum vestium et prebende seu ad alias utilitates quascumque toti conventui et communitati generales. Post mortem vero amborum predicta bona habito concensu abbatis et conventus custodis provisioni committentur, ut custos hec bona taliter dispenset, sicut hii duo in sua vita statuerunt dispensari ad fratrum comoda et sanctorum honores amplius excollendos. In predictorum evidentiam presens pagina nostris sigillis pateat communita. Datum anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>, in die Lucie virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 53. Siegel des Abtes und des Konventes wenig beschädigt. Eigenartige Schreibweise.*

**1587.** *Propst Bertold, Prior Friedrich und das Kapitel des Bartholomäistiftes gewähren dem Bürger Ambrosius, welcher eine Ver-*

pfändung des Stiftes von drei Fuhren Getreide eingelöst hat, eine Getreiderente, geloben nach dem Tode des Ambrosius und dessen Sohnes wöchentlich drei Messen auf dem Altare der h. Felix und Adauctus zu lesen, zu welchen der Pfarrer in Lühnde (Lunene) und der in Hotteln je 20 Schilling behufs Verteilung unter die die Messen lesenden Priester beisteuern sollen, und gewähren ihnen Anteil aller guten Werke des Stiftes. 1306 Dezember 20 (vigilia beati Thome apostoli).

Testes huius rei sunt — — Arnoldus plebanus in Dinkelere, magister Iohannes Schonekint, Thidericus plebanus in Rethmere, Iohannes plebanus in Burchtorpe, Thidericus plebanus in Stenwede sacerdotes, und Bürger.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Bartholomäistift Nr. 21. Siegel des Kapitels, ein zweites verloren. Gedr. Doebner, UB. I, S. 325 Nr. 591.

**1588.** Abt Hildebrand des Godehardklosters nimmt mit Zustimmung des Kapitels den Bürger Hildebrand von Uppen (Uppem) und seine Frau Margarete in die Gebetsbrüderschaft auf und gibt ihnen Anteil an den guten Werken des Klosters. 1306 Dezember 20 (in vigilia Thome sancti apostoli).

Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Godehardikl. Nr. 2 Siegel nebst Befestigung verloren. Gedr. Doebner, UB. III, S. 667 Nachtr. Nr. 62.

**1589.** Das Kl. Derneburg bekundet, dass Heinrich von Kantelsem, Kanoniker des Kreuzstiftes, die Memorie seiner Eltern gestiftet hat. 1306.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu auditoris totus et universus conventus sanctimonialium in Derneborch orationes quam devotas in domino. — — Notum — — esse volumus, — — quod dominus Hinricus de Kantelsem ecclesie sancte Crucis in Hildensem canonicus, nostre vero congregacionis pater et sustentator unicus, utpote de cuius crebris elemosinis omnino quasi subsistimus, magnum et uberrimum solite pietatis beneficium iterum de novo bona bonis cumulando nostre indigencie erogavit Hermannno videlicet dicto Sconeckint xxx marcas puri argenti pro nobis solvendo, cum quibus ecclesiam nostram a tribus plaustratis frumenti, que sibi pro dicta pecunia singulis annis dabantur, misericordissime exemit et absolvit. Decem eciam solidorum redditus ad nostram custodiam perpetuo comparavit, de quibus ecclesie nostre sacrista, que pro tempore fuerit, cereum de quatuor talentis cere, qui singulis diebus

ad summam missam a Sanctus decantacione usque in finem misse ad honorem dei ardeat, singulis annis comparabit. Nos igitur pro hiis ~~et multis aliis beneficiis~~ aliquem favorem ipsi ostentare cupientes presencium tenore in domino firmiter sibi promittimus, quod circa festum sancti Michaelis memoriam patris sui ac matris sue et omnium parentum suorum singulis annis studiose peragemus, eodem eciam tempore missam de domina nostra cum sequencia Ave preclara sui intuitu festive decantabimus, festum eciam beati Thome sui apostoli necnon et beati Anthonii cum speciali devocione ac festivitate singulis annis observabimus sue pie dilectionis intuitu et inspectu. In cuius rei testimonium presens scriptum inde confectum sigilli nostri appensione duximus roborandum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. sexto.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 106 S. 46 im Kgl. St.-A. zu Hannover, weniger gut ist die Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. VI, 105, S. 25 ebenda.*

**1590.** *Abt Hildebrand, Prior Albert und der Konvent des Godehardiklosters verkaufen dem Domvikar und Pfarrer der Neustadt, Heinrich, für zehn Mark aus dem neuen Garten neben der Steingrube einen Zins von zwanzig Schilling, welchen der Küster zum Anniversar des Bischofs Otto von Münster und des Priesters Werenbold am 18. August (in crastino post octavam beati Laurentii) verwenden soll. O. D. (1306).*

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Godehardikl., Ms. 311 fol. 87 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim. Gedr. Doebner, UB. I, S. 406 Nr. 737. Bischof Otto von Münster starb 1306, in demselben Jahre ist auch Prior Albert nachweisbar.*

**1591.** *Abt Tetlev und der Konvent von Ringelheim verkaufen dem Propste Friedrich und dem Kl. Dorstadt für zehntehalb Mark einen Hof in Flöthe. O. D. (1306—7).*

Testes sunt Thidericus sacerdos plebanus in Orum et alii quam plures.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Kl. Dorstadt zu Dorstadt fol. 33v. Datiert nach dem Vorkommen des Abtes Tetlev.*

**1592.** *Das Kl. Lamspringe macht mit dem Ritter Balduin von Steinberg einen Ländertausch. Hildesheim 1307 Januar 13.*

Nos Iohannes prepositus, Adelheydis priorissa totumque capitulum sanctimonialium monasterii in Lamspringhe presentibus publice

protestamur, quod strennuo militi ac honesto Boldewino dicto de Stenberg et suis veris heredibus tres mansos in campis ville Eytsem prope Empne sitos ~~indecimales cum~~ cum omni iure, proprietate et utilitate tam in villa quam in campis, in pascuis, silvis ac pratis et precipue cum iure habendi ac instituendi opilionem donavimus liberaliter possidendos. Ne igitur ex huiusmodi donatione nostrum monasterium supradictum aliqualiter lederetur, prefatus miles nobis et nostro monasterio donavit unum mansum et decem et octo iugera, unam aream, quam tenet Iohannes dictus Crispus, et unam aream, quam tenet Conradus de Almenstede in Evensene, in minori Illede unum mansum et unam aream, quam tenet quidam nomine Prene cum omni iure, proprietate et utilitate suisque attinenciis ac pertinenciis universis addendo quadraginta marcas puri argenti, quas in utilitatem nostri monasterii recognoscimus esse versas, fructuosamque sic nobis faciens recompensam. Ut autem huiusmodi donationes hinc inde facte inviolabiles futuris temporibus perseverent, presentes litteras sigillorum videlicet venerabilis domini nostri Sifridi Hildensemensis ecclesie episcopi necnon Iohannis nostri prepositi ac capituli predictorum munimine fecimus ac optinimus communiri. Et nos Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus ad instantiam prepositi ac capituli predictorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes sunt Guncelinus de Berenwinkele canonicus Hildensemensis ecclesie, magister Wernerus canonicus sancte Crucis ibidem, Albertus dictus Trobe quondam prepositus in Escherte, Henricus dictus Grubo vicarius Hildensemensis episcopi sacerdotes, Albertus dictus Boc, Lippoldus de Dalem, Ecbertus de Vreden, Wedekindus de Garslebutle milites et Hermannus de Stempne famulus ac quam plures alii fidedigni. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. septimo, in octava epyphanie domini.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 93a. Gut erhaltene Siegel des Bischofs und des Propstes und Konventes von Lamspringe. Die mut. wörtlich lautende Urk. Balduins von Steinberg ebenda, Lamspringe Nr. 94, mit beschädigtem Siegel des Bischofs und gut erhaltenem Balduins, hat das Datum viii<sup>o</sup>. nonas (soll wohl heissen idus) marcii.*

**1593.** Propst Johann, Äbtissin Gertrud und der Konvent von Wöltingerode verkaufen dem Kl. Marienrode sechs Hufen bei Egenstedt (Egenstede) mit einer Hausstelle und fünf Hufen in Gross-Düngen (maioris Dungen) mit einer Hausstelle für 150 Mark Silber, welche

sie zum Ankauf von Gütern in Gielde (Gyledhe) verwendet haben. 1307 Januar 24 (nono kalendas februarii).

Testes huius rei sunt nobiles viri domini Henricus decanus maioris ecclesie in Hildensem, Otto prepositus montis sancti Mauricii apud Hildensem et Hermannus frater suus comites de Woldenberge, Conradus et Iohannes fratres de Insula, Ludolfus de Woldenstene comites et ipsi de Woldenberge, — — Henricus, Asquinus et Baldewinus dicti de Stenberge, Conradus Rovere, Gerardus de Gustede milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 118. Acht wenig beschädigte Siegel an roten, bez. gelben Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 161 Nr. 149.*

**1594.** *Bischof Siegfried bestimmt, dass der jedesmalige Pfarrer der Andreaskirche dem Domherrn, der die Propstei der Kirche innehat, jährlich zwölf Denare zahle, und verfügt, dass die Zuwendungen der Kirche unter Verschluss zu halten seien, zu dem einen Schlüssel der Propst, den zweiten die Pfarrer und den dritten die Stifftsherrn haben sollen. 1307 Februar 13 (feria secunda post dominicam Invocavit).*

*Abschrift des 15. Jahrh. in Cop. VI, 11, S. 4, Nr. 10 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 326 Nr. 592.*

**1595.** *Die Brüder von Wallmoden verkaufen dem Kl. Ringelheim den Zehnten in Ringelheim auf vier Jahre und stellen Bürgen. Lichtenberg 1307 März 8.*

Nos Aschwinus, Henricus et Thidericus fratres de Walmeden milites tenore presentium publice recognoscimus et testamur, quod concordii voluntate vendidimus pro centum et quinquaginta marcis puri argenti ponderis Brunswicensis et valoris domino abbati et conventui in Ringelem totalem decimam ibidem possidendam ad quatuor annos integros et continuos a die sancti Gregorii pape tunc venturo computandos et recipiendam cum omnibus suis proventus et fructibus universis de omni eo, quod ibidem decimari solet, tam in villa quam in campis cultis vel incultis. Promisimus etiam domino abbati et conventui iam dictis fide data ac promittimus per presentes, quod de predicta decima et iure percipiendi proventus et fructus eius ad predictos quatuor annos ipsis prestabimus contra quemlibet debitam et legitimam warandiam. Et si infra eosdem quatuor annos, ut proponunt, comparaverint sibi proprietatem eiusdem decime a domino episcopo et capitulo Hildense-

mensis ecclesie, tunc ipsam resignabimus nobilibus viris dominis nostris de Woldenberge, a quibus ipsam tenemus in feudo, et renuntiabimus ~~omni iuri, quod nobis~~ in ea competit et competere possit in futuro. Si vero proprietatem eius non comparaverint infra predictum tempus inpediente quocumque casu vel eventu, tunc predicent nobis anno uno et infra eundem annum reddemus ipsis centum et quinquaginta marcas predictas sub pondere et valore etiam supradicto, omnibus exceptionibus remotis et removendis, fructibus etiam perceptis in sortem minime computatis. Ad que omnia et singula perficienda fide data, ut premititur, obligamus per presentes nos et quemlibet nostrum in solidum et in totum domino abbati et conventui supradictis. Et in horum omnium evidens testimonium sigilla nostra presenti litere inde conscripte duximus patenter apponenda. Actum in castro Lechtenberge anno domini millesimo trecentesimo septimo, octavo idus martii. Insuper ad maiorem et firmiorem cautionem faciendam domino abbati et conventui supradictis posuimus ipsis pro nobis fideiussores amicos nostros honestos viros Albertum et Hermannum fratres de Gowisch, Aschwinum, Henricum et Iohannem fratres de Saldere, Borchardum de Cramme et Harbertum filium eius ac Gevehardum de Bortfelde milites pro omnibus et singulis premissis fideliter adimplendis. Et si, quod absit, aliquem ipsorum durante fideiussionis tempore obire contingeret, illi substituemus equivalentem infra mensem ab ipso die computandum, quo id nobis fuerit requisitum. Nos etiam Albertus et Hermannus, Aschwinus, Henricus et Iohannes, necnon Borchardus et Harbertus milites iam prefati recognoscimus, quod domino abbati et conventui in Ringelem supradictis ad preces specialium nostrorum amicorum videlicet Aschwini, Henrici et Thiderici fratrum de Walmeden predictorum fide data promisimus ac promittimus per presentes, quod, si aliquis defectus in ipsis, quod absit, super aliquo premissorum quocumque casu evenerit, pro illo defectu supplendo omnibus exceptionibus tam canonici iuris quam civilis remotis et removendis intrabimus civitatem Goslariam eam non exituri, nisi talis defectus domino abbati et conventui sepedictis sit suppletus aut aliter fuerit de ipsorum bona et optenta voluntate. Ad quod nos obligantes eidem domino abbati et conventui in solidum et in totum sigilla nostra una cum sigillis predictorum fratrum de Walmeden presentibus duximus apponenda. Actum anno domini supradicto.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts im Cop. des Abtes Heinrich Wirschius im Archiv zu Ringelheim S. 19.*

**1596.** *Ludolf von Hondelage überträgt für die Exemption der Kirche in Hordorf von der in Hondelage der letzteren eine Kurie in Honstede bei Ehmten. Braunschweig 1307 März 12.*

Ludolfus miles de Honlaghe — — notum fieri cupio universis tam presentibus quam futuris, quod bona deliberatione prehabita cum expresso consensu dilectorum fratrum meorum domini Bertoldi clerici et Iohannis militis et omnium heredum meorum tam masculorum quam feminarum (et omnium) eorum, quorum consensus de iure vel de consuetudine fuerat requirendus, in recompensam et restaurum exemptionis ecclesie in Hegherdhorp ab ecclesie in Honlaghe facte per venerabilem patrem dominum Albertum Halberstadensis ecclesie episcopum dedi et do in nomine domini per presentes ecclesie in Honlaghe predicte ad usum et utilitatem rectorum eiusdem ecclesie curiam unam in Honstede apud villam Emen solventem singulis annis duodecim solidos ab omni iure advocatie, comitie et cuiuslibet servitii, sicut eam possedi, prorsus liberam et solutam proprietatis et libertatis tytulo cum omni<sup>1)</sup> utilitate et iure eius perpetuo permansuram. Igitur ne aliquis propter oblivionem aut ignorantiam ius aliquod in predicta curia sibi vindicare valeat aut de facto usurpare presumat, presentem litteram inde conscriptam sigillo meo pro me et meis heredibus sigilla propria nondum habentibus duxi patenter roborandam. Testes etiam sunt discreti viri domini Henricus plebanus in Valeberghe, Iohannes rector ecclesie in Hilleghendhorp, Ludolfus Albus et magister Conradus perpetui vicarii ecclesie sancti Blasii in Brunswich et plures alii clerici et layci fide digni. Datum ibidem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. septimo, in die sancti Gregorii pape. Ego eciam Ludolfus rector ecclesie in Honlaghe supradicte recognosco me exemptioni predicte, prout mea interest, consensisse et per presentes consentire et predictam curiam in eius recompensam pro me et meis successoribus secundum formam premissam acceptasse, et in huius rei evidentiam sigillum meum eciam duxi<sup>2)</sup> presentibus apponendum. Actum anno domini et die supradictis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 119. Beide Siegel nebst Befestigung verloren.*

<sup>1)</sup> Nach omni ist et getilgt.

<sup>2)</sup> duxi über der Zeile nachgetragen.



**1597.** *Abt Ekbert und der Konvent des Kl. Gerode (Gherroth) machen mit dem Michaeliskloster eine Gebetsbrüderschaft. 1307 März 24 (nono kalendas aprilis).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 123. Konventssiegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen gut erhalten. Gerode im Rgbz. Erfurt.*

**1598.** *Bischof Siegfried transsumiert die Bulle des Papstes Bonifaz VIII. d. d. Lateran 1302 Januar 21 (xii. kalendas februarii, pontificatus nostri anno octavo), in welcher dieser den Augustiner-Eremiten-Orden eximiert. 1307 April 1 (kalendas aprilis).*

*Gedr. Jacobs, UB. des Kl. Himmelforten (Gesch.-Quellen der Prov. Sachsen XV) S. 123 Nr. 41.*

**1599.** *Abt Detlev, Prior Hermann, Kustos Heinrich, Kämmerer Konrad und der Konvent des Kl. Ringelheim bekunden, dass Johann von Lochtum (Lochtene) und seine Schwester Kunigunde dem Neuen Hospital in Goslar den Zehnten und das Eigentum von drittelhalb Hufen in Haverlah verkauft haben. 1307 April 8 (vi<sup>o</sup>. ydus aprilis).*

*Or. im Stadtarchiv zu Goslar, Neues Hospital Nr. 19. Siegel des Abtes erhalten, des Konventes verloren. Gedr. Bode, UB. III, S. 116 Nr. 164.*

**1600.** *Domherr Ludolf und Otto, Brüder, Grafen von Woldenberg, und ihre vier Schwestern übertragen dem Maria-Magdalenenkloster das Eigentum ihnen resignierter Güter in Dungen und Heinde. Hildesheim 1307 April 14.*

In nomine domini amen. Nos dei gratia Ludolfus de Woldenberch canonicus ecclesie Hildensemensis, Otto frater eius, Conegundis, Iutta, Elizabet, Ermegardis sorores eorum, filii Henrici quondam comitis de Woldenberch, omnibus in perpetuum. Noverint universi, ad quos presentes littere pervenerint, quod molendinum in minori villa Dungen, unam casam cum area sua sitam in villa Henethe et sex iugera in eiusdem ville Henethe campis sita nostre proprietatis, que bona Thidericus dictus Werdeghe civis Hildensemensis, qui ea a patre nostro predicto tenebat in pheodo, nobis simpliciter et sine contradictione aliqua resignavit, conventui sancte Marie Magdalene apud muros Hildensemenses in animarum nostrarum et totius parentele nostre de Woldenberch remedium pari favore et consensu in proprium dedimus et presentibus damus et in possessionem perpetuam tradidimus et presentibus tradimus proprietatis titulo

iure perpetuo possidendam, nullum ius penitus nobis in eisdem bonis, que liberaliter dimisimus, reservantes ob hoc precipue, ut in eodem ~~conventu~~ ~~tam~~ ~~vivorum~~ quam defunctorum totius parentele nostre de Woldenberch memoria cottidie eo devotius in perpetuum habeatur. In quorum felicem memoriam et perpetuam firmitatem presentem litteram sigillis nostris sigillatam prefato conventui dedimus in testimonium super eo. Et nos dei gratia Henricus decanus Hildensemensis, Otto prepositus Montis dicti de Woldenberch sigilla nostra presentibus apponi fecimus ad cautelam. Datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. septimo, in die beatorum Tiburtii et Valeriani martirum.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Mar.-Magdal. Nr. 141. Vier beschädigte Siegel. Regest Doebner, UB. I, S. 327 Nr. 593.*

**1601.** *Ritter Basilius von Rautenberg überlässt dem Bartholomäistifte drei Hufen in Gross-Lopke (in maiori Lobeke) nach Empfang von zehn Mark durch den Propst Bertold. 1307 April 23 (in die Georgii martiris nono<sup>1</sup>) decimo kalendas maii).*

Testes huius rei sunt Bertoldus prepositus, Fredericus prior, Henricus thesaurarius, Ludolfus Bussel, Conradus de Hottenem, Helmoldus de Peyna sacerdotes, Henricus de Dinkelere, Bertramms de Minda, Bernardus de Bethenem diaconi, Henricus Tapetarius subdiaconus canonici sancti Bartholomei, Bertoldus scolasticus sancte Crucis, und Ratsherrn und Bürger.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Sültekl. Nr. 4. Siegel des Ausstellers zur Hälfte fort. Gedr. Doebner, UB. III, S. 667 Nachtr. Nr. 63.*

**1602.** *Das Andreasstift bestimmt über die Pflichten des Kellners. Hildesheim 1307 April 24.*

Nos Ludolfus dei gratia decanns ecclesie sancti Andree in Hildensem totumque capitulum eiusdem presentibus recognoscimus, quod de communi consensu capituli statuimus et ordinavimus, quod cellerarius noster, qui pro tempore fuerit, antequam de celleraria se intromittat, iurabit ad sancta dei ewangelica, quod placita nostra et utilitatem nostram in bonis nostris prout melius poterit procurabit et quicquid de eis sustulerit sive quocumque modo procuraverit nobis equaliter et fideliter ministrabit. Equum etiam valentem

<sup>1</sup>) Von hier ab nachgetragen und unrichtig, decimo ist zu tilgen.

duo talenta tenebit et illum ante festum beati Viti habebit usque ad festum sancti Martini, ex tunc ipsum, dummodo in censu nostro exquirendo dampnum magnum non paciamur, vendere poterit aut tenere prout sibi visum fuerit expedire. Cetera etiam, que in regula nostra de celleraria conscripta sunt, omnia et singula fideliter adimplebit. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostri capituli fecimus communiri. Datum Hildensem anno domini millesimo c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>, secunda feria post festum beati Georgii martiris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Andreasstift Nr. 23. Beschädigtes Kapitelsiegel. Gedr. nach dem Or. Doebner, UB. I, S. 327 Nr. 594.*

**1603.** *Bischof Siegfried vergleicht den Bischof Albrecht von Halberstadt mit dem Grafen Burchard von Mansfeld wegen Haus und Stadt Schwanebeck. 1307 Mai 6 (des sunavendes na sente Wolburghe dage).*

Hir hebbet oc over ghewesen her Borchart de provest van deme heyleghen Cruce to Hildensem, her Gardün von Hademersleve, greve Vülrat von Valkensten, her Boldewin von deme Stenberghe, her Herman von dere Gowische, her Henning von Romensleve, her Ludolf von Ghitle, hec Frederic von Bunede.

*Gedr. Höfer, Auswahl der ält. Urk. deutscher Sprache S. 71 Nr. 5, Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt III (Publ. aus den Preuss. Staatsarchiven 27), S. 34 Nr. 1801.*

**1604.** *Bischof Siegfried bekundet, dass Hermann Persek auf alle Ansprüche an die Meierei Hohenbostel, einen Hof in Ebbingehusen und den Wald Sundern zu Gunsten des Kl. Barsinghausen verzichtet hat. 1307 Mai 17 (xvi. kalendas iunii).*

Huius rei testes sunt Guncelinus de Berenwinkele, Fredericus de Adenoyz, Ernestus dictus Boc canonici Hildensemensis ecclesie, Lippoldus de Rotthinghe iunior et Hermannus de Stempne milites.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Barsinghausen Nr. 107 mit dem beschädigten Siegel des Bischofs. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. I, S. 73 Nr. 106, wonach Ebbingehusen wüst bei Luttringhausen. H. Persek ist Mönch in Corvey, vgl. v. Hodenberg a. a. O. Nr. 96, auch Nr. 92, 97—101, 103, 104, 111, 113, 116, 120 ff.*

**1605.** *Bischof Siegfried bestätigt den Vergleich des Kl. Isenhagen mit dem Pfarrer Friedrich in Hankensbüttel von Mai 13 (der eingeschoben ist), wonach das Kloster dem Pfarrer für den Zehnten der*

*Güter in Dedelstorf eine Fruchtrente zu entrichten sich verpflichtet. 1307 Mai 21 (dominica proxima post festum pentecostes).*

*Or. im Archiv des Kl. Isenhagen. Gedr. Lüneburger UB. V, S. 38 Nr. 78.*  
[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**1606.** *Gertrud und Volrad von Hessen schenken dem Propst des Moritzstiftes vier Hufen in Listringen. 1307 Juni 13.*

In nomine domini amen. Nos Gertrudis nobilis de Hesnem filia quondam Iohannis de Hesnem, canonica in Quedelingeborch, et nos Wlradius dei gratia canonicus ecclesie Halberstadensis filius domini Ludolfi de Hesnem omnibus in perpetuum. Noverint universi, ad quos presentes littere pervenerint, quod proprietatem quatuor mansorum Listringhe sitorum, quos Otto de Boltesum et Iohannis filius de Meyenberch dictus Henricus tenuerunt in feodo, honorabili viro amico nostro dilecto domino Ottoni de Woldenberch preposito ecclesie sancti Mauriti montis Hildensem cum omni iure et utilitate tam in villa quam extra villam in proprium dedimus et presentibus donamus et in possessionem perpetuam tradidimus et per presentes tradimus proprietatis titulo iure perpetuo possidendum, renuntiantes omni iuri, quod habuimus in eisdem, nullum ius penitus nobis quomodolibet reservantes. In quorum felicem memoriam et perpetuam firmitatem presentem litteram sigillis nostris sigillatam prefato domino Ottoni dedimus in testimonium perpetuum et cautelam. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. septimo, idus iunii. Testes huius rei sunt honorabiles viri domini Gerhardus prepositus, Iohannes de Dreyneleve et Fredericus de Bodensten canonici ecclesie Halberstadensis ac plures alii fide digni.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Andreasstift 17. An gelben Seidenfäden kleiner Rest des ersten Siegels, das beschädigte zweite, das des Volrad, wie in folg. Nr. beschrieben.*

**1607.** *Gertrud und Volrad Edele von Hessen weisen zwei ihrer Vasallen wegen vier Hufen in Listringen, die sie dem Propst des Moritzstiftes übergeben, an diesen. 1307 Juni 13.*

Dei gratia Gertrudis canonica in Quedelingeborch, Wlradius canonicus Halberstadensis nobiles de Hesnem strennuis famulis vasallis suis dilectis Ottoni de Boltesem et Henrico de Meyenberch sue promotionis affectum. Discretionis vestre per presentes iniungimus et mandamus, quatenus quatuor mansos in Listringhe sites cum eorum pertinentiis, quos hactenus a nobis in feodo tenuistis, ab

honorabili viro domino Ottone preposito Montis Hildensemensis de cetero teneatis; per presentes enim litteras vos transmittimus ad eundem. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. septimo, idus iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Andreasstift Nr. 18. Siegel der Gertrud verloren, das runde des Volrad zeigt zwei Querbalken: S. WLRADI DE HESNEM CANI HALB.*

**1608.** *Das Domkapitel bekundet, dass der Kleriker Dietrich Edelleri zwei Hufen in Escherde zur Beleuchtung des Kronleuchters im Dome und eine Rente aus einem Hause auf der Neuen Strasse zu Gunsten der Bedienten des Kronleuchters gestiftet hat. 1307 Juni 23.*

Nos Conradus dei gratia prepositus, Henricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor totumque Hildensemensis ecclesie capitulum presentibus publice protestamur, quod Thidericus Edelleri ecclesiasticus ecclesie nostre predictae consensu totius nostri capituli unanimi accedente pro anime sue remedio, dei quoque intuitu et gloriose semper virginis Marie inductus respectu duos mansos litonicos in campis ville Escherthe sitos, ad officium Hymedesdore spectantes, preposito ac monasterio in Escherthe nuper pro quindecim marcis puri argenti obligatos favorabiliter redemit ad faciendam ac complendam ordinationem inferius annotatam, videlicet ut in vesperis sancte diei pasche necnon in vigiliis festivitatum infra scriptarum, nativitatis domini, . . pentecostes, . . dedicationis ecclesie nostre supradictae, assumptionis ac purificationis sancte Marie candeles ac luminaria magne corone in medio nostri monasterii posite de fructibus ac proventibus dictorum mansorum accendantur annis ac vicibus singulis supradictis, proviso tamen quod ecclesia nostra de censu quindecim solidorum et solutione duorum modiorum tritici non fraudetur, que pensio de mansis supradictis solvi annis singulis hactenus est consveta. Dicitur etiam Thidericus pensionem sex solidorum in quadam domo prope sanctum Mychaelem in Nova platea sita similiter comparavit in usus ecclesiasticorum ac famulorum eorundem candelas ac luminaria supradictis vicibus accendentium convertendam. Insuper sepe dictus Thidericus quoadusque vixerit per se debitis temporibus predicta omnia ministrabit. Quo de medio sublato ad thesaurarium, qui pro tempore fuerit, dictorum mansorum necnon ad ecclesiasticos eorumque famulos sex solidorum predictorum transibit pensio cum conditionibus ac honoribus suprascriptis. Ceterum predictis omnibus est adiectum, quod, si preposi-

torum nostrorum aut litonum ad officium in Hymedesdore spectantium aliqui ad redemptionem mansorum predictorum procedente tempore pecierint ~~vsq; admitti. eorumque~~ petitioni de iure sit in talibus annuendum. Thesaurarius, qui pro tempore fuerit, cum quindecim marcis cum consensu prepositi ac decani bona tenebitur alia comparare, de quibus supradicta omnia cum sollempnitate debita peragantur. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillo nostri capituli fecimus communiri. Datum anno domini millesimo ccc<sup>o</sup>. septimo, nono kalendas iulii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 404. Siegel des Domkapitels an roten und gelben Seidenfäden.*

**1609.** *Pfarrer Bertold in Gysen macht mehrere Schenkungen an das Godehardikloster. 1307 Juni 30.*

Ego Bertoldus plebanus in Gysen recognosco presenti littera meo sigillo munita, me emisse pro duabus marcis puri et dimidia a Bernardo milite dicto Heydene unam aream sitam in villa Gysen cum omni iure et utilitate ac advocatia septem solidos et totidem pullos annuatim solventem, quam ipse ab abbatibus monasterii sancti Godehardi pheodali iure possederat multis annis. Hanc contuli fratribus dicti monasterii, ut post obitum meum singulis annis missis et vigiliis magnisque compulsationibus peragant anniversarium meum et ipsi in die obitus mei de censu predictae aree habeant in suo refectorio solatium et servitium speciale. Preterea ob remedium anime mee feci fodi piscinam in quodam loco ville Gysen, cuius proprietas pertinet monasterio antedicto et cum hoc contuli eidem unam casam, que partim extendit se super cimiterium et partim extra ad locum alium, cuius proprietas est etiam monasterii iam prefati. Insuper contuli sepedicto monasterio unam domum structam in quadam curia, que Kokenhof vulgariter appellatur. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>., in commemoratione sancti Pauli. Nos Hil(debrandus) abbas<sup>1)</sup> eiusdem monasterii totusque conventus ibidem rogati nostrum sigillum apposuimus ad cautelam.

*Or. im Kgl.-St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 54. Siegel des Pfarrers Bertold an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen und das beschädigte des Konventes. Das des Abtes hat nie daran gehangen. Nach dem Todtenbuche des Godehardiklosters in Ms. 171 des Museums zu Hildesheim wurde der Anniversar Bertolds am 29. April (iii. kalendas maii) gefeiert.*

<sup>1)</sup> abbas im Or. zweimal.

**1610.** *Ritter Bernhard Heide verkauft dem Godehardikloster eine Hausstelle in Giesen. 1307 Juni 30.*

Ego Bernhardus miles dictus Paganus hac presenti littera omnibus ipsam intentibus recognosco, quod cum consensu meorum filiorum Hermanni et Thyderici vendidi ac libere resignavi ecclesie sancti Godehardi unam aream in Ihesen sitam cum advocacia et cum omni iure et utilitate, quam dudum possedi ab eadem ecclesia iure pheodali. Ne nostram venditionem cum resignatione libere factam ac predicti monasterii sancti Godehardi emptionem imposterum quis infringat, hoc scriptum inde contextum dignum duxi meo sigillo roborandum. Testes huius sunt dominus Bernhardus meus filius canonicus ecclesie sancti Iohannis, Albertus de Haringhe famulus, Iohannes dictus Haringhwashere, Borchardus et Bertoldus fratres de Orientali valua, Eylardus et Hyldebrandus fratres de Brugham cives in Hyldensem et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. septimo, in commemoratione<sup>1)</sup> sancti Pauli apostoli.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 55. Siegel des Ausstellers, schildförmig, zeigt einen Drachen; † S. BERNARDI PAGANI. Regest Doebner, UB. I, S. 327 Nr. 595.*

**1611.** *Otto von Wohldenber, Propst des Moritzstiftes, schenkt dem Bürger Johann Busso vom Ostertore vier Hufen in Listringen, die ihm die Edeln von Hessen gegeben haben. 1307 August 14 (in vigilia assumptionis virginis gloriose).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Andreasstift Nr. 24. Siegel des Propstes an roten und braunen Seidenfäden. Danach gedr. Doebner, UB. I, S. 328 Nr. 596.*

**1612.** *Jordan (von Campe), Truchsess der Herzöge Heinrich und Albert von Braunschweig, bekundet, mit Zustimmung seines Sohnes Anno seinen Hof in Braunschweig den Predigerbrüdern der Provinz Sachsen bez. deren Vertretern Bruder Dietrich von Northeim, Lector in Magdeburg, und Bruder Gottschalk des Hildesheimer Konventes verkauft zu haben. 1307 August 17 (in octava Laurentii martiris).*

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig. Gedr. Hessenmüller, Heinr. Lampe, S. 107, Reg. u. Urk. des Geschlechtes von Blankenburg-Campe II, S. 26, Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 321 Nr. 603.*

**1613.** *Bischof Siegfried gelobt, das Schloss Ruthe ohne Erlaubnis des Domkapitels nicht zu veräussern. 1307 August 19 (xiii. kalendas septembris).*

<sup>1)</sup> *Or. commeratione.*



*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 404 a. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 124.*

[www.libtool.com.cn](http://www.libtool.com.cn)

**1614.** *Der Rat der Stadt Goslar bewilligt dem Bischof Siegfried und seinen Nachfolgern das Vorkaufsrecht des gemeinsam erworbenen Schlosses Neu-Wallmoden. 1307 September 16 (in die beate Eufemie virginis et martiris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 405. Stadtsiegel, am Rande beschädigt. Gedr. Sudendorf, UB. I, S. 124 Nr. 198, Bode, UB. III, S. 121 Nr. 170, vgl. auch Nr. 176.*

**1615.** *Ludolf von Wohldenberg, Domherr, verzichtet auf Bitten seines Vetters (patruelis) Heinrich, Mönchs in Riddagshausen, und seines Bruders Johann, Kellners in Marienrode (Betzingerode), gegenüber dem Kl. Riddagshausen auf zwei Hufen in Hötensleben (Hutsensleve). 1307 Oktober 16 (in die Galli).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Riddagshausen Nr. 436. Siegel des Ausstellers gut erhalten.*

**1616.** *Abt und Konvent des Godehardiklosters bestimmen über die grössere Feier des Festes der h. Scholastica. 1307 Oktober 27.*

Nos Hildebrandus dei gracia abbas, prior universitasque conventus monasterii sancti Godehardi Hildensem — — universis presenti scripto decrevimus declarare, quod unanimi consensu nostri capituli statuendum duximus et servandum, quatinus diem beate sororis sancti Benedicti, qui est pater et patronus nostri ordinis, quem scilicet diem actenus sine aliquo honore quasi preterivimus, hunc cum reverenti diligencia tamquam festum sancte Katherine virginis, id est maius quam apostolicum, amplius peragamus. Proinde super consuetam prebendam ad servicium in refectorio dandam confratribus adiecimus octo solidos, insuper duos solidos custodi ad pulsandum et pro candelis ex decem et octo iugeribus in Lidinghe, que commisimus colenda sacerdoti ibidem temporibus sue vite. Predictos autem denarios dominus abbas singulis annis ante festum Symonis et Iude custodi ad hec omnia peragenda absque aliquo scrupulo presentabit. Ne autem hanc nostram ordinacionem aliquis in posterum recindere valeat vel revocare, presentem paginam inde confectam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum anno domini m<sup>o</sup> ccc<sup>o</sup> septimo, in vigilia beatorum apostolorum Symonis et Iude.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts im Cop. des Godehardikl., Ms. 311 fol. 81v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1617.** *Bischof Siegfried vidimiert eine Urk. des Propstes Dietrich von Neuwerk bei Goslar von 1304 November 30 (in festo sancti Andree apostoli), worin dieser seinem Kloster die Einkünfte von zehn Hufen in Flöthe, Rode und Meinerdingroth überträgt. 1307 November 8 (in die quatuor coronatorum).*

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Neuwerk Nr. 57 mit eingenahtem Siegel. Gedr. Bode, UB. III, S. 57 Nr. 82. Rode wird Altenrode oder Nienrode w. v. Burgdorf sein.*

**1618.** *Bischof Siegfried gibt mit Zustimmung des Domkapitels und des Ortsarchidiakons Lippold von Stöckheim dem Propst Burchard des Stiftes auf dem Georgenberg das Recht, den Pfarrer in Mahlum ein- und abzusetzen, und verpflichtet den jedesmaligen Pfarrer, dem Archidiakon als Ersatz für die Synodalia einen Ferto jährlich auf Michaelis zu zahlen. 1307 November 17 (feria sexta proxima post Martini).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Grauhof Nr. 54. Beschädigte Siegel des Bischofs, des Domkapitels und des Archidiakons. Gedr. Bode, UB. III. S. 122 Nr. 172.*

**1619.** *Propst Burchard, Prior Dietrich und der Konvent des Kl. Georgenberg bei Goslar bekunden, vom Bischof Siegfried mit Zustimmung des Domkapitels und des Ortsarchidiakons Lippold von Stöckheim (Stochem) die Erlaubnis erhalten zu haben, die Pfarrei in Mahlum mit einem ihrer Kanoniker oder mit sonst einem geeigneten Geistlichen zu besetzen und dem Archidiakon statt der Synodalien jährlich einen Ferto zu entrichten. 1307 November 17 (feria sexta proxima post Martini).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 406. Beschädigte Siegel des Propstes und des Konventes. Gedr. Bode, UB. III, S. 123 Nr. 173.*

**1620.** *Dechant Friedrich, Scholaster Hermann und das Kapitel des Marienstiftes in Halberstadt machen mit dem Moritzstifte eine Gebetsbrüderschaft. 1307 November 22 (in die sancte Cecilie virginis).*

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 42v in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1621.** *Herzog Heinrich söhnt sich mit der Stadt Braunschweig aus und verspricht ihr Frieden und Hülfe in seiner Fehde mit Bischof*

*Siegfried „omme anvechtunge unnes erbes, dar uns die vorgenante byschop von Hildenshem ane hindert“. 1307 Dezember 4 (an mandage vor sente Nycholaus dage).*

*Or. im Stadtarchiv zu Braunschweig. Beschädigtes Siegel. Gedr. Hänsele, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 324 Nr. 608. Vgl. auch die Friedloserklärung der von Peine in der Stadt Braunschweig während deren Fehde mit dem Bischof a. a. O. S. 330 Nr. 617.*

**1622.** *Ritter Bruno von Gustedt verkauft dem Kl. Ringelheim 22 Morgen daselbst. 1307 Dezember 4.*

— — ego dominus Bruno miles dictus de Gustede omnibus in perpetuum presentibus recognosco, quod cum consensu et plena voluntate meorum filiorum scilicet Grubonis, Brunonis, Rodcheri, Willekini, Gerhardi et omnium meorum heredum, quorum intererat, vendidi domino Rodchero monacho in Ringelem et conventui ibidem viginti duo iugera sita in campis ibidem cum omni iure, proprietate ac utilitate — — pro decem marcis puri argenti perpetuo possidenda tali tamen conditione interiecta, quod prefatus dominus Rodcherus ad tempora vite sue in usus suos tollat fructus iugerum eorundem, ipso vero mortuo predictos fructus cum predictis iugeribus in omni iure, proprietate ac utilitate predictus conventus in Ringelem sine aliqua contradictione ac impetitione meorum filiorum seu heredum libere in perpetuum possidebit. Preterea ego prefatus dominus Bruno una cum filiis meis rogo, ut intuitu<sup>1)</sup> dei ac affectu specialis amicitie, quam nos ex presenti et predecessores nostri generis ad vos et ad vestrum claustrum ex antiquo habuerunt, quatenus anniversarium meum, mearum uxorum et meorum filiorum una cum anniversario quorundam meorum affinium, quorum anniversarius in vestra ecclesia peragatur, peragere velit. Ut hec autem rata et inconvulsa in perpetuum permaneant, presentem literam meo sigillo et meorum filiorum scilicet Grubonis, Brunonis feci communiri. Huius autem rei testes sunt dominus Gerhardus de Gustede, dominus Alexander de Walmeden, dominus Henricus de Knistede milites, Iohannes et Razo de Gustede famuli et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo septimo, pridie nonas decembris.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts im Cop. des Abtes Heinrich Wirschius im Archiv zu Ringelheim S. 27.*

<sup>1)</sup> Cop. et tuita.

**1623.** *Bischof Siegfried unter den Zeugen der Urk. des Erzbischofs Burchard von Magdeburg, in welcher dieser die Schenkung der Kirche zu Hohenkötthen durch den Grafen Albrecht von Anhalt an das Kl. Coswig bestätigt. Magdeburg 1307 Dezember 20 (in vigilia beati Thome apostoli).*

*Or. im Hausarchiv zu Zerbst. Gedr. Beckmann, Hist. d. F. Anhalt I, S. 322 v. Heinemann, Cod. diplom. Anhalt. III, S. 104 Nr. 157.*

**1624.** *Dechant Ludger des Moritzstiftes überträgt das Eigentum zweier Hofstätten in Schellerten der Dechanei seines Stiftes. 1307.*

Nos Ludcherus dei gratia decanus ecclesie montis sancti Mauricii Hildensem pupplice protestamur, quod, cum venerabilis dominus Otto Hildensemensis electus proprietatem duarum arearum in villa Schelerte sitarum resignatione patris nostri Bernwardi de Kemme militis et Ghertrudis sororis nostre bone memorie prius accepta de consensu capituli maioris ecclesie nobis liberaliter dudum donaverit, nos eandem proprietatem quadraginta annis a nobis libere possessam deo et sancto Mauricio pro anime nostre remedio contulimus et per presentes damus ad ecclesie nostre decaniam perpetue pertinendam, ut, cum nunc ipsas areas in pheodatas primum vacare contigerit, decanus, qui pro tempore tunc fuerit, amplius non in pheodandas ad suos usus ad decaniam specialiter obtinebit. In cuius rei testimonium capituli nostri sigillum una cum sigillo nostro presentibus est appensum. Datum anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>vii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 83. Wenig beschädigte Siegel des Propstes und des Kapitels.*

**1625.** *Die Grafen von Wohldenberg verkaufen dem Kl. Derneburg drei ihnen resignierte Hufen in Bönningen. 1307.*

Dei gratia Conradus et Iohannes fratres necnon et Ludolfus comites de Woldenberge — — notum igitur esse volumus — — quod, cum Arnoldus de Elvede tres mansos in villa Bonige sitos cum omnibus suis appendiciis tam in villa quam in campo in nostra constitutus presencia cum consensu heredum suorum nobis de sua bona voluntate resignasset, nos eorum proprietatem ad nos spectantem clauastro monialium in Derneburg pro duabus marcis puris necnon et pro remedio animarum nostrarum cum consensu heredum nostrorum Ludolfi, Iohannis, Hinrici, Conradi, Hermanni, Willebrandi, Iohannis, Hermanni et omnium, quorum consensus requirendus fuerat,

appropriando contulimus et in proprium dedimus cum omni iure et utilitate liberam ab universo iugo servitutis perpetuo possidendam. — ~~— In huius rei evidens~~ testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Testes huius collationis sive donationis sunt Fredericus de Adenoyz, Bernhardus de Hardenberge, Lippoldus de Stockem canonici Hildensemenses, Conradus Raptor, Gerhardus de Gustede milites et alii quam plures. Datum anno domini millesimo ccc<sup>o</sup>. vii<sup>o</sup>.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 407. Von den drei Siegeln an den von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen nur das erste mehr beschädigt.*

**1626.** *Bischof Siegfried gestattet dem Stifte auf dem Georgenberg bei Goslar die Gründung einer Kapelle zu Heissum und deren Besetzung mit einem Priester. 1307.*

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. III, S. 124 Nr. 175.*

**1627.** *Der Rat von Hannover, welcher einen Weg für den Wächter durch die der Stadtmauer benachbarten Hausstellen mehrerer Bürger anlegt, bestätigt dem Kl. Marienrode gegen Entrichtung eines Zinses von drei Bremer Fertonen auf Michaelis Abgabefreiheit für seine Kurie in der Stadt und für die durch den Rat mit dieser vereinigten Hausstelle des verstorbenen Bürgers Konrad Tedweghing. 1308 Januar 3 (in octava beati Iohannis apostoli et evangeliste).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 120. Beschädigtes Stadtsiegel an grünen Seidenfäden. Gedr. Rehtmeier, Braunsch. Chronik S. 1839, Gruppen, Orig. et Ant. Hann. S. 53, Moser, Hist. diplom. Belustigungen V, S. 264, Marienroder UB. S. 164 Nr. 151, UB. der Stadt Hannover (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen IV) S. 87 Nr. 93.*

**1628.** *Bischof Siegfried erteilt allen, welche die Kapelle des heiligen Volmann bei Michaelstein besuchen, 40 Tage Ablass. 1308 Januar 13 (in octava epyphanie domini).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Michaelstein Nr. 212. Siegel des Bischofs bis auf ein kleines Bruchstück verloren.*

**1629.** *Der Rat von Hildesheim bekundet die Aussage des Heinrich Surdus, früheren Vogtes des Dompropstes Gebhard, und einiger Bürger der Neustadt, dass Isengard, Wittve des Konrad Howards, ihr Haus an der Eselstiege dem Kreuzstift vermacht hat. 1308 Januar 15 (xviii<sup>o</sup>. kalendas februarii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 240. Gut erhaltenes Stadtsiegel. Gedr. Doebner, UB. I, S. 328 Nr. 597.*

**1630.** *Knappe Ludolf von Bortfeld verzichtet auf die Meierei in Lebenstedt. 1308 Januar 23.*

Ego Ludolfus de Bortvelde famulus recognosco sub sigillo meo, quod renuntiavi et presentibus litteris nomine meo et tutorio nomine puerorum fratris mei domini Frederici de Bortvelde, quorum tutor sum, renuncio villicationi in Levenstede cum suis pertinentiis affirmans et pronuntians, predictos pueros fratris mei in eadem villicatione nullum ius habere aut hactenus habuisse. Et nos Lippoldus de Roscinghe, Aschvinus de Saldere, Aschvinus et Henricus de Walmede milites recognoscimus pefatam renuntiationem coram nobis factam et ad rogatum Ludolfi predicti sigilla nostra presentibus litteris apposimus in testimonium premissorum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. octavo, in crastino beati Vincentii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 84. Von den vier Siegeln nur das runde des Ausstellers, zwei kreuzweise gelegte Glevenstäbe zeigend, gut erhalten, die anderen stark beschädigt.*

**1631.** *Die Grafen Gerhard und Gerhard von Hullermund übertragen dem Kl. Marienrode eine Mühle bei Laatzten (Lathusen) und eine Hausstelle daselbst nebst der Fischerei in der Leine, welche Hartmann von Laatzten dem Kloster für 105 Bremer Mark Silber verkauft und ihnen resigniert hat. 1308 Februar 5 (nonas februarii).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 122. Das erste Siegel gut, das zweite zur Hälfte erhalten an roten Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 166 Nr. 153. Die Resignation Hartmanns von Laatzten a. a. O. Nr. 121 undatiert, mit gut erhaltenem Siegel, das einen Helm zeigt, gedr. a. a. O. S. 166 Nr. 152.*

**1632.** *Propst Johann von Wöltingerode bekundet, dass Heinrich, Heinrich und Henning, Liten (viri) des Klosters, von den Brüdern des Deutschen Hauses in Goslar Ländereien an der Radau (Radowe) gegen einen jährlichen Erbzins erhalten haben. 1308 März 7 (in die Perpetue et Felicitatis virginum).*

*Or. im German. Museum zu Nürnberg. Siegel des Propstes gut erhalten. Gedr. Bode, UB. III, S. 125 Nr. 178.*

**1633.** *Bischof Siegfried bekundet den Verkauf der Vogtei von vier Hufen in Lafferde durch Johann von Gustedt an das Michaeliskloster, von dem er sie zu Lehn erhalten hat. 1308 März 16.*

Nos Sifridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod Iohannes de Gustede famulus constitutus in presentia nostra advocatiam quatuor mansorum sitorum Lafforde, cuius quidem advocatie proprietatem dux Albertus de Brunswic monasterio beati Michahelis Hildensemensi perpetuo contulit, suscepit in feodo a domino abbate monasterii iam predicti, et deinde idem Iohannes dictam advocatiam cum omni iure et utilitate, cum bonis et hominibus, sicut ipse eam hactenus possederat et habuerat, vendidit cum consensu heredum suorum et fratris sui domini Rotgheri<sup>1)</sup> militis predicto abbati et suo monasterio pro viginti marcis et una puri argenti possidendam libere perpetuis temporibus, ita quod ipse vel sui heredes in dicta advocatia nichil iuris sibi de cetero debent aut poterunt usurpare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes huius rei sunt Albertus Boc, Iohannes de Oberghe, Boldewinus de Stenberghe, Hermannus de Stempne, Ludolfus de Goltorne nostri milites, Hermannus de Germerdissen, Thidericus Friso senior in Hildensem et alii plures fide digni. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. octavo, xvii. kalendas aprilis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Michaeliskl. Nr. 125. Siegel des Bischofs gut erhalten. Regest Doebner, UB. I, S. 329 Nr. 598. Die Verkaufsurk. der Brüder Rotger, Ritter, und Johann, Knappe, von Gustede von März 12 (in die beati Gregorii pape), Or. a. a. O. Nr. 124. Siegel des Rotger zur Hälfte verloren, das des Johann, gut erhalten, zeigt drei (2:1) Kesselhaken.*

**1684.** *Heinrich von Homburg, Domherr, bestätigt die Schenkung von sechs Hufen Landes und fünf Hausstellen in Hüpede durch seinen Bruder Bodo an das Kl. Loccum. 1308 März 17 (in dominica in qua cantatur Oculi).*

Nos Conradus de Stenberge miles presentibus recognoscimus, quod Baldewinus de Stenberge miles noster patruelis<sup>1)</sup> appropriavit ecclesie in Lammespringe unum mansnm cum area situm in parvo Illede et unum mansum cum dimidio et duabus areis sitis in Evenhusen cum omni iure et utilitate, quibus ipse possedit temporibus retroactis. Nos vero Conradus de Stenberge iam dictus more fideiussorio fide data promittimus, quod nullus suorum heredum in dictis bonis in posterum sibi aliquod ius debeat vendicare, quod

<sup>1)</sup> Or. patruelus.



sigillo nostro huic littere appposito publice protestamur. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., in crastino purificationis beate Marie.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Lamspringe Nr. 96. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1684.** Domdechant Heinrich unter den Zeugen der Urk., in welcher Äbtissin Mathilde von Gandersheim acht Hufen und einen Garten in Meerdorf dem Kl. Riddagshausen verkauft. 1309 Februar 9 (in dominica Esto michi).

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Kl. Riddagshausen Nr. 452, beschädigtes Siegel der Äbtissin an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen, und Nr. 451, Siegel der Äbtissin an roten und Bruchstück des Siegels des Stiftes an grünen Seidenfäden.*

**1685.** Bischof Siegfried bekundet, dass behufs Tausches der ihm und dem Domkapitel zinspflichtigen Güter in Diekholzen (Dicholthusen) gegen Güter in Dinklar (Dinkelere) genannte Bürger von Diekholzen ihre Güter daselbst dem Kl. Marienrode resigniert und dafür andere in Dinklar erhalten haben, auf welche der Zins gelegt wird. 1309 Februar 22 (in cathedra sancti Petri).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 135. Beschädigtes Siegel des Bischofs. Gedr. Marienroder UB. S. 181 Nr. 166.*

**1686.** Bischof Siegfried übergibt den Grafen von Wohldenberch die Meierei in Lühnde und die Mühle in Essem auf Lebenszeit und erhält von ihnen ihr väterliches Erbe in Sillium und Stydiem und das Lehn des Zehnten in Sillium. 1309 Februar 23.

Syfridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus. Noverint universi, quod de communi consensu et beneplacito nostri capitali villicationem nostram in Lulen cum advocatia et hominibus et omnibus pertinentiis ubicumque situatis et molendinum nostrum Essem cum omni iure et utilitate, sicut nos eadem bona habuimus, nobilibus viris Ottoni preposito ecclesie sancti Mauricii montis Hildensem, Ludolfo et Ottoni filiis Henrici comitis de Woldenberch, fratris sui, nostreque ecclesie canonicis suadente nostre ecclesie utilitate ad tempora vite ipsorum et cuiuslibet eorum in solidum dimisimus et presentibus dimittimus quiete et libere possidendum. Prefati vero nobiles hereditatem suam paternam in villis Syliem et Stydiem cum phendo decime in Syliem et spatium, quod dicitur Oltvelt, cum proprietate dicti spatii, cum hominibus et omni iure et utilitate nobis et nostre ecclesie iure perpetuo favorabiliter di-

miserunt, propter quod nos volentes respondere eorum affectui et favori nullum in prefatis bonis eis quocumque<sup>1)</sup> modo dampnum faciemus vel<sup>2)</sup> a nostris fieri permittemus nec nostri facient successores. Et ut premissa ipsis<sup>3)</sup> inviolabiliter observentur, presentem litteram sigillis nostro scilicet et capituli nostri sigillatam dictis<sup>4)</sup> nobilibus dedimus in testimonium<sup>5)</sup> et cautelam. Et<sup>6)</sup> nos Ludolfus et Otto fratres predicti recognoscimus, quod, quamvis bona in Berberch, que dilectus patruus noster prefatus proprio argento comparavit, nobis sint scripta et bona premissa nobis cum patruo nostro sint dimissa, tamen eundem patrum nostrum in bonis tam in Berberch quam prescriptis non impediemus, sed ea cum omni utilitate vite sue temporibus possidebit, quod sub sigillis venerabilis domini nostri Syfridi episcopi et capituli ecclesie Hildensemensis huic littere appositis protestamur. Testes sunt honorabiles viri Conradus prepositus, Hen(ricus) decanus, Ber(nardus) scolasticus, Ber(nardus) cantor, Guncelinus de Berwinkele,<sup>7)</sup> Ber(nardus) de Hardenberch, Io(hannes) de Oberch, Otto de Valkensten, Hen(ricus) de Homborch, et<sup>8)</sup> Her(mannus) de Wereberch canonici ecclesie predictae,<sup>9)</sup> Io(hannes) de Oberch, Her(mannus) de Stemne, Boldewinus de Stenberch milites, Fredericus Bokel et plures alii fide digni. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. nono, vii. kalendas marcii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover in doppelter Ausfertigung von derselben Hand, Domstift Hildesheim Nr. 412 und 411 (B), beide mit beschädigtem Siegel des Bischofs und gut erhaltenem des Domkapitels.*

**1687.** *Graf Ludolf von Wohldenberch bekundet, dass ihm von seinem Bruder Otto eine Rente von zwölf Pfund nach dem Tode seines Oheims zugewiesen ist. 1309 Februar 24.*

Nos Ludolfus filius Henrici quondam comitis de Woldenberch recognoscimus sub sigillo nostro, quod, quamvis bona villicationum in Berberch et Lulen et molendinum Essem nobis cum fratre nostro Ottone sint scripta, tamen idem frater noster nobis assignabit redditus duodecim talentorum Hildensemensium denariorum in bonis predictis, ubi eos elegerimus, quos post mortem patrum nostri domini Ottonis prepositi Montis Hildensemensis percipiemus, nec dictum fratrem nostrum villicacionibus prefatis et molendino nec in bonis, si que in antea nobis comparata fuerint, impedire vel impetere

*Abweichungen in B; 1) dampnum quoc. modo. 2) nec. 3) eis. 4) sepe dictis. 5) in evidens testim. 6) Et—protestamur fehlt. 7) Gunc. de Berw. fehlt. 8) et fehlt. 9) nostre.*

possumus quoquo modo. A bonis tamen propriis per presentes non recedimus nec a bonis nobis scriptis aut scribendis, si mortem patruī et fratris nostri predictorum supervivere nos contingit. Et nos Syfridus dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus, Henricus decanus, Otto prepositus Montis, Hermannus de Wereberch canonicus ecclesie predictae rogati a prefatis fratribus Ludolfo et Ottone sigilla nostra presentibus apponi fecimus, premissa in nostra esse facta et placitata presentia protestantes. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. nono, vi. kalendas marciū.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 413. Siegel des Bischofs stark beschädigt, die anderen vier gut erhalten.*

**1688.** *Bischof Siegfried bekundet, dass die Brüder Ekbert und Siegfried und deren Oheim Dietrich von Roden (de Novali) dem Kl. Marienrode vier Hufen in Söhre (Sodere) mit Zehnten und Hausstellen für 60 Mark verkauft und ihm resigniert haben. 1309 Februar 25 (feria tertia post dominicam qua cantatur Reminiscere).*

— — presentibus domino Iohanne abbate, fratre Hillebrando de Eym, fratre Conrado de Brughem monasterii supradicti, domino Gancelino de Berwinkele, Ernesto Boc canonicis ecclesie nostre, Aschuino de Stenberge milite.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 136. Beschädigtes Siegel des Bischofs. Gedr. Marienroder UB. S. 182 Nr. 167.*

**1689.** *Bischof Siegfried, Dompropst Konrad, Domdechant Heinrich und das Domkapitel übertragen dem Kl. Marienrode gegen zwanzig Mark vier Hufen in Söhre (Sodhere), das zwischen Tossum und Diekhöfen (Dicholthusen) gelegen ist, die ihm die Knappen Dietrich, Ekbert und Siegfried von Roden (de Novali) resigniert haben. 1309 März 2 (sexto nonas marciū).*

Testes huius rei sunt Otto montis sancti Mauricii prepositus, Otto de Valkenstene, Hermannus de Werberghe, Thidericus de Walmode, Ernestus Boc, Ludolfus de Woldenberghe, Arnoldus de Cramme canonici ecclesie nostre, Baldewinus de Stenberghe, Iohannes de Oberghe, Iohannes pincerna milites et ministeriales ecclesie nostre, Arnoldus et Albertus fratres dicti de Damnone, Hermannus Insanus, Iohannes Bussonis, Hermannus Sconekint burgenses.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 137. Siegel des Bischofs an roten und des Domkapitels an grünen Seidenfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 183 Nr. 168.*

**1690.** *Die Brüder von Goltern verzichten wiederholt auf alle Rechte an der Meierei Hasede. 1309 März 17.*

Nos Ludolfus miles et Thidericus fratres dicti de Goltorne recognoscimus publice per presentes, quod dudum renunciavimus et nunc iterum presentibus renunciamus omni iuri, quod in villicatione in Hasen habuimus et quod nobis competere poterit in futuro. In cuius rei testimonium has litteras ego L(udolfus) miles predictus sigilli mei munimine roboravi. Ego quoque Thi(dericus) predictus, quia proprium sigillum non habeo, sigillo domini Lud(olfi) fratris mei predicti militis sum contentus. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., in die beate Gertrudis virginis.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 414. Siegel des Ludolf von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**1691.** *Beilegung eines Streites des Michaelisklosters mit Bürgern von Lafferde wegen mehrerer Streitpunkte. Braunschweig 1309 April 4.*

Nos Bertoldus de Honleghe canonicus ecclesie sancti Blasii in Brunswich, Willekinus sacerdos capelle sancti Iacobi ibidem, Eylardus Boneke, Egkelingus de Scalleghe cives Brunswicenses presentibus notum facimus, quod, cum duo ex nobis videlicet Willekinus sacerdos et Eylardus Boneke arbitri essemus electi a domino abbate sancti Michahelis Hildensemensis parte ex una, et alii duo nostrum videlicet Bertoldus de Honlege et Egkelingus de Scalleghe electi essemus a Iohanne dicto vanme Slaghe et suis heredibus civibus de Lafforde parte ex altera super variis causis et querimoniis, quibus dominus abbas predictus predictos incusabat, videlicet quod eos ut litones sue petebat ecclesie, quod tamen ipsi plane negabant, item et quod petebat ab eis censum tredecim talentorum, quem multis annis non solverunt, nos, quibus hoc negocium a partibus commissum fuerat terminandum, audientes, quod predicti cives se litones esse negabant, videntes etiam, quod ipsi non haberent, unde censum detentum solverent, ut compositionis formulam captaremus inter dominum abbatem et cives predictos, compositionem ordinavimus in hunc modum. Nos enim Bertoldus de Honleghe et Egkelingus de Scalleghe iniunximus ex parte una Iohanni vanme Slaghe et suis filiis videlicet Bernardo, Iohanni, Thiderico, Ludolfo et aliis, quorum consensus requirendus erat, ut venderent in perpetuum domino abbati et suo monasterio duos mansos cum dimidio sitos Laffordhe cum omni iure et utilitate tam in villa quam in campis et in terris,

agris, pascuis, pratis, silvis, cultis et incultis, aquis et ceteris attinenciis pro triginta et octo talentis. Item et nos Willekinus sacerdos ~~vetli Eylardus~~ Boneke ex altera parte iniunximus domino abbati, quod ipse predictis relaxaret censum tredecim talentorum, quo ei tenebantur, et superadderet eis viginti et quinque talenta pro bonis supradictis et reciperet ea in suam possessionem titulo emptionis. Hiis itaque per nos quatuor ordinatis, partes utrobique nostro arbitrato plenius in predictis consenserunt, et ad maiorem rei evidentiam ea in presentia consulum civitatis Brunswicensis et sub testimonio plurium ibi presentium terminaverunt, ubi predicti cives videlicet Iohannes et sui heredes dictis bonis et suis iuribus linguis et digitis renunciaverunt expresse dimittentes eadem bona domino abbati et suo monasterio perpetuis temporibus possidenda. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes huius ordinationis sunt consules civitatis Brunswicensis et alii plures fide digni, quorum quidam videlicet Gerhardus Gygas, Egkelingus prope Cimiterium, Hermannus Wulverammi et Conradus Holtnikeri sua sigilla etiam presentibus appenderunt. Datum et actum Brunswic anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. nono, feria sexta infra octavam pasche.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts in Cop. VI, 75, fol. 76 im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 342 Nr. 638.*

**1692.** Ritter Gerhard von Gustedt, dessen Oheim Johann von Gustedt und Ludolf von Lengede bekunden, dass Dietrich, Sohn des Ritters Bertold von Roden (de Novali) den Zehnten von drei Hufen und zwei Hausstellen in Söhre (Sodere) dem Kl. Marienrode für 15 Hildesheimer Mark verkauft hat, und leisten Bürgschaft eventuell mit Einlager in Hildesheim. 1309 April 13 (dominica qua cantatur Misericordias domini).

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 138. Von den drei wenig beschädigten Siegeln zeigen die beiden der von Gustedt drei (2:1) Kesselhaken, das des von Lengede rechtsschreitende Gans (Ente?). Gedr. Marienroder UB. I, S. 185 Nr. 169.*

**1698.** Bischof Siegfried verkauft der Wittwe des Heinrich Schönekind eine Rente aus der Vogtei der Stadt mit Vorbehalt des Rückkaufes. 1309 April 25.

We Siverd van godes gnaden bisschop to Hildensem bekennet in desseme breve, dat we mit vulbord unses capittels hebbet vor-

kofft vruwen Ilseben wedewen Henrikes Schonekindes unde oren sonen Hermene, Iohanne, Conrade, Henrike unde oren erven teyn mark gheldes lodiges silveres in unser voghedie to Hildensem vor hundred lodighe mark unde ghelegghen to rechteme lene. Desse teyn mark de schal en gheven so we unse voget to Hildensem is to veer tiden in deme jare, to jowelker quatertempere drittehalve marc also beschedeliken, dat we, unse nakomelinge eder dat capittel, icht nen bisschop en were, mogen de sulven teyn mark gheldes alle jar to passchen weder kopen umme dat vorsproken sulver, me schal et on aver to winachten vore to wetende don; dat sulve schalde de vorben. vruwe eder ore sone os, unsen nakomelingen eder deme capitele vore to winachten kundigen, so wanne se or sulver to passchen wolden wedder hebben. Weret ok, dat we on eder se os de wederkopinge kundigeden unde doch ore sulvere nicht en worde uppe de sulven tyt, dor na en mochte we, use nakomelinge eder dat capittel, icht neen bisschop en were, de teyn mark gheldes von on nicht wederkopen sunder umme drittich mark unde hundred. Wer ok, dat in dessen vorsprokenen saken der vrowen eder oren sonen iennich broke worde, dat scholde we, unse nakomelingen eder unse capittel, icht nen bisschop en were, ervullen. To eynem orkunde alle desser dinge so is desse breff bezeghelt mit unseme unde unses capittels ingesegeln. Desse breff is ghegheven na godes bort dusent jar drehundert in deme negheden jare, in sinte Marcus daghe.

*Nur erhalten als Transsumpt der undatierten Urk. des Lübecker Dechanten Dietrich und des Domkapitels an Bischof Heinrich und das Domkapitel von Hildesheim mit der Bitte, dem Heinrich Schönekind zu seiner Rente zu verhelfen, in Cop. VI, 11, S. 505 Nr. 838. Die Gegenurkunde der Wittwe des Heinrich Schönekind gedr. nach dem Or. im Stadtarchiv zu Hildesheim, Mus. Nr. 27, Doebner, UB. I, S. 332 Nr. 605.*

**1694.** *Bischof Siegfried genehmigt, dass das Domkapitel dem Kl. Wöltingerode sechszehn Hufen in Gielde (Yeledē) verkauft. Hildesheim 1309 Mai 1 (in die beatorum Philippi et Jacobi apostolorum).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Wöltingerode Nr. 80. Beschädigtes Siegel des Bischofs. Gedr. nach Cop. UB. des histor. Vereins für Niedersachsen I, S. 50 Nr. 47.*

**1695.** *Dechant Ludolf des Andreasstiftes bekundet als delegierter Richter des Bischofs Siegfried, dass die Söhne des Ritters Bernhard Heide auf eine Hausstelle in Giesen verzichtet haben. 1309 Mai 17.*

Ludolfus decanus ecclesie sancti Andree in Hildensem iudex delegatus a venerabili domino Sifrido Hildensemensi episcopo in causa, que vertebatur inter dominum abbatem monasterii sancti Godehardi et Paganos omnibus presentem auditoris sempiternam in domino karitatem. Sciant universi, Thidericum et Hermannum famulos Bernardi Pagani militis filios coram venerabili domino Hildebrando abbate monasterii sancti Godehardi et nobis aream quandam in Ihesen sitam confederatis manibus more sueto et solito monasterio sancti Godehardi digitis, lingwis et labiis resignasse cum utilitatibus, advocacia et iuribus pertinentibus ad eandem, quam ipse Bernardus Paganus miles ipsorum pater, antequam monasterio revenderet, a supradicto venerabili domino Hildebrando patre et abbate eiusdem monasterii iure dudum possederat pheodali. Presentes erant dominus Albertus prior, dominus Berterammus de Hoyersem monachi sancti Godehardi, Iohannes de Eydesen, Thi(dericus) Rust famuli, Iohannes Haringweskere et Bussones cives et plures alii fidedigni. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., in vigilia pentecostes.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 56. Siegel des Dechanten an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Regest Doebner, UB. I, S. 382 Nr. 606.*

**1696.** *Knappe Dietrich von Sehlede bekundet, dass Bischof Siegfried ihm und seinen Erben Güter in Haverlah für 26 Mark mit Vorbehalt verkauft hat. 1309 Juni 4.*

Ego Thidericus de Seleda famulus pro me et heredibus meis recognosco per presentes meo sigillo sigillatas, quod michi et heredibus meis assignate et demonstrate sunt viginti et sex marce examine a domino meo domino Sifrido Hildensemensi episcopo in bonis suis Haverla videlicet quatuor mansis et duabus areis de sui capituli beneplacito et consensu hoc addito, quod, si dominus Hildensemensis predictus vel eius successor me de castro Woldenberghe dimittere voluerit vel ipse a dicto castro recedere decrevero, extunc michi aut meis heredibus viginti et sex marce examine a dicto domino Hildensemensi vel suo successore persolventur. Quibus persolutis dicta bona ad dominum Hildensemensem aut suum suc-



cessorem libere revertentur. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>.,  
pridie nonas iunii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 415. Das beschädigte Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt drei (2:1) aufgerichtete Bücke.*

**1697.** *Ritter Bruno von Frenke bekundet, vom Domkapitel Güter in Lafferde gegen Zins unter angegebenen Bedingungen erhalten zu haben. 1309 Juni 5.*

Ego Bruno de Vrenke miles sub sigillo meo presentibus recognosco publice et protestor, quod cum honorabilibus viris domino Conrado preposito et capitulo ecclesie Hildensemensis placitavi ita, quod bona sua sita in Latvorde scilicet duos mansos cum dimidio solutos et tres mansos litonicos cum hominibus attinentibus michi commiserunt pro censu determinato, quem ipsis de bonis huiusmodi annis singulis ministrabo, observandis tamen que sequuntur condicionibus, videlicet si dominus prepositus et capitulum predicti bona sua memorata resumere voluerint, die quocumque exhibitionem huius resumptionis michi fecerint, illo die ea resumere debent anno proximo subsequente, vel si ego bona huiusmodi eis reddere decrevero, similiter quocumque die restitutionem exhibuero, illo die anno proximo subsequente ea restituam omni dubio procul moto. Preterea si me, quod absit, decedere contingeret, filii mei nec aliquis heredum meorum in prefatis bonis quicquam habebunt nec habere poterunt, nisi quantum in domini prepositi et capituli ecclesie memorate amicitia fuerit et favore. Unde nos Boldewinus de Stenberge, Ecbertus de Vredene milites una cum domino Brunone de Vrenke milite predicto in presentibus ad omnia prescripta nos obligamus et promittimus ea per ipsum et suos heredes nichilominus observanda. In quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., in die beati Bonifacii.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 416. Die drei stark beschädigten Siegel lassen noch drei (2:1) Kesselhaken, springenden Bock und zwei nach aussen gekehrte Schlüssel erkennen.*

**1698.** *Propst Otto des Moritzstiftes und dessen Neffe (patruelis) Otto, Domherr, Grafen von Wohldenber, verzichten auf alles Recht an zwei Hufen in Hötensleben (Huthsenscleve), die das Kl. Riddagshausen von den Rittern von Esbeck (Hesbeke) gekauft hat. 1309 Juni 8 (vi. idus iunii).*

Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Kl. Biddagshausen Nr. 454.  
Beide Stiegel verloren..

**1669.** Der Rat der Stadt bekundet, dass die Brüder Hermann und Ulrich von Coldingen, Bürger, dem Kl. Marienrode zwei Hausstellen, von denen die eine dem Dompropste mit zwei Schilling jährlich zinspflichtig ist, für 14 Mark Silber verkauft haben. Hildesheim, coram thesauro venerabilis domini prepositi maioris ecclesie 1309 Juni 11 (tertio idus iunii).

Abschrift des 17. Jahrhunderts in Cop. III, 148, fol. 43<sup>v</sup> im Kgl. St.-A. zu Hannover. Gedr. Marienroder UB. S. 186 Nr. 170, Doebner, UB. I, S. 333 Nr. 607.

**1700.** Ludold von Escherde, Lippold von Rössing (Rottinge), Heinrich von Barienrode (Bernigherode) und der Schenk Johann, Ritter, und die Brüder Ernst und Johann von Stöcken (Stockem) geben auf Bitten des Bischofs Siegfried den Kanonikern des von diesem gegründeten Maria-Magdalenenstiftes die Erlaubnis, zehn Hufen im Walde Heinholz (Henholt) auszuroden und, falls ihre Mittel dazu nicht ausreichen, diese dem Kl. Marienrode zu vertauschen. 1309 (vor Juni 11).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 134. Beschädigte Siegel. Gedr. Marienroder UB. S. 180 Nr. 165.

**1701.** Bischof Siegfried, der zu Ehren der h. Maria Magdalena eine Kirche (im Schüsselkorbe) gegründet hat, veranlasst, da die Einkünfte der Kanoniker noch sehr gering sind, den Dompropst Konrad, den Domdechant Heinrich und das Domkapitel, die Äbte Heinrich des Michaelis- und Hildebrand des Godehardiklosters, die Pröpste Gebhard des Kreuz- und Bertold des Bartholomäistiftes mit ihren Mönchen bez. Kanonikern, und die Kanoniker des Johannisstiftes, der neuen Stiftung im Walde Heinholz zehn Hufen zu überlassen mit der Befugnis, das Land urbar zu machen. 1309 Juni 11 (iii. idus iunii, coram thesauro prepositi maioris ecclesie in Hildensem).

Gedr. (unvollständig) nach der Abschrift Grupens (Origin. Hildesh.) Beiträge zur Hildesh. Geschichte II, S. 165.

**1702.** Bischof Siegfried bekundet, dass Konrad und Bruno, Söhne des Ritters Basil von Rautenberg, allen Ansprüchen an vier Hufen in Rautenberg (Rutenbergh), welche das Kl. Marienrode von Basil gekauft hat, entsagt haben. Peine 1309 Juli 28 (quinto kalendas augusti).

— — presentibus domino Basilio de Rutenberghe milite, Hermanno de Vrenke canonico sancte Crucis, Alberto dicto Troben cappellano nostro ac plebanow in Borgstemne, Volcmaro nostro notario ac plebano in Esscershusen.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 139. Stark beschädigtes Siegel des Bischofs. Gedr. Marienroder UB. S. 187 Nr. 171. Das Gleiche bekundet Bischof Siegfried von Basil von Rautenberg, Sohn des Ritters Basil, vor denselben Zeugen, Or. a. a. O. Nr. 140, mit beschädigtem Siegel, gedr. a. a. O. S. 188 Nr. 172.*

**1703.** *Das Domkapitel verkauft dem Godehardikloster zwei Hufen und eine Hausstelle in Uppen. 1309 Juli 28.*

In nomine domini amen. Conradus prepositus, Henricus decanus, Bernardus scolasticus, Bernardus cantor totumque capitulum ecclesie sancte Marie in Hyldensem — — prehabita matura deliberatione de bona voluntate et consensu omnium membrorum et parcium tocius nostri capituli domino . . abbati ac monasterio sancti Godehardi in Hyldensem duos mansos et unam aream sitos in Uppem liberaliter pro triginta marcis argenti puri vendidimus cum omnibus iuribus et proprietatibus scilicet advocacia, silvis et pascuis, quibus ipsos possedimus, ita quod nichil proprietatis aut iuris nobis amplius vendicabimus in eisdem, mansos igitur et aream prout sunt, videlicet qui ad Ernesti pincerne pie recordationis quondam militis anniversarium seu exequias pertinebant. Testes magister Wernerus, dominus Hermannus de Klint canonici sancte Crucis, Hermannus de Uppem et Henricus Goddesman fratres cives. In cuius facti testimonium sigillum nostri capituli dignum duximus presentibus apponendum. Actum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. nono, quinto kalendas augusti.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 57. Kapitelssiegel. Regest Doebner, UB. I, S. 334 Nr. 608.*

**1704.** *Ritter Johann, Schenk des Stiftes, resigniert dem Bischof Siegfried eine Hufe im Felde von Diekholzen (Dicholthusen) und erhält dafür eine Hufe im Felde von Hönze (Honse), was seine Schwester Jutta, Wittwe des Ritters Hermann von Oldershausen (Olderdishusen), bestätigt und Ritter Albert Bock und Knappe Hermann Bock besiegeln. 1309 August 14 (xix. kalendas septembris).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildeaheim Nr. 417. Die drei Siegel wenig beschädigt.*

**1705.** *Baldwin von Steinberg bekundet, dass Konrad von Steinberg Land und Hofstätte in Wehrstedt dem Thesaurar des Moritzstiftes zur Beleuchtung zurückgegeben und letzterer sie seinem, des Ausstellers, Diener gegen einen jährlichen Zins übertragen hat. 1309 August 15.*

Ego Baldewinus de Steynberghe miles notum fore cupio omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, quod dominus Conradus de Steynberghe miles filius patrum mei anime sue consulens novem iugera et unam aream in Werstedhe sita, spectantia ad lumen Montis Hildensemensis, domino Mathie iam dicte ecclesie thesaurario libera restituit me presente et uxore sua ac domino Besekone de Wredhen et domino Conrado de Gandersem militibus, dimittens ea ab omni inpetitione qualibet absoluta. Dominus vero Mathias iam dictus ad preces meas commisit eadem iugera et aream Henrico Hilleburgis famulo meo ad vite sue tempora pro sex solidis in festo Michahelis abinde solvendis annuatim ad lumen ecclesie memorate tali conditione adiecta, ut si census sex solidorum ante festum beati Martini non persolverit aut si ipsum mori contingerit, extunc sepedicta bona ad thesaurarium libera revertentur nec ipse Henricus supradictus, si census neglexerit, ut dixi, aut heredes sui post mortem ipsius debent vel possunt sibi aliquid iuris in eisdem bonis modo aliquo vendicare. In cuius rei evidens testimonium sigillum meum ad preces domini Conradi supradicti de Steynberch, qui sigillo suo caruit, presentibus est appensum. Et ego Henricus Hilleburgis sepe dictus famulus, quia sigillum proprium non habeo, sub sigillo domini mei Baldewini predicti me obligo ad supradicta omnia et singula firmiter observanda. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. nono, in die assumptionis sancte Marie.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 86. Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen.*

**1706.** *Hermann von Wolfenbüttel entsagt allen Ansprüchen an die sogenannte Kroneshophe in Halchter, die dem Kl. Heiningen gehört, gegen eine Mark Silbers und anderthalb Fuhren (chorus) Weizen. 1309 August 24 (in die Bartolomei apostoli).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Heiningen Nr. 58. Beschädigtes Siegel des Ausstellers an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen. Gedr. Asseburger UB. II, S. 51 Nr. 656.*

**1707.** *Papst Clemens V. befiehlt dem Abte des Kl. Bosau in der Diözese Naumburg, die Mitglieder des Cistercienserordens vor Gewalt-*

*tätigkeiten zu schützen. Avignon 1309 September 4 (ii. nonas septembris, pontificatus nostri anno quarto).*

*Nur erhalten als Transsumt der undatierten Urk. des Bischofs Gottfried von Minden, Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 141 mit beschädigtem Siegel des Bischofs an weissen Zwirnfäden. Gedr. Marienroder UB. S. 189 Nr. 173.*

**1708.** *Knappe Engelbert von Dahlum verzichtet gegenüber dem Godehardkloster auf Güter in Giesen. 1309 September 23.*

Noverint universi tam posteri quam presentes, quod ego Engelbertus famulus dictus de Dalem una cum heredibus meis abrenuncio ab omni impetitione et causa, quam in bonis in Iesen sitis habere dinoscebar resignans ecclesie beati Godehardi in Hildensem omne ius, si quicquam iuris aut proprietatis michi in eisdem legitime potul seu licuit vindicare. Ne igitur hec resignatio imposterum a me vel meis heredibus violetur, prefate ecclesie sigilli mei munimine presentem kartulam roboravi. Testes huius rei sunt dominus Ernestus canonicus maioris ecclesie in Hildensem archidiaconus in Sehusen, dominus Henricus plebanus in Sehusen, dominus Dodo sacerdos ibidem, dominus Engelbertus plebanus in Odenhusen, Conradus de Gandersem miles, Lippoldus de Heddershusen et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. ix<sup>o</sup>., ipso die sancte Tecele virginis et martiris gloriose.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, st. Godehard Nr. 58. Siegel verloren.*

**1709.** *Die von Reden verkaufen dem Johannishospital fünf und eine halbe Hufe in Bodeken unter angegebenen Bedingungen. 1309 Oktober 25.*

In nomine domini amen. Nos Everhardus miles, Stadius famulus dicti de Rethen recognoscimus et notum facimus universis, quod pari consensu et beneplacito vendidimus hospitali in Dampmone<sup>1)</sup> Hildensemensi sito quinque mansos et dimidium in campis<sup>2)</sup> ville Bodeken<sup>3)</sup> sitos, quorum mansorum quadraginta iugera decimantur, alia autem sunt sine decima, cum omni iure et utilitate tam in villa quam extra villam, sicut nos eadem bona habuimus, et quia ipsa<sup>4)</sup> ab illustri principe domino nostro Ottone duce de Brunswig<sup>5)</sup> et Luneborch in feudo tenuimus, eidem domino nostro eadem bona ore et manu resignavimus. Qui prenarrata bona sue proprietatis capitulo ecclesie Hildensemensis, sub cuius potestate et regimine idem est hospitale, dedit ita tamen, quod prefatum capitulum dicta bona eidem

<sup>1)</sup> dapmone A.   <sup>2)</sup> cappis B.   <sup>3)</sup> Bodekem B.   <sup>4)</sup> illa A.   <sup>5)</sup> Brunsswig A.

dimittat liberaliter hospitali. Nos etiam ab eodem hospitali ratione venditionis<sup>1)</sup> predicte recepimus viginti marcas Bremenses et ad tempora<sup>2)</sup> vite mee videlicet Everhardi prefati et uxoris mee Gerburgis bona hospitalis predicti scilicet in Doteberge octo mansos, in Lamstede quatuor mansos, in Lone duos mansos cum omnibus eorum pertinentiis. Et dum nos decedere contigerit, illa bona michi Everhardo et uxori mee predicte ad tempora vite nostre tantum dimissa ad idem hospitale libere revertentur nec nostri heredes nec alius quicumque aliquod ius in predictis bonis poterit vindicare. Volumus etiam de predictis bonis, que vendidimus, eidem hospitali prestare veram warandiam, quando et quotiens super eo fuerimus requisiti. Preterea in die obitus nostri et in anniversario cuiuslibet nostrum in perpetuum annis singulis cuneus forensis et denarius unus dabitur de bonis venditis cuilibet pauperi in hospitali in nostrarum remedium animarum. In quorum felicem memoriam et perpetuam firmitatem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini millesimo trecentesimo nono,<sup>3)</sup> in die sanctorum Crispini et Crispiniani martyrum.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts im Cop. 180 fol. 4v im städtischen Museum zu Hildesheim (A), des 18. Jahrhunderts im Cop. VI, 64, S. 102 im Kgl. St.-A. zu Hannover (B).*

**1710.** *Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg schenkt mit Zustimmung seiner Erben Johann, Ludwig, Otto, Albert, Wilhelm und Mathilde fünf und eine halbe Hufe in Bodeken, welche Ritter Eberhard und Knappe Staius von Reden ihm resigniert haben, dem Dompropst Konrad, Domdechanten Heinrich und dem Domkapitel in der Voraussetzung, dass diese das Land dem Johannisstift übertragen. Lauenrode 1309 Oktober 25 (viii. kalendas novembris).*

Testes sunt huius rei Henricus prepositus ecclesie sancti Cyriaci Brunswicensis, Wedekindus notarius ipsius ducis, Orlicus de Ilthene, Wasmodus de Knesbecke, Willebrandus et Bertholdus de Rheden.

*Abschrift des 18. Jahrhunderts im Cop. VI. 64, S. 104 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1711.** *Bischof Siegfried bekundet, dass der Dompropst Konrad, Domdechant Heinrich und das Domkapitel, die Äbte Heinrich des Michaelis- und Hildebrand des Godehardiklosters, die Pröpste Gebhard*

<sup>1)</sup> vendicionis und immer c für t vor i A. <sup>2)</sup> tempore A. <sup>3)</sup> m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. ix. A.

des Kreuzstiftes und Bertold des Bartholomäistiftes und die Kanoniker des Johannisstiftes der vom Bischof gegründeten Kirche der h. Maria-Magdalena (im Schlüsselkorbe) zehn Morgen im Walde Heinholz (Heynholte) geschenkt und diese mit dem Kl. Marienrode gegen zwölf Hufen in Dinklar (Dinkelere), jedoch ausser dem Zehnten, vertauscht haben. 1309 November 2 (quarto nonas novembris).

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Marienrode Nr. 142. Elf Siegel, worüber das Nähere bei dem Drucke, Marienroder UB. S. 191 Nr. 174, zu vergleichen.

**1712.** Heinrich von Wohldenberg, Domdechant, bekundet auf dem Tage zu Derenburg in der Streitsache des Domkapitels zu Goslar wegen der Vogtei über Güter in Harlingerode, welche Ritter Ludolf von Geitelde vom Grafen Heinrich von Regenstein, dem Oheim des Ausstellers, zu Lehn hat, dass er betr. der Vogtei kein Gewähr geben wolle noch könne. 1309 November 9 (in die beati Theodori).

Or. im Stadtarchiv zu Goslar, Domstift Nr. 219. Siegel des Ausstellers. Gedr. Bode, UB. III, S. 138 Nr. 208.

**1713.** Graf Heinrich von Schladen übereignet dem Kl. Ringelheim anderthalb Hufen in Gronstede. 1309 November 14.

In nomine domini amen. Nos Henricus dei gratia comes in Sladem — — notum esse volumus — — quod honorabili viro domino abbati et conventui monasterii sanctorum martyrum Abdon et Sennes in Ringelem — — proprietatem unius mansi cum dimidio siti<sup>1)</sup> in villa Gronstede donavimus ac presentibus donamus cum omni iure ac utilitate perpetue possidendam.<sup>2)</sup> Quem quidem mansum cum dimidio Gerhardus de Gustede miles ac Razo frater suus famulus a nobis in feudo tenuerunt, conditione tali tamen interiecta, quod predictus Gerhardus de Gustede miles ac Razo suus frater in recompensam huius a nobis quartam partem decime in villa Gustede in feudo recipiant iure feudali. Ut hec igitur rata et inconvulsa in perpetuum permaneant, presentem literam munimine nostri sigilli fecimus communiri. Datum anno domini millesimo trecentesimo nono, decimo octavo kalendas decembris.

Abschrift des 16. Jahrhunderts im Cop. des Abtes Heinrich Wirschius im Archiv zu Ringelheim S. 77.

**1714.** Dechant und Kapitel des Kreuzstiftes kaufen eine Lathufe in Gross-Lafferde von drei Liten daselbst und gestehen ihnen das Rückkaufsrecht zu. Hildesheim 1309 November 23.

<sup>1)</sup> Cop. situm. <sup>2)</sup> Cop. possidendum.



Conradus dei gratia decanus et capitulum sancte Crucis notum esse volumus omnibus presens scriptum visuris, quod nos a Frederico, ~~Iohannēbet~~ Thiderico fratribus et eorum iustis heredibus et ecclesie nostre litionibus unum mansum litionicum in magno Lafforde situm habentem viginti sex ingera et solventem nobis ad prebendam septem solidos et unum modium advocatie purgati tritici annuatim pro octo marcis puri argenti emimus absolute eisdem fratribus talem gratiam facientes, quod eundem mansum ab ecclesia nostra et nobis, si ad fortunam pervenerint pinguiorem, libere possunt reemere quandocumque. Testes huius emptionis et reemptionis sunt magister Wernerus, Iohannes et Iohannes de Brunswic sacerdotes, Bertoldus scolasticus, Boldewinus de Elvede, Daniel de Indistria diaconi, Hermannus de Clivo, Conradus Cronesen, Conradus de Dammone subdiaconi et canonici ecclesie sancte Crucis. Ne igitur super hoc contingat in posterum dubitari, predictis fratribus presens scriptum sigillo nostro sigillatum dedimus ad cautelam. Datum et actum Hildensem in capitolio sancte Crucis anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>ix<sup>o</sup>, in die Clementis martiris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kreuzstift Nr. 241. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**1715.** *Bischof Siegfried bestätigt den Verkauf von 14 $\frac{1}{2}$  Hufen in Klein-Quenstedt durch die Brüder Burchard den Langen und Burchard den Lochten von der Asseburg an das Marienstift in Halberstadt (1309) Dezember 21 (in die beati Thome apostoli).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Magdeburg. Siegel des Bischofs und des Domkapitels an gelb-rothen Seidenschnüren. Gedr. Asseburger UB. II, S. 56 Nr. 666.*

**1716.** *Knappe Friedrich Bokel stellt dem Bischof Siegfried den Rückkauf der ihm für achtzig Mark verkauften vier freien (liberos) und vier Lathufen (litionicos) im Felde von Grastorf (Gravestorpe) und zwei Hufen im Felde von Sillium für dieselbe Summe frei. 1309.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 418. Das Siegel an dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen zeigt Helm.*

**1717.** *Bischof Siegfried bestimmt über die Verwendung der Einkünfte von Gütern in Lotingessen und Moritzberg, welche Dechant Hildebrand des Moritzstiftes von Ludolf vom Altkloster zur Gründung einer Vikarie in demselben Stifte gekauft hat. 1309.*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 87. Beschädigtes Siegel des Bischofs und des Kapitels des Moritzstiftes. Gedr. Doebner, UB. I, S. 334 Nr. 610.*

**1718.** *Bischof Siegfried bestätigt die Bestimmung des Propstes Bertold und des Kapitels des Bartholomäistiftes, dass die zeitigen Pfarrer in Lühnde und in Hotteln zwei, der Pfarrer in Lobke, der dem Thedolfus folgen werde, ein Pfund jährlich zum Besten der Kleidung der Kanoniker entrichten sollen. 1309.*

Siffridus dei gracia Hildensemensis ecclesie episcopus universis Cristi fidelibus visuris vel auditoris has litteras salutem et noticiam subscriptorum. Cum honorabilis vir Bertoldus prepositus canonicorum regularium ecclesie sancti Bartholomei prope muros Hildensemenses censum camere consideratis confratrum suorum indigentis emendaret tam rite quam provide statuendo, ut in Lulne et Hottenum ecclesiarum rectores, qui pro tempore fuerint, duo talenta, plebanus vero in Lobeke, qui domino Thedolfo successerit, unum talentum teneantur de qualibet ecclesia annis singulis ministrare ad usum vestium fratrum degencium monasterio in eodem, nos ordinacionem et emendacionem predictas ratas et gratas habentes ipsas approbamus ac eciam confirmamus sub presencium testimonio litterarum, proviso tamen, quod ultra premissa nullum onus aliud in posterum dictis ecclesiarum rectoribus componatur, nisi hoc de nostra, prepositi ac conventus ecclesie sancti Bartholomei predictae voluntate eveniat et consensu. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus et appensum. Datum anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>. nono.

*Abschrift des 16. Jahrhunderts in Ms. 324 fol. 188 in der Beverinischen Bibliothek. Im Auszuge gedr. Lüntzel, Ältere Diözese S. 418.*

**1719.** *Bischof Siegfried verzichtet auf alle Ansprüche an frühere Hörige, welche sich in Goslar bislang niedergelassen haben. 1309.*

*Gedr. nach Cop. Bode, UB. III, S. 140 Nr. 212.*

**1720.** *Die Grafen von Wohldenberch schenken der Mathäuskirche in Gronau elf Morgen im Rock. 1309.*

Nos Conradus ac Iohannes fratres ac Ludolfus comites dicti de Woldenberch presentibus publice protestamur, quod pro nostrarum salute ac remedio animarum famosi militis Boldewini dicti de Stenberch exhortationibus informati donavimus ecclesie sancti Mathei apostoli in Gronowe de nostrarum consensu heredum undecim iugera sita in spacio prope dictum oppidum, quod vulgariter dicitur to deme Rocke, cum proprietate, utilitate ac attinenciis universis ac donamus nichilominus per presentes, nichil nobis aut nostris here-

dibus in eisdem iuris penitus reservantes. Et ne super eo contingat in posterum dubitari, presentem litteram sigillorum nostrorum munimine duximus in testimonium roborandam. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. nono.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Escherde Nr. 116. Die drei Siegel gut erhalten.*

**1721.** *Konrad Sledorn und Frau übertragen dem Maria-Magdalenenkloster eine Rente aus drei Hausstellen in der Neustadt. 1309.*

Ego Conradus dictus Sledorn et Margareta uxor mea recognoscimus, quod pensionem sex solidorum in tribus areis in Nova civitate sitis, quarum una sita est in platea Goslariensi et alie due retro illam in platea caldariorum, dominabus claustris sancte Marie Magdalene et sacerdotibus ibidem pro salute animarum nostrarum dedimus tali forma. Quamdiu vivimus, unam missam pro vivis et defunctis annis singulis celebrabunt, nobis autem in domino defunctis dicte domine ac sacerdotes ibidem anniversarios nostros tamquam fratrum ac sororum suarum debent peragere omni anno fideliter, cum contingunt.<sup>1)</sup> Quod ego Conradus iam dictus sigillo meo huic littere apposito fateor esse verum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. nono.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Klosters, Ms. 357 fol. 46 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1722.** *Das Kl. Lamspringe tauscht mit dem Moritzstift Liten. 1310 Januar 7.*

Iohannes dei gracia prepositus, Albeidis priorissa totusque conventus monasterii beati Adriani in Lamspringe presentibus recognoscimus et protestamur, quod Margaretam uxorem Eyconis dicti Billeke de Grafle ecclesie nostre pertinentem cum suis liberis permutacionis nomine cum omni iure, quo ad nos actinus pertinuit, damus ecclesie sancti Mauricii montis Hildensemensis iure perpetuo possidendos. Nam prepositus et decanus necnon capitulum predicte ecclesie sancti Mauricii Mechtildim uxorem Thiderici dicti apud Pratum ad suam ecclesiam iure litonico pertinentem<sup>2)</sup> ad dictam villicationem Westvelde nostre ecclesie permutacionis tytulo cum liberis suis contulit iure perpetuo similiter possidendos.<sup>1)</sup> In cuius permutacionis evidentem firmitatem<sup>3)</sup> hoc factum in placitis nostris,

<sup>1)</sup> So das Cop. <sup>2)</sup> pertinentem fehlt im Cop. und ad dictam vill. wohl auch nicht richtig, da die vill. noch gar nicht genannt ist. <sup>3)</sup> Cop. fraternitatem.

que vulgariter voghetinc dicuntur,<sup>1)</sup> fecimus publicari et presentem litteram conscriptam super hoc nostris sigillis scilicet prepositi et conventus iussimus communiri. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. x<sup>o</sup>., in crastino epyphanie domini.

*Abschrift des 14. Jahrhunderts im Cop. des Moritzstiftes, Ms. 514 fol. 43 in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim.*

**1723.** *Bischof Siegfried einigt die Brüder Otto, Propst des Moritzstiftes, und Hermann Grafen von Wohldenberch wegen Besitzungen. Hildesheim 1310 Februar 2.*

Sifridus dei gracia Hildensemensis ecclesie episcopus. Noverint universi, quod, cum esset dissencio inter nobiles viros dominum Ottonem de Woldenberch prepositum ecclesie Montis Hildensemensis et comitem Hermannum fratrem eius super bonis in Slebeke, in Vakenrode, in Boniem, in Hachem et super bonis in Bokenem, que vidua dicta Gredutesche habet, diversis tractatibus hinc inde habitis, idem comes Hermannus prefata bona cum suis pertinenciis in villis et extra villas predicto suo fratri preposito Montis et Ottoni filio fratris eius Henrici comitis de Woldenberch dimisit integraliter pro suis usibus, prout melius poterint disponenda, renuncians in nostra presencia omni iuri, quod in dictis bonis habuit, nullum ius sibi reservans penitus in eisdem, presentibus et premissa placitantibus famosis viris Bodone domino de Homborch, Ludolfo camerario milite. Super quibus ne dubium oriatur, presentem litteram sigillis nostro scilicet et predictorum Bodonis domini de Homborch et Lud(olfi) camerarii una cum sigillo comitis Hermannii et Guncelini de Berwinkele capelani nostri sigillatam dedimus in testimonium premissorum. Actum et datum Hildensem anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. decimo, quarto nonas februarii.

*Abschrift des 15. Jahrhunderts in Cop. VI, 11, S. 611 Nr. 1132 im Kgl. St.-A. zu Hannover.*

**1724.** *Knappe Meinhard von Üfingen entsagt allem Recht an einer Hufe in Üfingen und bekennt sich vor dem Obedientiar auf drei Jahre als Meier. 1310 Februar 4.*

Ego Meynhardus famulus dictus de Uvinghe recognosco litteras per presentes, quod unum mansum habentem viginti iugera situm in Uvinghe spectantem capitulo ecclesie montis sancti Mauricii

<sup>1)</sup> Cop. dicitur.

Hildensemensis eidem ecclesie dimitto ab omni impetitione liberum et solutum nil me iuris in eodem manso habuisse vel habere publice recognoscens. Sed licet dominus Mathias, ad quem nunc idem mansus spectat, michi ad triennium eundem mansum tamquam villico pro duodecim solidis Brunswicensium denariorum dativorum locaverit ante festum nativitatis beate virginis persolvendis exinde, tamen idem dominus Mathias aut qui pro tempore obedientiarius post ipsum fuerit sepe dictum mansum a me recipiendi vel michi vel alteri cui placuerit pro maiori vel minori censu iterato locandi habeat sine mea contradictione liberam facultatem, elapso dumtaxat meo triennio supradicto. In cuius rei robor et testimonium sigilla honorabilium virorum domini mei Henrici comitis de Sladem ac magistri Henrici decani ecclesie Bremensis plebani sancti Martini in Brunswic una cum sigillo meo presentibus sunt appensa. Et nos Henricus dei gratia comes in Sladem ac nos dei gratia magister Henricus decanus ecclesie Bremensis et plebanus sancti Martini in Brunswic ad petitionem Meynhardi supradicti famuli sigilla nostra ad maiorem cautelam presenti littere duximus apponenda. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. x<sup>o</sup>., in crastino Blasii martiris.

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Moritzstift Nr. 89. Siegel des Ausstellers verloren, das des Grafen und des Dechanten, letzteres in grünem Wachs, erhalten. Regest Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II, S. 355 Nr. 659.*

**1725.** Propst Albert, Priorin Jutta und der Konvent des Kl. Derneburg überlassen dem Domkapitel 31 Morgen und drei Hausstellen in Heersum (Hedereksen) und erhalten von ihm im Tausche 30 Morgen und drei Hausstellen in Astenbeck (Astenbeke). 1310 (vor Februar 5.)

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 425. Grosses rundes Siegel: † SIGILLVM · SANCTE · MARIE · IN · DERNEBVROCH und spitz-ovales: S. S. ANDREE · IN · DERNEBORCH. Die entsprechende Urk. des Dompropstes Konrad, Domdechanten Heinrich und des Domkapitels ebenfalls ohne Tagesangabe a. a. O. Derneburg Nr. 54 mit wenig beschädigtem Siegel des Domkapitels.*

**1726.** Graf Konrad von Wohldenbergr überlässt dem Kl. Derneburg Land in Astenbeck im Tausch gegen Land in Heersum. 1310 Februar 5.

Conradus dei gratia comes de Woldenberg omnibus presens scriptum visuris affectuosam in omnibus voluntatem. Recognoscimus et presentibus protestamur, quod, cum Thidericus dictus Helmersum civis in Hederecum mansum, quem in Astenbecke de manu nostra

tenuit, graviter et male excolere posset et in ipsa villa Hederecsum longe carius et utilius per equalem permutationem cum claustro in Derneborch eundum mansum habuisset, unde a nobis huiusmodi licentiam precibus humilibus postulavit, nos igitur de libera et bona nostra voluntate et omnium heredum nostrorum consensu sexdecim iugera cum dimidio cum area attinente et omnibus aliis suis appenditiis tam in villa quam in campo et proprietatis titulo et cum omni iure, quod hactenus habuimus aut in posterum habituri essemus in eisdem bonis, dicto claustro dimittimus libere et quiete perpetuo possidenda. In cuius restaurum decem et septem agros et aream equevalentem de propriis bonis eiusdem claustrum in eadem villa Hederecsum in nostram proprietatem recipimus in eisdem bonis tocus iuris auctoritatem, respectum et complementum ammodo habituri, quod in antedictis bonis in Astenbeke hactenus videbamur habuisse. In cuius rei evidens testimonium presens scriptum inde confectum sigilli nostri appensione duximus roborandum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. decimo, in die Agathe virginis.

*Or. in der Beverinischen Bibliothek zu Hildesheim, Kl. Derneburg Nr. 14. Siegel von dem von der Urk. geschnittenen Pergamentstreifen verloren.*

**1727.** *Graf Simon von Dassel verkauft dem Bischof Siegfried und dem Domstifte das Haus Hunnesrück (Hundesrück), das Weichbild Dassel mit Eigentum und Nutzung und die Grafschaft mit dem freien Gute, mit Leuten und allem Recht, namentlich die Dörfer Relliehausen (Reylinghehusen), Hilwartshausen (Hildeleveshusen), Deitersen (Dethersen), Selessen, Wolderikessen und all sein Eigentum in der Grafschaft und Herrschaft für 1900 Mark Silber unter näher angegebenen Bedingungen. 1310 Februar 15 (des sundaghes wanne men leghet Alleluja).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 419. Gut erhaltenes Siegel des Ausstellers. Eine zweite Ausfertigung in der Beverin. Bibliothek zu Hildesheim, Hochstift Hildesheim Nr. 2. Gedr. Länig, Spicileg. eccles. contin. III S. 702, Scheidt, Anm. und Zusätze S. 581, Sudendorf, UB. X, S. 280 Anm. Die entsprechende Urk. des Bischofs ohne Tagesangabe Or. a. a. O. Nr. 424 mit dem Siegel des Bischofs und des Domkapitels, gedr. ebenda S. 703 bez. S. 585 bez. S. 281.*

**1728.** *Edelherr Johann von Adensen verkauft mit Zustimmung seines Bruders, des Domherrn Friedrich, dem Kl. Wennigsen Hörige. Eldagsen 1310 März 9 (feria secunda post Invocavit).*

*Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Wennigsen Nr. 102. Gut erhaltenes Siegel der beiden Brüder. Gedr. v. Hodenberg, Calenberger UB. VII, S. 58 Nr. 100.*

**1729.** *Bischof Siegfried bekundet, in einem Streite zwischen Johann von Roden und dessen Brüdern einer- und den Minoriten in Hannover andererseits wegen Erbauung von Häusern nicht entscheiden zu können. Hildesheim 1310 März 13 (iii. idus marcii).*

*Or. im Stadtarchiv zu Hannover. Siegel des Bischofs. Gedr. UB. der Stadt Hannover (UB. des histor. Vereins für Niedersachsen V) S. 96 Nr. 102.*

**1730.** *Bischof Siegfried vereinigt die Kirche in Wahle (Walde) mit dem Dekanat des Cyriacistiftes in Braunschweig, da dessen Einkünfte so gering seien, dass keiner der Kanoniker zum Dechanten gewählt werden wolle, und dadurch der Gottesdienst leide. 1310 März 15 (nonas marcii).*

*Or. im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, st. Cyriaci in Braunschweig Nr. 41. Siegel des Bischofs und des Domkapitels wenig beschädigt, des Archidiacons des Ortes wenig erkennbar an roten Seidenfäden. Wahle gehörte zum Archidiaconat Schmedenstedt.*

